

PLENISSIMAE
ADDITIONES
SEV ANNOTATIONES
ANALYTICAE

AD PERSPICVAS DECISIONES
REG. CONSIL. NICOLAI ANTONII
GIZZARELLI
IOSEPHO MELE BITONTINO I. C.

PRESTANTISSIMO AVTHORE.

HIS ACCEDVNT RESPONSVM SINGVLARE.

FRANCISCI MELE Eius Filij, non minus in vtraque Poesi, quam in
vtroque iure expertissimi.

NECNON AD EASDEM DECIS.
DIDACI DE MARI I. C.
EXIMII RECONDITAE ADDITIONES.

Cum Summarijs, & Indice rerum notabilium.

SUPERIORVM PERMISSV.



Nap. Ex Typographia Francisci Sauij, Impressoris Curie Archiepisc. MDCCXXXII.

Expensis Dominici Vecchi Bibliopole sub Signo Sanctiss. Nominis IESU.



EXCELLENTISS. DOMINO
D. EMANVELI DE FONSECA
ET ZVNICA
COMITI MONTEREY , ET FVENTES

Domino Statuum Domorum de Viedma , & Vglia , & Domino Domus de
 Ribera, & del Solar de Araujo , vni ex trefdecim Ordinis S. Iacobi de
 Spata, Cubiculario Suæ Cath. Maieft. Status Confiliario, in Su-
 premo Italiae Confilio Præfidenti, & apud Summum Pontif.
 Extraordinario Oratori; in præfenti tandem Regno
 Proregi, Locumtenenti, & Capitano
 Generali, &c.

I O S E P H M B L E I . G . S . P . D .



Et si lucubrationes istas, quas nunc ad te mitto, Comes Ex-
 cellentissime belligerum præsens tempus sibi non expo-
 scat , cum te assiduis bellorum curis in ordinandis , &
 animandis in hæreticas acies agminibus detentum in-
 spiciam , & hæc (cum iustitiæ fetus sint) ad prælia ,
 & discrimina sedanda , tranquillitatem , pacemque
 inducendam consentanea magis videantur ; Tamen
 cum tu Dux non Martis dumtaxat gloria , sed & iusti-
 tiæ præsertim splendore , vndique decorrias , & tantus
 es , vt eodem tempore non minus in expellendis hostibus , quam in legibus
 promulgandis æquè potes incumbere , illas , te clangentium , in medio tuba-
 rum , armorum strepitus , commilitonumque audacium ardoris non asperna-
 rurum confido . Principis enim maiestas , cuius tu meritissimas , & exactissi-
 mas in hoc Regno Vices geris armis decoratam simul , & legibus armatam ,
 vt se præbeat , oportet . Quod sanè in te hodie fatemur , cum te populorum
 gubernationi , & ab hostium incurfu defensionis satis studere agnoscimus : &

adeò te geris in hoc sublimi munere , tibi ab inuictissimo Rege nostro Philip-
po IV. pro immensis de rebus gestis , meritis elargito , vt quemadmodum
successoribus tuis authoritate tua trades illud augustius , ita obseruantia , & in-
tegritate angustius . Tua igitur pro singulari humanitate nutantem hunc fœ-
tum erigere , claudicantem fulcire , titubantem vitali aura perfundere , & à
tenebris ad splendidissimam lucem euocare non grauaberis , cum ob eximias
tui animi virtutes , tantus in te gloriæ splendor eniteat , vt possis , & quasuis,
vel obscurissimas tenebras tuis radijs nouus fere Sol illuminare . Nouus , in-
quam , ferè Sol , nam sola inter te , & Solem obseruatur discrepantia , scili-
cet , quod vbi tu excelsis ortus splendoribus totam Hyspaniam , totumque
orbem illustras , ibi Sol særo tandem cadens occasu totam Hyspaniam , to-
tumque Orbem obrepebrat ; Sol es & simul tecum non nocturna , sed diur-
na videntur sidera . Vale ergo inclytus optimarum virtutum Mæcenas , requæ
Deus Opt. Max. Christianæ Reip. quam diutissimè asseruet , tuamque fortu-
net felicitatem . Datum Bitonti die 17. Iulij 1632.

AD LECTORES FRANCISCVS MELE ADVOCATVS FELIYSI



Moseph Mele I.C. Genitor meus diligissimè insudando, & elucubrando (cum imò difficultas sit inuentis addere, quando inuentor plura dixerit) ex fragrantissimo, sed disperso variarum Apium Mele vobis magis mellissuos, ac dulciores fauos elegit. Dulciores sanè, nam si ex flore mel quidem dulcissimum traducitur, quid erit si ex melle mel componatur? Mala ex melle mel vobis eduxit, Gustare, passus enim erit dulcissimus, ac placidissimus, sicut elaboratissimus. Nec vos inter nectaream sibi suauitatem ex acutissimis spiculis turbabimini; ille enim ne vos Apis nomine deterreret, sibi potius mellitum nomen adscripsit. Vos quoque spicula non figaris, sic enim egomet adhuc adulescens post meas amator. Epist. iam impressas, in distic. fol. 117 vobis cecini.

Mella Pater tibi dat, non figit spicula Lector.

Tu quoque non figis spicula mella dabis.

Vnum tamen vos moneo, nam & si in alijs decis. eiusdem Consiliar. Gizzar. olim Siciliae impressis, in earum ordinatione aliquantulum fuit erratum, Additiones tamen istar, necnon I.C. Didaci de Mari, non secundum earum ordinem, sed secundum verum Neapolitana in Typographia obseruatum regulantur in hoc ergo animaduertite, & valete.



Imprimatur.

Paulus Squillante Canon. Dep. vid.

Felix Tamburellus Vic. Gen.



Excellentissime Princeps.

VIdi Iussu Excellentiae Tuz Additiones Iurium singulis Decisionibus Regij Consiliarij Gizzarelli, quas intendit in lucem edere V. I. D. Ioseph Mele Cuiusmodi Bitonti, & illas Thypis dignas existimaui. vale die 23. Augusti 1629.

Excellentiae Tuz.

Minimus servus.

Federicus de Rosis.

Imprimatur.

Tapia Regens, Enriquex Regens, Lopez Regens, Roultus Regens.

ALL'ECCELLENTISS. SIG.
CONTE DI MONTEREY
VICERE DI NAPOLI.
DEL SIG. GIOSEPPE
DE DOMINICIS.

PRia in giuvenile etade Ero e inuitto,
 Cinto l'Elmo nel crin l'vibergo al petto.
 Lo ferro al braccio, in fulminante aspetto,
 Piagasse molto il predator d'Egitto.
 Hora d'Astrea seguendo il camin dritto
 La spada del voler giusto, e perfetto
 Vibri, e di maestria senil ricetta
 Trafiggi il trafittor, alzi il trafitto.
 Col giusto gouernar tu dai ristoro
 A questo poco men, ch'è vinto Regno,
 E fai età del ferro età dell'oro.
 Tu in pace ci mantieni, e ci dai segno,
 Che spreggiando ogni freggio ogni tesoro,
 Sei de la nostra fè scudo, e sostegno.

DEL SIG. HORATIO MELE, ALLE STELLE DEL MEDESIMO.

Quella splendida luce,
 Che te Sebeto inalba
 Nasce dal Nume, che'l bel giorno adduce,
 Ma non puoi dir se prende
 Altra luce, e splendor vaga si rende,
 Onde s'ammira, & Cole,
 Che s'ha lume dal Sol, da gloria al Sole.

D. IOANNIS ANGELI GALA BITONT.
CAROLO TAPIA REGENTI
ANAGRAMMATYSMVVS.

Olor canit, & rapit apes.

Epigramma.

GRandiloquam resonare lyram, grandesque coturnos
 Induere obtineat, qui tua facia canet,
 Calliopæa, Linusque silent, & cantor Apollo
 Verba, modosque negat, concinat albus olor.
 Ipse sibi sic alta canit, sic allicit omnes
 Mellis suas, & apes attrahit, atque rapit.
 Ut cum melle fauos dulci cum nectare cellas
 Transfert, & prompto sentiat obsequio.
 Carole, quos tibi collectos dicat accipe flores
 Mele velut libans sedula legit Apis.
 Hinc odor, & dulcor, qui te, surgente, trahetur.
 Nomen ab oscasu proteget esse suum.

S O N E T T O.

del Señor

D O N I V S E P P E F I L I V

A L S E N O R

F R A N C I S C O M E L E

P O E T A F A M O S I S S I M O.

P O R los ayres, estiendase la fama,
Y publique del uno al otro Polo,
Prodigios, y Excelencias, tuyas solo,
Que muchas mas tendra, si mas derrama.

Si fue, unico Marcial en la Epigramma,
En su lengua lo fue; tu qual Máusolo,
Gudiciaste la agena, pues de Apolo,
Tu dignas sienes, el laurel, aclama.

Mele, en tu lengua te apellidan todos.
Con raçon: pues la miel de la latina.
Brotu tu ingenio, con prodigio tanto;

T viendo, cosa en ti tan peregrina,
Que excede à todos límites, y modos;
Te admiro mas, si mas, tus glorias canto.




P E R E G R I N I S C A R D I N I

A D A V C T O R E M.

Epigramma.

P Ace tua hac dico; satis est tinxisse Palatum
Turba olum dulci nectaris imbre tuum;
Si licet, apponas succo tua labra parumper
Terreno: & nostris utere ~~h~~a cibis.
En melle hic lepidò carebesia plena Iosephus
Suggestit, & taliscorda liquore beat.
Iam bibe: mellita dices dulcedine capta;
Non alio vesci Nectare posse Iouem.



AD IOSEPHVM MELE


I. C. EXIMIVM, ATQVE ELOQVENTISSIMVM.

MARCI ANTONII QVINCTI

E MONTE ALBANO.

Carmen.

V Er erat, Hybleos raptura examina flores,
Vergebantque nouis castra mouere fauis.
Colle sub aprico niueo de pumice fontem,
Ramorum est modico frigore Sylua tegens.
Fulua hic deposita Tritonia, casside, & hasta,
Hac propè (lata tamen) corde premebat aquas.
Palladis en quænam Iosepho numen alumno,
Perpetuo ut maneat, munera donet, bonos?
Sic ait, atque decus metiens tibi corde futurum
Palantes Syluis anxia vidis apis.
Protinus excipiens tibi Ioseph, inserit illas,
Inque os, & mellis nomina dixit habe.
Mille amplis pariter te ornauit dotibus, omnes
Eloquio legerent, ut nqua mella tuo.
Mellifer vnde tua celeres super astra volatus.
Prædulcis fama dirigit & sique sonus.
Præfidiumque tuum perquirunt, undique cuncti,
Iuridicique decus diceris omne fori.
Quod mihi mellifluis si dependere licebit
Ore tuo, felix tunc ego Quinctus ero.



A V C T O R.

AD HONVPHRIVM SAVIVM

HVIVS OPERIS IMPRESSOREM.



P Alladium cognomen habes Sapientis HONVPHRI,
Nunc non Palladium nomen habebis Apis.

M Ellea sub prælo, dum mittis vpuscula temet
Perpetuas: tibi met nomina mittis Apis.



ADDITIONES PLENISSIMAE

AD DECISIONES REG. CONSIL.

NICOLAI ANTONII
GIZZARELLI



AUTHORE

IOSEPHO MELE BITONTINO

UTR. IUR. DOCT.

Fœliciter incipiunt.

SVMMARIVM.

- 1 *Mulier præfertur ex communi opin. creditoribus anterioribus habent. tacitam hypothecam sed contraria opin. de iure verior prima in iudicando, & consulendo recepta.*
- 2 *Mulier an præferenda creditoribus in bonis postea acquisitis, & nu. 60.*
Dux Alcanorum Prorex laudatur.
- 3 *Mulier habet privilegium pro dote soluto matrimonio ante dotis restitutionem, secus post dotis restitutionem.*
- 4 *Mulier privilegium competens, an transeat an heredes, vel ad filios, & ad quos, & n. 6.*
- 5 *Hypotheca privilegium transit in quemcunque, transit ipsa actio etiam in diabolum, sine tamen privilegio prælationis.*
- 7 *Ius prælationis an cedi possit.*
- 8 *Privilegium dotale, an cedi possit extraneo, et quid in actione de dote.*
- 9 *Mulier petens affecutionem, an possit actionem hypothecariam sibi contra maritum, & creditores competentem alteri cedere, assertur opin. negatiua, quæ limitatur nu. 10. & 11.*
- 10 *Clausula constituens, & ponens in locum vicem, & constituens procuratorem velut in rem propriam, & cedens omne ius omnemque actionem quid operentur in cessionibus.*
- 11 *Mulieris privilegium pro dote in casu dubij transit ad quemcunque, extraneum ad quem transit dotis actio.*
- 12 *Privilegium quod habet mulier pro dote an habeat eius pater.*
- 13 *Et an dictum privilegium transeat in legatarium.*

- Legatarius improprie repræsentat defunctum.*
- 14 *Privilegium mulieris circa prælationem, an habeat extraneus dotans.*
 - 15 *An eo privilegio potius mulier infidelis.*
 - 16 *Mulier hæretica an amittat privilegium, vel dotem, & an sterilis, & an mulier contra mulierem.*
 - 17 *Privilegium quod competit mulieri competit pro vera dote.*
 - 18 *Dos vera, & putatiua conveniunt.*
 - 19 *Instrumentum dotis putatiue habet executionem paratam sicuti instrumentum dotis vere.*
 - 20 *Dos putatiua, quæ datur sponso, quæ ante contractum matrimonium venit restituenda non est dos, & non reperitur privilegiata, & ibi de quasi dote, quæ promittitur sponsæ.*
 - 21 *Dos quæ a fione petatur declarato matrimonio nullo.*
 - 22 *Dos promissa, an habeat privilegium quo ad anterioritatem.*
 - 23 *Et an dos confessata.*
 - 24 *Dos confessata habet privilegium prælationis, quod habet dos vera numerata contra creditores viri si lapsa sunt tempora opponendi exceptiones dotis non numerata.*
 - 25 *Geminata confessio dotis recepta tollit exceptionem dotis non recepta, nec soluta, nec numerata.*
 - 26 *Geminatio multa operatur.*
 - 27 *Dos præsumpta, an habeat privilegium dotis.*
 - 28 *Dos præsumpta vera dos est.*
 - 29 *Dos à l. constituta, an habeat privilegium dotis.*
 - 30 *Pretium rerum dotalium, an habeat privilegium dotis.*
 - 31 *Pre-*

ADDITION. IOSEPHI MELE

- 31 Pretium rerum dotialium, uti subrogatum efficitur dotale.
- 32 Aumentum dotis habet eadem privilegia dotis.
- 33 Aumentum dotis, an habeat privilegium anterioritatis sicut dos.
- 34 Bona paraphrenalia, an habeant privilegia dotis.
- 35 Interesse dotis, an habeat privilegium dotis.
- 36 Fructus dotis, an habeant privilegium dotis.
- 37 Fructus dotis non sunt accessorii, sed augent dotem.
- 38 Privilegium, quod habet mulier pro dote, an habeat pro antifato.
- 39 Dos & antiphatum habent paritatem.
- 40 Mulieris in dote damnum in antiphato lucrum consideratur.
- 41 Instrumenta duo si reperiuntur. Eodem die confecta praefertur mulier creditori alterius instrumenti eo, die confecti, & quid de duobus testamentis eo die confectis ibi.
- 42 Quid quando sumus inter creditores priuatos.
- 43 Quid quando est opposita hora.
- 44 Hypoteca anterior consideratur per horam.
- 45 Hora anterioritas est in consideratione, et 54 Ordo scripturae, an praesit si non ad sit hora.
- 46 Privilegium prelacionis, quod competit mulieris an competat viro.
- 47 Et an privilegium tacite hypothecae.
- 48 Mulier cum tacita hypotheca, an preferatur habenti tacitam anteriorem opin. affirm. intellige, ut num. 50.
- 49 Quae ampliat etiam si inter creditores esset pupillus habens bona tutoris tacite obligata.
- 51 Hypoteca dotis posterior concurrens cum hypotheca tacita anteriori privilegiata, quae preferatur.
- 52 Mulier est privilegiata etiam in actione personalis in qua venit preferenda.
- 53 Hypoteca mulieris in bonis viri a quo tempore incipiat, & nu. 55. 56. 57.
- 58 Hypoteca quam habet mulier tribuit ius apprehendendi, adipiscendi, & retinendi.
- 59 Hypoteca dotis in matrimonio contracta inter consanguineos, an incipiat a die constitutionis dotis, vel dispensationis.
- 60 Mulier in bonis quae sitis per virum post contractum matrimonium, an preferatur creditoribus habentibus anteriorem expressam.
- 61 Fiscus an preferatur in bonis quae sitis post obligationem, & cui incumbat onus probandi acquisitionem factam ante, vel post n. 62.
- 63 Constituti, an operetur ad bona postea, quae sita, et quid si esset clausula ex nunc pretii 64.
- 65 Dos, & Fiscus paribus passibus ambulans, et quomodo nu. 66. & nu. 71.
- 67 Dos, & Fiscus dicuntur aequale privilegium habere.
- 68 Privilegia dotis, et Fisci conquassantur, non communicantur, & nu. 72.
- 69 Regula l. qui prior in tempore habet locum inter dotem, & Fiscum.
- 70 Casus in quo Fiscus praefertur doti etiam anteriori & mulier praefertur Fiscus.
- 73 Privilegia personalia, & prelacionis competentia fisco transiunt in cessionarium si hoc agatur secus dotis.
- 74 Soluens fisco habet privilegia fiscalia etiam personalia si hoc agatur, & cessio requiritur nu. 75.
- 76 Fiscus, an habeat privilegium contra mulierem de iure consuetudin. Neap.
- 77 Creditoribus concurrentibus in actione personalis praefertur habens favorabilior causam, & quid si concurrant dos fiscus, & Ecclesia ibi.
- 78 Instrumenta duo eodem die confecta unum Fisci alterum mulieris ex quibus non approbatur modo aliquo de prioritate, quod praefendum, & nu. 79.
- 80 Primi pilus quis sit, & an hoc officium sit in usu.
- 81 Dos in iure reperitur magis privilegiata en Fiscus.
- 82 In dubijs quest. magis contra Fiscum iudicandum, & nu. 84.
- 83 Fiscus est ultimus privilegiatarum.
- 85 Fiscus quando concurrit cum alijs videtur privilegium sibi a iure concessis.
- 86 Privilegia Fisci enumerantur.
- 87 Fiscus auocat pecuniam solutam posteriori creditori, & quando habet locum n. 87. 88. Idem privilegium in dote nu. 88.
- 89 Creditor priuatus non auocat pecuniam solutam posteriori, & quid si soluta, ab herede cum beneficio l. n. 90.
- 91 Fiscus extra privilegia sibi a iure concessa, semper utitur iure priuati.
- 92 Fiscus non est privilegiatus nisi expresse in iure ita reperitur.
- 93 In Fiscum non transiunt, quae transiunt in extraneum.
- 94 Publicatis bonis non publicantur fenda.
- 95 Dos extra eius privilegia in iure expressa, non est privilegiata nu. 96.
- 97 Specialia non sunt multiplicanda intellige nu. 99.
- 98 Privilegia sunt privata lex.
- 100 Extensio ex identitate rationis fit etiam in casibus exceptis a regula.
- 101 Extensio proprie non dicitur quando est eadem ratio, & omnimoda similitudo n. 101. 104.
- 103 Extensio in correctorijs quando, & quomodo fiat.
- 105 L. hac edictali. §. in omnibus C. de secund. nup. assertur.
- 106 Opin.

- 106 *Opin. communis non attenditur, quando validiores rationes eam vincunt.*
 107 *Extensio equiparatorum.*
 108 *Argumentum ab equiparatis validum, & quando nu. 109.*
 110 *Lex noua disponens in vno ex casibus equiparatis per l. veterem habet locum in alio.*
 111 *Casus duo equiparati in l. antiqua dispositum in vno censetur dispositum in alio.*
 112 *L. si is qui de iur. fis. affertur.*
 113 *Fiscus, & Ecclesia equiparantur.*
 114 *Ecclesia fauorabilior fisco, & miserabilibus personis nu. 117. & 118. quando concurrat cum fisco, & dote quis preferendus n. 115.*
 116 *Ordo scriptura attenditur.*
 119 *Ecclesia equiparatur minoribus habet priuilegia minorum nu. 120. habet benef. sicut minores etiam quando litigat contra Ecclesiam nu. 111. & 122.*
Priuilegiatus non utitur priuilegio aduersus alium equi priuilegiatum.
 122 *Dominium rerum dotialium quod sit penes maritum.*
 123 *Dominium rerum dotialium marito affecto non soluendo etiam si res sint aestimate transfertatur in uxorem, qua praefertur ceteris creditoribus.*
 124 *Dominium rerum dotialium quando pertineat ad maritum, & quando ad uxorem.*
 125 *Opinio recepta in iudicijs praeualet.*
 126 *Opin. recepta in iudicando à Iudice tenenda, & sequenda.*
 127 *Opin. usu probata recipienda.*
 128 *Dubietas omnis ex obseruantio declaratur.*

AD DECIS. I.

Decisio ista satis docta, satis elegans est, sic eam celebrat nouissime D. Marchio Corleti Regens Constantinus in l. 1. nu. 20. C. de iur. fis. lib. 10. Ad cuius materiam vide tradit per Eminentiss. Card. Mant. in tract. de tacit. et ambig. tit. 26. & nouissime omnium Io. Dominicum Gait virum eruditissimum post hac scriptum in suo celebri, & perutili tract. de credito cap. 4. quaest. 11. num. 1596. & seq. vbi pluries de hac decis. meminit. Et dum pro fundanda ista decis. D. Gizzarell. praemittit communem opin. quae se habet, quod mulier habens hypothecam expressam pro dote posteriolem praefertur tantum creditoribus habentibus anteriorem tacitam, non autem expressam, de dicta communi vide Bellacom. 2. tom. commun. opin. tit. qui pot. in pig. habeat. num. 12. fo. 347. vbi etiam de opinione contra dictam communem, quam dicit esse Ang. in § bis consequens Auth. de equal. dot. & se-

qui per Aret. in l. 1. ff. sol. matr. & Bal. Nouel. tract. de dot. 19. p. lim. 6. quibus adde Card. & Panorm. in c. ex literis de pign. Azor. in 2. p. summ. lib. 4. c. 37. vers. ait 2. opin. fo. 312. & alios cit. per Sylu. in sum. in ver. Dos, & ultra illos vide Vacon. lib. 6. declaratio iur. declarat. 92. & nouissime eruditissimum Merend. controuers. iur. lib. 3. c. 9. Coras. in d. l. 1. 2. lect. qui testatur pro opin. contra communem fuisse sepius decisum in Sena. Tholosan. pro vt refert Barbof. in d. l. 1. num. 5. & in Cam. Imp. Myfing. bis per Authorem cit. num. 1. & Cappell. Tholosan. decis. 217. quorum etiam meminit Ricc. p. 3. collectanearū collect. 437. vers. 3. limita. & re vera opinio contra communem euidentissimis iuribus, palpabilibus, validissimis argumentis, & ineuitabilibus rationibus fundatur adeò, quòd etiam ij, qui in contrariam iurare sententiam illam inuitis dentibus faxi sunt veriolem. Verum quia decisio ista fuit super communi edificata, & propterea decisum, quod sicut mulier pro dote non praefertur creditoribus anterioribus habentibus expressam ex dicta communi in alijs bonis, ita etiam in bonis postea quaesitis per virum in consulendo, & iudicando adherendum erit communi, quam D. Gizzarell. consumatissimus Consil. testatur usu frequentissimo in iudicijs receptam, idemque in praxi testatur Ricc. collect. 146. circa med. nouissime Gallupp. in recenti prax. 8. C. p. 3. c. 3. post num. 43. fo. 255. & eam pro vera praesupponit And. Gail. lib. 2. obser. 25. nu. 10. vbi testatur Cam. Imp. ab hac opin. nunquam discessisse tempore suo, & quod ita ipse semper iudicaret per rationes per eum adductas, pro vera etiam praesupponit D. Reg. de Pont. in quibusdam allegatio. insertis per Thor. in compen. decis. Reg. in ver. Creditor. viri. 1. p. fo. 135. Barz. decis. 108. num. 22. maxime, quia vti magis aqua iudicata per S. C. cuius decisionibus contradicere non modo inconueniens esset vt dicit Musca. prax. S. C. glo. fin. num. 109. verum etiam temerarium, quin imò illas in iudicando, & consulendo semper praeculis habere debemus, vt aduertit D. Rouit. conf. 18. & 78 num. 2. & seq. 1. p. Cum illius authoritas magna sit, terruitque Det. tantum virum, vt ipsemet testatur conf. 379. eiusque decisiones faciant ius vniuersale in Regno, vt per Affl. decis. 190. D. de Franch. add. ad suam decis. 238. & ibi Amend. quorum nouissime meminit Medic Senen. examin. 21, num. 45. & dixit in decis. 81. num. 2. Nouar. in praelud. collect. ad Reg. pragm. nu. 5. D. Rouit. qui alios allegat loco cit. adestque Reg. Pragm. 38. §. fin. incip. & si decreta de off. §. Cedita per Ill. & Excell. DVC. ALCALA.

NORVM PROREGEM recolendę memorię, cuius æncomia, quam libentissimę vnā cum illis huius dignissimi Nepotis ad præfens huius Regni Proregis recenserem, verum quia inmensę sunt, & propè infinitę amplius Theatrum requirunt, eas prætermittas faciam, oportuniori (Deo fauente) loco, magis appositę relaturus.

Nec te moueat, quod opin. ista communis amplum non tribuat priuilegium doti, quia non modicum est priuilegium, quo mulier potitur quando præfertur creditoribus habentibus anteriorem tacitam, *et per Bal. Nouel. p. 8. priu. 28.* Circa quod ne Tyrones errant sciant, quod priuilegium † quod habent mulieres pro dotibus habent post dissolutum matrimonium ante dotis restitutionem *Ias. post alios in rub. ff. sol. matr. Socc. conf. 177. visa faeli. col. 3. vol. 1. Negus. tra. de pig. 4. mem. 2 p. n. 112. Facchin. lib. 10. contro. uers. Iur. c. 27. Manti. d. tra. de tacit. & ambig. p. 1. lib. 12. tit. 1. & seq. & ita procedit ille tit. sol. matrim. secus soluto matrimonio post dotis restitutionem, vt distinguit *Molfes. ad consue. Neap. p. 6. q. 3. nn. 17. & nouissimę Viseon. in concl. incip. fundus dotalis. vers. & addo procedit hæc Concl. col. 3. fo. 107.* qui multis auctoritatibus id comprobat, quib. adde *Apicell. in tutam. paup. tit. 1. n. 64. vers. et quod dict. est fo. 26. & ibi filius add. red dit rōnem ibi pater, quia subest ratio prohibitionis, sexus, & fragilitatis l. 1. §. lege C. de rei vxo. actio.**

Id aut priuilegiū † quod cōpetit mulieri, an cōpetat ipsi soli, ita vt non egrediatur eius personam, vel transeat ad eius hæredes vide *Apicel. tutā. paup. tit. 1. n. 63.* & ibi filiū add. apud quos multa de subsequētib. post hoc opus perfectum visos nu. seq. & *Gait. d. c. 4. quas. 11. n. 1590.* & quod nō transeat ad hæredes est tex. apertus in l. 1. ibi scire debet etc. *C. de priuileg. dot. & in l. assiduis ibi, ei dedimus & c. nisi sint filij, & alij descēdētes ipsius mulieris Molin. de cōtra disputat. 438. n. 3. et 4. Tesau. fil. decis. 5. Socc. Iun. d. l. 1. n. 104. ff. sol. matr. Aret. in d. §. fuerat col. 11. & ibi Ias. nu. 94. 122. & 138. Gomes. n. 34. & 36. Oinot. nu. 68. faciunt dicta per *Affl. decis. 306. Molf. ad cōsuetud. Neap. q. 3. n. 18. & ibi idem add. in 2 tom. multos adducit Barbof. 6. p. d. l. 1. n. 13. & 14. & nouiss. Medi. dec. Sene. 51. fo. 371. et Cartar. decis. exequut. Genua 124. nu. 5.* apud quos, quod priuilegiū prælationis extendit ad filios hæredes, & nepotes licet contrariū in disputando potius probat *Francisc. Mele filius meus dilectiss. in in cent. 1. altercat. iur. alterc. 93. per d. l. 1. iuncta l. ex faeli §. fi. ff. ad Trebell.* cuius opinio absq; dubio pcedit in hæredib. extraneis quib. dictū priuilegiū non*

cōpetit, vt præcitati Doct. asserūt *Bal. nou. tra. de dot. p. 2. priu. 2. & p. 12. n. 19. per tex. in d. l. assiduis §. exceptis glo. Bar. Bald. & alij in d. l. 1. C. de priuileg. dot. Negus. ubi sup. nu. 30. & 34. Det. conf. 31. vol. 2. cū alijs cita. per Gomes. in d. §. fuerat n. 36. Socc. Iun. d. l. 1. n. 101. Nā licet verū sit, quod priuilegiū † hypothecę trāseat in quęcunq; transit ipsa actio de dote ē in disbolū infernalem, vt dicit *Bart. in l. post dotē nu. 32. ff. sol. matr. et in l. 1. ff. eo. per tex. in d. §. fuerat, ubi Gomes. n. 36. Oino. n. 50. Ias. n. 69. Negus. d. n. 30. Molf. d. q. 3. n. 19.* qui cōfused intellexit doctri. *Bar. in l. post dotem* tamen transit sine priuilegio prælationis.*

An aut dicti filij, & descendentes † in quos transit illud priuilegiū necesse sit, vt sint eiusdem matrimonij, quod sit *glos. cōiter approbata in l. si cum procurator ff. de re. iud. Alex. cōf. 58. n. 4. lib. 7. no. in l. et ff. sol. matr. Negus. loc. cit. n. 95. ver. sed contrariū Barbof. d. p. 6. l. 1. n. 14. Bellac. cō. opin. uer. priuileg. in 2. tom. com. opin. tit. qui potior in pign. n. 1. fo. 346. & vide nouissime Medi. decis. Sen. 66. nu. 1.*

Et si ius prælationis † cedi possit adeas *Ca pibl. in prag. 1. de Baro. n. 157.* & an trāseat incessionarium *Meno. lib. 4. præsump. 189. n. 153. ubi n. 154. limitat latē Viscō. in cōcl. mulier, an possit priuilegiū, & aliqua in cōcl. priuileg. quando alicui conceditur ver. itē priuileg. concessum vni fo. 233. Rouit. qui loquitur de priuilegio prælationis dotis, sed remissiuē in prag. 1. nu. 8 de legat. Bal. nouell. tra. d. dot. p. 12. q. 4. Meno. d. præsump. 185. Negus. ubi sup. n. 31. & 107. Mont. decis. Arag. 35. Pisanell. ad prag. 4. n. 56. de possess. non turbā. Gait. d. quasit. 11. n. 1712. Misling. cēt. 3. obser. 3. Costa de portion. rat. q. 47. ad quos se refert Rouit. ibi, *Affl. ab eo non citatus d. decis. 306.**

& ibi *Vrsill.* loquēs an priuilegium dotale † possit cedi extraneo, quanquā valdē dubiū dicit *Masul. ad Capy. dec. 183. n. 4. Oino. in d. §. fuerat n. 70. & ibi Ias. n. 125.* qui dubitat si actio de dote cedi pōt obstat. n. tex. in l. ex plurib. ff. de adm. tut. *Amend. ad de Fräch. dec. 33. n. 3. et ad dec. 75. n. 3. et contra Affl. Bertazol. in tra. clausul. claus. 29. gl. 11. n. 7. Mart. in trac. claus. p. 2. claus. 3. num. 14. relati à lo. Bap. de Thor. in comp. dec. ver. priuileg. prælationis fo. 417. lata Apicell. tutā. paup. tit. 4. nu. 91. ver. sed an dictū priuileg. fo. 131. post hæc scripta completa visus.*

Et quid si mulier petat affecurationem, an possit † actionē hypothecariā sibi contra maritum, & possessores bonorum ipsi competētem obligatorū alteri cedere, quod nō. *Negus. in 1. mem. 5. p. nu. 38. Tiraq. de retra. glo. 1. §. 26. num. 8. Viu. qui de communi testatur opin. x. p. 1. refert Viscō. in d. concl. mulier col. 3. fo. 190. Apicell. Pater, & filius d. num.*

91. *ver. & si mulier, & filius lit. A.*

Limitarē tamen prædicta de cessione di-
10 cta, nisi in † instrumento cessionis ad esset
clausula v3. ponēs in locū vicem s3. & con-
stituens cū procuratorem velut in rē pro-
prium, cedensq; omne ius, omnemq; actionē
vt quotidie eius modi clausulæ in instrumē-
tis cessionū apponūtur, de quib. clausulis per
Marta. in tra. clausula. clausul. 188. Barz. dec.
56. n. 39. & 41. & dec. 70. n. 28. Intrigl. dec. 8.
n. 10. Mōter. dec. Aragon. 25. n. 2. Gratia. dec.
13. p. 33. Bertaz. de claus. claus. 28. Gratia. tō.
1. discep. forens. c. 20. n. 20. & seq. Gait. de cred.
c. 4. in appendice in fin. operis, & nisi cessiona-
rius constitueretur procurator ad exigendū
a tali debitore tantam pecuniarum quanti-
tatem vigore talis, obligationis eumq; quie-
tandum, & ipsam obligationem cassandum,
& de exactis pēnes se retinendum pro to-
tidem ab eo receptis, quia per istum cession-
is modum, & clausulas prædictas in cession-
arium transiret ius prælationis ex traditis
per *Carau. rit. 266. n. 7.* cū etiam Doct non
negant, quod priuilegium mulieri compe-
tens pro dote cōpetat eis procuratori per
glo. in l. alia ff. sol. ma. Oinot. d. 5. fuerat. num.
69. & sic vti procuratori, non vti cessiona-
rio competere ius prælationis, quia, & si ius
prælationis non est cessibile, vt per *Bal. no-*
uell. tra. de dot. p. 10. n. 16. ver. tamen hoc vi-
detur fo. mihi 813. Barbof. in d. l. post dotem n.
65. vers. ultimo infertur, tamen vt ipse met
Barbof. dicit si mulier cedat actionem dotis
ita tamē, vt omnis utilitas pertineat ad mu-
lierē, tūc cessionario competunt priuilegia
dotis, non. n. attenditur persona agentis, sed
illius, ad quem utilitas est per ventura l. fi-
deicommissa §. interdiū ff. deleg. 3. *Bal. nouell.*
p. 12. d. n. 18. Negus. vbi sup. n. 107. in fin. Pa-
ris cōf. 64. n. 11. lib. 4. vnde Barbof. distinguit,
quod aut cessionarius agit nomine mulie-
ris, & gaudet priuilegijs, aut intentat viles
actiones, & non gaudet per allegata ibi dif-
fusa per eum.

Limita etiā prædicta de cessione in priui-
11 legio, quod habet mulier pro dote † vt in
casu dubij præferatur fisco, vt infra, quia il-
lud trāsit ad quēcunq; extraneū ad quē tran-
sit dotis actio, vt videtur tenere *Bal. noue.*
loc. cit. Barbof. & alij in d. l. 1. sol. ma. Negus.
loc. cit. n. 111. cōtra Socc. in d. l. 1. 3. not. cōtra-
riū tenentem, ratio illorū est quia priuilegiū
mulieris in dubio non est adeo exorbitans
put est quādo sumus in claris per d. l. assid.

12 Illud autem priuilegiū † q̄ habet mulier
habet etiā, & eius pater, quippe qui dotem
seruat ipsi filiz *glo. in d. 5. fuerat, vbi Gomef.*
n. 12. qui id intelligit viua filia, secus ea mor-
tua *las. ibi n. 138.*

13 Non tamen competit legatario † quia si
per dicta supra id priuilegiū non transit ad
omnes hæredes nisi ad descendentes, & her.
qui representant personam defuncti, quātō
minus trāsbīt in legatarium, qui impro-
priissimē illū representat l. cū tēpus §. 1. ff. de
usucapio. ibi (quodammodo quasi hæres.)

14 Sicuti nec etiam dictum priuilegium cō-
petit extraneo dotanti etiam si dotes stipu-
latus sit sibi reddi soluto matrimonio *Card.*
Mant. de tacit. & amb. tit. 26. n. 36. Barbof. l.
1. 3. p. n. 30. sol. matr. Rod. de priuil. cred. p. 1.
art. 1. n. 17. et seq. Gait. d. q. 11. n. 1593. de quo
etiā videndi sunt *Negus. vbi sup. n. 30. 67. &*
94. Bal. Nouell. p. 6. priu. 7. Gomef. in d. 5. fue-
rat n. 42. & ibi las. nu. 36. vsq; ad n. 39.

Aduertas tamē quod quādo dicitur quod
15 competit priuilegium † mulieri intelligitur
de muliere catholica, nam mulieri infideli,
quæ matrimoniū eū infideli contraxit id pri-
uilegiū non competit *Bal. nouell. in d. tra. de*
dot. p. 11. vers. hætenus n. 45. Negus. vbi sup.
n. 65. & seq. Apicell. tutā paup. vbi sup. tit. 1.
n. 67. Medices. compiler decif. Senen. exam.
11. n. 17. & seq. omninō videndus.

16 Et quid de muliere heretica † si amicitat
id priuilegium, vel dotem *Barbof. in 2. p. rub.*
n. 39. sol. matr. & quid in muliere sterili vi-
de Crass. com. opin. 2. tom. tit. de priu. dotis n.
10. fo. 331. Et an mulier, contra mulierē ha-
beat prælationem suam dotem repetentem
quod non *Gait d. quesit. 11. n. 1652.*

17 Competit autem id priuilegium † mulieri
pro vera dote, quæ est quando verē con-
trahitur matrimonium l. 3. ff. de iur. dot. l. fi.
C. de donat. ant. nup. *Molfes. d. q. 3. per tot.*

18 Et quia vera dos, & putatiua conueniūt †
vt per *Bal. nouell. loc. cit. id,* priuilegium etiā
pro dote putatiua competere dixit secun-
dum communem de qua per *Doct. in d. l. 1.*
sol. ma. Negus. loc. cit. n. 104. per tex. in d. l. si
cum dotem §. fi. & ibi DD. ff. sol. ma. Bal. in l.
1. C. de cond. indeb. vbi dicitur quod instru-

19 mentū † putatiue dotis habet exequutionē
aratā sicuti instrumentū verę dotis, sed in
hoc quinq; refert opin. *Bal. nouell. ibi in d.*
p. 11. in prin. fo. mihi 627. vbi explicat,
quæ sit dos putatiua. Sed tu vide omninō *Ro-*
lan. de lucro dot. q. 97. declarantem, & ad par-
res disputantē articulum, & circa prædicta.
vide etiam *Apicell. ad tutā paup. tit. 1. n. 67.*
sup. cit. & ibi fil. addē. post hæc scripta viros.

Caue ne intelligas prædicta in dote pu-
20 tatiua † & quæ datur sponso, quæ antē cō-
tractum matrimonium venit restituenda,
quia in ista mulier, cū illa non sit dos
nec reperitur priuilegiata *Negusan. loco*
cit. num. 71. qui nu. seq. respondet contrarijs

de quibus videri est *Molfes*. p. 6. q. 2. nu. 22. & ea. p. 6. q. 3. num. 7. & seq. *Ias*. in d. 5. fuerat num. 140. *Gomes*. num. 40. & de quasi dote, quæ promittitur sponso *Molin*. de contra. q. 438. num. 2. qua autem actione petatur dos 21 † declarando matrimonio nullo. *Molfes*. d. q. 3. num. 8. 2. tom. fo. 199.

Sed quid in dote promissa, an habeat pri- 22 uilegium † quo ad anterioritatem? quod sic quia est verè dos cum adsit verum matrimonium *Rolan*. de *Lucr. dot.* q. 5. nu. 14. *Surd*. decis. 287. num. 2. *Gutierrez*. tra. de *Iuramen.* p. 1. c. 46. *Surd*. conf. 45. vol. 1. latè defendit *Molfes*. p. 6. q. 2. nu. 14. & seq. confutata opinione *Card. Mant.* contrarium tenentis lib. 12. tit. 4. de tacit. & ambig. vti loquentis contra veram sententiam, & nouissime *Consiliar*. *Pasca*. in tra. de vir. patr. pot. p. 1. c. 4. nu. 70. & seq. omnino viden. in allegationib. ibi per eum insertis, & *Ricc. collect.* 804. *Tiraq.* de retract. conuent. in fin. nu. 35. fo. 978. *Apicell* tutam paup. tit. 1. nu. 64. & ibi fil. add.

23 Et quid in dote confessata † negatiuè respondent *D. in d. l. 1. glo. in d. l. assiduis ver. data* *Ias*. in d. 5. fuerat num. 73. & 82. & ibi *Omot*. num. 63. & seq. 1. *Barbos*. d. 6. p. l. 1. nu. 25. vbi multos cumulat, & refert alteram opinionem *Bar*. in d. l. assiduis contrarium tenentis, *Socc. reg.* 157. incip. dotis causa 1. *salen*. & quando, & quomodo d. glo. locum habeat videndus idem *Socc.* ibi per, sequentes limit. positas ad explanationem quādo dos confessata habeat priuilegium d. l. assiduis de quo etiam videndi sunt *Bar*. & *Bal.* in d. l. assiduis *Bapt. à Villal. concl.* 178. *Soccin.* in l. dotis n. 87. *Sol. matri.* *Bal. nouell.* loco cit. nu. 76. *Molfes*. in addit. ad 6. p. q. 9. num. 6. 2. tom. & seq. fo. 203. *Affl. decis.* 402. *Boer.* decis. 330. *D. de Franch. decis.* 613. num. 8. *Masull.* vbi supra num. 5. *Velas.* decis. *Lusit.* 6. num. 9. *Vilalob. com. opin. ver. dos confessata*, apud quem multa ad propositum reperies, et *Meno. lib.* 4. *presump.* 90. num. 50. & 51. & *Molin.* de contract. disputat. 439. num. 13. tetigerunt *Apicell.* pater, & filius in tutam paup. tit. 1. num. 67. post completa hæc scripta omnia,

24 visus. Verum quòd dos confessata habeat † priuilegium prælationis, quod habet dos vera numerata contra creditores viri si lapsa sunt tempora opponendi exceptionem, dotis nō numerata habes ex præcitat *Doct.* & ex *Ias*. in d. 5. fuerat nu. 74. *Bald.* *Nouell.* d. p. 10. priu. 1. num. 8. & seq. *Oino. d. 5. fuerat* num. 64. & 66. & no. in l. fin. cum auth. ibi posita *C. de dot. caut. non numer.* *Molin.* de contract. disput. 440. in prin. vbi optimè materiam declarat per tot. illam disput. & disp. 39. & nouiss. *Pasca*. in tra. de vir. patr. pot. p. 7

cap. 51. vbi declarat duobus modis, vt ibi per eum, sed quia articulus iste valde controuertitur à DD. & recipit nonnullos ampliationes, & limitationes te non pigeat videre *Barbos*. vbi sup. n. 27. cum seq. & *Bella. com. opin. in ver. dos confessata tom. 2. commu. opin. tit. de priu. dot. num. 8. fo. 330. Medi. decis. Sen. examin. 51. num. 36. & decis. 80. fo. 572. Gait. post hæc scripta visus d. quesit. à nu. 1715. vbi late materiam ex aminat, & dilucidat more suo.*

25 Sed quid dicendum si dotis receptæ † esset geminata confessio dic, quòd tollitur exceptio dotis non receptæ, nec solutæ, nec numeratæ glo. in l. in contractibus *C. de non num. pecun. Felin.* in c. si cautio vlt. col. de fid. instr. *Mod. reg.* 3. incip. dotis receptæ, idq; virtute geminationis, quæ † multa operatur, vt per *Morot. conf.* 28. num. 21. *Pereg.* in tract. de fideicom. art. 49. nu. 28. *Cauat.* de tuto nu. 38. *Alphan.* de offit. eius nu. 111. *Carabb. sing.* 83. *Petr. ad Cappy. decis.* 19. ver. geminata, et confessio geminata. *Ann. alleg.* 85. num. 5. & 127. num. 9. *D. de pont. conf.* 46. num. 28. vol. 2. & conf. 138. eo. vol. 2. *D. Marchio Belmontis Regens Tapp.* in rub. de constit. Princip. c. 2. num. 14. remittendo se ad *Felin.* in c. nulli nu. 14. & seq. & in c. si quando de rescrip. cuius meminit etiam idem *Regens* in lib. 2. *Iur. regn.* in constit. officia num. 4. in Rub. de offit. in Reg. *Const.* quem cum supra cit. adduxi ad decis. *D. de Franch.* 624. extra quos vide *Barbos*. d. 6. p. d. l. 1. num. 56. nouissime *Ambrosin* decis. 3. num. 18. & decis. 19. n. 17.

27 Et quod id priuilegium † se extendat ad dotem præsumptam, vt puta quia mulier nubat traditis bonis marito nulla facta mentione dotis ex eo quia præsumpta dos † vera dos est, vt not. in l. fin. *C. sol. matr.* *Ricc. collect.* 804.

29 Et an se extendat ad dotem † à lege constitutam *Rolan.* in tract. de lucr. dot. q. 76. num. 9.

30 Et an ad pretium rerum dotialium † quod 31 vtrius subrogatum † efficitur dotale si interuenit consensus vxoris, & superioris licentia *Cappy.* decis. 78. in fin. *Gam. decis.* *Lusit.* 314. num. 7. *Ann. conf.* 123. num. 8. 11. 12. cum alijs nouissime alleg. per *Viscon.* in conclus. pretium fo. 231. *Molfes*. p. 2. q. 3. & 5. de quo etiam vide *Negus*. vbi supra n. 57.

32 Quia vero augmentum dotis habet † eadem prinilegia dotis l. etiam vbi *D. C. de iur. dot.* *Tiraq.* de retract. lign. 5. glo. 18. num. 51. *Ama. decis.* *Rot. March.* 34. & verè, & substantialiter dos est idem *Ama. decis.* 27. nu. 4. *Gratian. decis.* 19. num. 4. *D. de Franch. decis.* 613. *Rolan.* de *Lucro. dot.* q. 100. num. 5. & 6.

- 33 an id priuilegium † se extendat ad dotis augmentum, vide *Negusan. vbi sup. num. 46. & 47. Oinot. d. S. fuerat. num. 41. Tefaur. dec. 45. num. 2. Mant. de tacit. & ambig. tit. 26. num. 13. Surd. conf. 397. lib. 3. num. 17. & seq. nouissime D. Gait. d. quæsit. 11. nu. 1595. & seq. vbi an idem procedat in aumento dotis cōfessato de quo num. 1759. Molfes. in add. ad d. q. 3. num. 7. 2. torn. Tefaur. decif. 45. & 46. D. de pont. in conf. 75. num. 46. & 47. vol. 2. alios nouissime citat *Apicella. filius in add. ad tutam paup. sui Genitoris num. 145. fo. 12.* post hæc scripta completo visus.*
- 34 Et an ad bona † paraphrenalia *Negus. ibi num. 63. Oino. loco cit. num. 37. & 74. Ias. in d. S. fuerat nu. 41.*
- 35 Et an ad interesse {dotis? † quod non. *Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 20. D. de Franch. decif. 613. D. de Franch. decif. 34. nu. 30. Molfes. p. 16. q. 3. nu. 24. Vide Carrabb. sing. 92. Felicia. tra. de censibus lib. 3. c. 5 num. 18. fo. mibi 250. Pasca. de vi. pa. po. p. 2. c. 7. num. 40. vbi multa more suo materiam concernentia cumulat dixi ad decif. de Franch. 613. Thor. in compen. decif. in ver. praelatio, seu prioritas à iure concessa fo. 408. vbi diffuse referendo decif. de materia loquitur. Sed quod fructus*
- 36 dotis dicantur † habere idem priuilegium cum ipsa dote, quia fructus ipsius non sunt accessorij, vt sunt fructus alterius rei, sed
- 37 sunt † ipsamet dos quia dotem augment probat *Molfes. in p. 4. q. 10. num. 12. ex l. si marito S. vn. ff. sol. matr. ex Campeg. tra. de dot. p. 3. q. 253. & par. ult. q. 19. & alijs per eum, & vide decif. D. de Franch. decif. 642. num. 6. vbi alios adduxi.*
- 38 An autem eodem priuilegio † quo potitur mulier pro dote potiatur etiam pro antifato videtur quod sic ob parilitatē dotis,
- 39 & antifati *Auth. equalitas C. de pact. conuen. & in Au. b. de equal. dot. Rolan. de Lucr. dot. q. 10. num. 5. & 6. Affl. in const. patris pro filijs num. 8. ne fil. pro patr. & in const. mulieri num. 6. Contrarium tamen testatur verius Negus loco alleg. num. 64. Cum num. seq. ratio diuersitatis est, quia in donatione prop-*
- 40 ter nupt. † lucrum, in dote damnum consideratur si amittitur *D. de pont. conf. 80. quod conf. hic per authorem adducitur licet ad aliud propositum, qui D. de pont. refert ita decifum, idem etiam tenet in d. allegatio. insertis per Thor. in compen. decif. In ver. creditor viri fo. 135. Ricc. collect. 1488. à quo videtur discedere Ias. in d. S. fuerat nu. 40. vbi distinguit inter priuilegium praelationis, & tacitæ hypothecæ in 3. no. nu. 125. tamen cum d. decisione pertransit *Gomes. in d. S. fuerat nu. 39. tenendo contra Ias. Oino.**
- num. 35. sed additio ibi Ias. d. declarat, vt donatio propter nup. habeat tacitam hypothecam non ius praelationis, vt dicit ibi Ias. & cum d. decif. concordant dicta per D. de Franch. decif. 71. & 126. num. 7. & 182. n. 3. & 16. Affl. decif. 154. num. 4. & ibi Vrsill. num. 3. D. de Pont. conf. 8. num. 42. & seq. & conf. 80. num. 8. & 9. vol. 1. Gram. decif. 103. num. 123. Adden. ad Clar. in S. donatio q. 11. Barbof. in d. l. 1. 6. p. nu. 16. Apicella filius nouissime visus in addit. ad tutam paup. eius Genitoris ad num. 66. num. 145. fo. 12. qui non omnium prædictorum meminit. Quibus adde Thor. in 2. p. cōp. decif. reg. & D. per eū cit. in ver. hypotheca Priuilegio vero prædicto potitur mulier non modo quando habet anteriorem tacitam, sed in dubio, vt puta si*
- 41 reperiuntur duo instrumenta † eodem die confecta præfertur mulier creditori alterius instrumenti eodem die confecti etiam si illud instrumentum habeat expressam, & instrumentum mulieris non contineat expressam *Bal. Nouell. p. 7. priu. 1. num. 3. vbi subdit idem esse si cum muliere concurrat fiscus, de quo inf. dicemus. Quid de duob. testamentis die confectis vide Rot. Lucen. Mago dec. 32. num. 3. & ibi add.*
- Quod secus est quando sumus inter creditores priuatos, & reperiuntur duo instrumenta † eodem die confecta ab eodem notario, quo casu quando alter prætedit præferri, & graduari, & simul concurrunt, pro rata, & per cæs, & libram sunt graduandi nõ obstat, quòd in protocollo appareat prius
- 43 scriptum vnum, quam alterum † nisi sit appositâ hora *Marta decif. Pisana 75. D. de Franch. decif. 260. refert nouissime Barbat. in tract. de assisten. glo. 12. num. 65. quia hypo-*
- 44 theca † anterior consideratur per horam, & vt anterior contrahitur *D. de Franch. decif. 649. num. 3. Apicell. in tutam pauper. tit. 4. de dilat. quinquenniali vtr. sed illud queri posset.*
- 45 Et quòd horæ † anterioritas est in consideratione *Ricc. coll. 1544. Berta. ver. hora respectu. Felicia. de cens. lib. 3. c. 5. nu. 16. fo. 249. omninò videndus. Carrabb. sing. 92. Viscon. in concl. incip. hypotheca vers. qua hypotheca, Affl. decif. 387. dixi abundè ad d. D. de Franch. decif. 649. num. 3. & si non adsit hora, an prosit pro anterioritate ordo scripturæ, vide adducta per Viscon. in concl. incip. ordo scripturæ. Verum quod ille qui habet instrumentum cum die, & hora præferatur habenti instrumentum eodem die confectum absq; expressione horæ *Gait. d. quæsit. 11. num. 1863.**
- 46 An verò è contra sicut competit priuilegium

46 legium † praelationis mulieri, ita & viro videndus est *Bal. nouell. par. 9. priuil. 2. & par. 12. num. 4. Negus. de pigno. vbi sup. num. 34. Oinot. d. 5. fuerat num. 44. et 72. verum quod*
 47 priuilegium † tacitæ hypothecæ sicut competit vxori ita, & viro pro ea consequenda *Surd. tra. de alim. priuil. 50. num. 3. Viscon. iu d. conclus. hypotheca in prin. Mant. de tacit. & ambig. tit. 26. num. 33. Gait. vbi supra num. 1592.*

N. 1. ibi ¶ mulierem habentem hypothecam expressam pro dote posteriorem præferri tantum creditoribus habentibus anteriorem tacitam ¶

48 Sed quid in tacita hypotheca † quam mulier habet à l. vn. §. et ut plenius C. de re. vxor. act. de qua per *Ricc. collect. 2. 17. an mulier cū tacita posteriori præferatur creditoribus habentibus tacitam anteriorem? quod sic Negus. vbi supra num. 97. Barbof. in d. l. 1. 6. p. n. 1. Ricc. d. coll. 2. 17. Rip. in l. priuilegia num. ff. de priu. cred. qui extendit ab bona postea quæ sita, quem cum Negus. adducit Viscon. iu d. concl. hypotheca.*

49 Quod amplia etiam si inter creditores † esset pupillus habens tutoris bona tacite hypothecata ad quod probādū multos allegat *Molfes. p. 6. q. 2. num. 26. quod intellige nisi tacita † hypotheca esset inducta à statuto cum hoc priuilegio, quod illa tacita hypotheca habeatur pro expressa, perinde ac si esset in instrumento posita ita Rom. conf. 147. quia tali casu cessat dispositio d. l. assiduis, sequitur Alex. conf. 58. vol. 7. Negus. vbi supra in fin. Barz. decis. Bonon. 108. post num. 22. Barbof. vbi supra nu. 10.*

Illud tamen notandum, quod si concurreret pro dotibus, & antiphato cum creditore pro salario sibi comperente, esset præferendus creditor pro salario dotibus, & antiphato, & ita decisum testatur *Tbor. 2. p. comp. decis. Reg. ver. salarium debitum alicui ex causa offitij.*

51 Quid autem si hypotheca † dotis posterior concurreret cum hypotheca tacita anteriori priuilegiata vide optimè *Barbof. d. 6. p. l. 1. n. 1. & seq. sol. ma.*

Quod verò diximus de hypotheca fauore
 52 mulieris, idem quoq; † in actione personali intelligas in qua fuit olim quoq; mulier priuilegiata, ut in l. 1. ff. de priu. cred. ut mulier veniat præferenda, & antè omnia solui debeat dos, vti priuilegiata in actione personali, ut per *Molfes. conf. 13. num. 7. Maxill. in consue. Baren. qua incip. dotis causam substit. de iur. dot. in prin. Soccin. lun. in d. l. 1. nu. 108. & 139. sol. matr.*

Sed quero (cum sæpius supra dictum est de priori hypotheca, & posteriori, ut sciri possit, quæ sit prior †, & posterior hypotheca, à quo tempore mulier habeat hypothecam in bonis viri, prioritas enim † ut supra dictum est n. 45. etiam respectu horæ consideratur, ut in alleg. decis. *D. de Fran. 649. nu. 1. & 8. & de dote loquitur Carabb. sing. 90. Ricc. coll. 1544. Muta decis. Sicil. 20. num. 1. Affl. decis. 387. num. 5. Barba. de assisten. glo. 12. num. 64. In quo nonnulli dixerunt, quod*
 55 hypotheca † pro muliere incipit à die dotis promissæ nō à die dotis consignatæ *Rip. obser. 263. Thesau. lib. 2. 9. foren. q. 34. per tot D. de Fran. decis. 677. vbi multa dixi. Viscon. in d. conclus. hypotheca, & vide Molin. de contract. disput. 439. num. 13. & nouissimè Merend. conerouers. iur. c. 35. vbi quod hypotheca dotalis retrahitur ad tempus dotis promissæ.*

Alij, quos refert *Muta decis. 93. num. 8. & Marta decis. Pisana 13. num. 9. D. de pont. conf. 80. in contrariam iuere sententiam,*
 56 quod s3. non oriatur hypotheca † nisi à die quo fuit matrimonium effectualiter cōtractum. Priorem tamen sententiam † limitat *Ripa in casu quo de promissione fuit expressè, cautum inter partes, quod fieret prædictum instrumentum, quo casu dicit nō oriri hypothecam nisi à die celebrati instrumenti non autem promissionis, quod intellige secundum Barba. in d. tra. de assisten. glo. 12. num. 14. Tu verò de prædictis vide nouissimè Medi. decis. Senen. 76. tota fo. 551.*

58 Et quod dicta hypotheca † tribuit ius apprehendendi, adipiscendi, & retinendi possessionem *Gram. decis. 58. num. 2. Det. conf. 449. num. 12. Mago. decis. flor. 68. nu. 1. Ann. alleg. 22. & 80. in fin. Carabb. d. sing. 90. incip. hypotheca, & de dicto articulo vide Boer. decis. 331. Affl. decis. 402. Rip. obser. 253. Molfes. p. 6. q. 1. & 2. num. 6. in add. 2. tom. fo. 197. Bald. nouell. in tra. de dot. priu. 823. p. 8. & p. 10. priu. 1. num. 37. vbi nu. 38. declarat quomodo procedat. Negus. loco cit. num. 77. vsq; ad num. 82. & Molfes. loco paulò ante citato*
 59 num. 5. vbi hypotheca dotis † in matrimonio contracto inter consanguineos, an incipiat à die constitutionis dotis, vel dispensationis.

N. 3. ibi ¶ an in bonis post matrimonium quæsitis mulier pro consequutione suarum dotium gaudeat priuilegio praelationis ¶

Hunc articulum, an mulier in bonis, quæ
 60 sitis † per virum post contractum matrimonium præferatur creditoribus habentibus hypo-

hypotecam expressam anteriorem, disputabilem esse dicit *D. Regens de ponte in quibusdam allegationibus adductis per Thor. in l. p. compen. decis. Reg. sup. per nos alias alleg. in ver. creditor viri fo. 135. col. 1. vbi quod præferatur dicit magis communiter teneri, tu vide omnino Felician. tra. de cens. 2. tom. epitom. ad c. 5. nu. 18. & authores per ipsum ibi cit. pro, & contra.*

N. 3. ibi ¶ Fiscum præferendum creditoribus habentibus anteriorem expressam in bonis per debitorem quæsitis post contractum cum ipso fisco gestum ¶

- 61 In hac q. quando fisco detur prælatio † in bonis quæsitis post obligationem, & præferatur creditori anteriori *Merend. contro. iur. lib. 6. c. 39. Felicia. tract. de censib. lib. 3. c. 15. num. 12. & seq. fo. 248. & D. per eum alleg. quibus adde nouissime Apicell. d. tit. 4. num. 8. et seq. fo. 127. & ibi tradita per filium adden. optimè, & melius, quam alij materiam explicat D. Gait. d. quæsit. 11. nu. 1546. vsq; ad num. 1555. & num. 1831. & 1896. &*
- 62 cui incumbat † onus probandi acquisitionem factam antè, vel post fisci obligationem s3. primo, an secundo creditori vide nouissime *D. Marchionem Corleti Regem. Constanti. in d. l. 1. C. de iur. fis. lib. 10. à num. 15. et de materia Barbof. in d. l. 1. num. 12. 2. p. sol. matr. Bal. nouell. p. x. priu. primo num. 2. & seq. Conna. commen. Iur. ciuil. p. 4. c. 17. nu. 7. quem refert D. Regens Tappia in Constit. offitia num. 11. lib. 2. iur. Regn. fo. 126. & an cõ-*
- 63 stitutum † operetur ad bona postea quæsitæ *Cassan. in consue. Burgun. tit. de success. s. 1. Affl. decis. 139. & 335. & quid si adesset † clausula ex nunc pro tunc Guid. Pap. decis. 268. Vrsill. ad d. decis. Affl. 335. quos refert Petra ad Capyc. decis. 14. in ver. constitutum. Et quid de immunitate concessa an extendatur ad bona postea quæsitæ. Anna sing. 698. cuius meminit idem Petr. ad Gram. decis. 4. nu. 8.*

N. 3. ibi ¶ dos, & fiscus paribus passibus ambulant ¶

- 65 An dos, & fiscus † paribus passibus ambulent, vide *D. Regem. Constanti. in d. l. 1. n. 2. 1. Seraph. decis. 482. n. 12. Castr. conf. 394. quamquam multa copiose 2. col. Gait. vbi sup. num. 1879. qui alios adducit Negus. loco sæpe cit.*
- 66 num. 108. qui dicit, quod dos, & fiscus † paribus passibus ambulant respectu hypothecæ *Bar. in l. 1. ff. sol. ma. per tex. in l. 2. C. de priu. fis. vbi de materia, & l. dotis iunct. glo.*

- 67 *C. de iur. dot. Et quod dos, & fiscus † dicantur æquale priuilegium habere tenent Cano. post glo. in c. ex litteris de pigno. quos refert Sair. lib. 10. Clau. Reg. tract. 5. cap. 10. n. 14. et seq. Molfes. conf. 13. num. 8. & eorum.*
- 68 priuilegia † conuassantur, sed non communicantur, vt per *D. de Pont. & alios cit. per Gait. d. q. 11. num. 1909. & aduertit Auth. hic num. 22. & dicunt aperte tex. in d. l. 1.*
- 69 2. & in d. l. dotis, & sic quando expresse † apparet quis sic anterior fiscus, vel dos conuassatis priuilegijs habet locum Regula. Qui prior in tempore &c. de qua per *Gait. d. quæsit. 11. num. 1909. quæ regula etiam locum habet interlocutorem, & dotem, vt locator, & dos paribus passibus ambulent, vt per Gait. d. quæsit. 11. num. 2007. quando tractatur de fructibus industrialibus, & à solo separatis absq; dolo.*

- 70 Sed vide casum in quo fiscus præfertur † doti etiam anteriori, quem ponit *D. Regens de pont. in tra. de potest. proreg. tit. de regal. imposition. s. 8. Capib. sing. 62. incip. Filij administratorum, &c. & contra, sed quod mulier præferatur fisco pro dote vigore eius instrumenti non tantum in expressa, sed etiã in tacita obligatione fisci hoc est pro delicto viri pro quo in quietatur mulier *Paris. tra. de Sindica. ver. publica bonorum num. 3. quem refert Thor. in compen. decisio. ver. mulier, an præferatur fo. 345. dos enim dicitur potior fisco Gait. d. quæsit. 11. num. 1884. vbi num. seq. quomodo id procedat declarat.**

Verum pro Tyronibus erit sciendum,

- 71 quod non valet consequentia dos † & fiscus secundum temporis prærogatiuam se inuicem præcedunt ergo in ceteris pari passu
- 72 ambulant, cum priuilegia † quæ sunt data doti non communicentur fisco *Socc. lun. in d. l. 1. num. 19. sol. matr. sicut & contra priuilegia fisci non extenduntur ad dotem, ex antiqua, & obseruatiã Tribunalium, & præsertim S. C. de qua testatur D. Regens Constanti. vbi sup. nu. 22. Imo est notab. differen-*
- 73 tia † quo ad priuilegia prælationis, & alia personalia fisco competentia, quia hæc transeunt in cessionarium si hoc agatur; tamen per suprascripta priuilegia dotis non transeunt in cessionarium, vt supra diximus. *Barbof. in l. post dotem num. 63. ver. Inferas*
- 74 etiam ff. sol. matr. Hinc in soluentem † fisco transeunt priuilegia fiscalia *Surd. conf. 444. vol. 3. Pasca. in tra. de vir. patr. pot. p. 1. c. 8. n. 176. est tex. in l. fin. C. de priu. fis. etiam per-*
- 75 sonalia † si ira agatur in cessione, quæ requiritur, vt prædicta priuilegia transeant in cessionarium *l. 3. C. de priu. fis. quod probat ibi Surd. & D. allati per Barbof. vbi sup. nu. 62.*

- de quo vide etiam *Consiliar. de Georgio. alleg. 39. num. 7. 8. & 23. vbi quod tenetur cedere, & nouissimè, vide tradita per eruditissimum D. meum D. A. Palmerium in allegationibus insertis per Thor in 2. p. comp. decis. Reg. ver. sub ingressio à col. 2. fo. 662.*
76. Cæterum an fiscus † habeat priuilegium contra mulierem de iure consuetudinario Neapol. quod non *Moffes. p. 8. q. 2. num. 7. Idem sibi met. add. in d. q. 2. tom. 2. Card. Mant. de tacit. & ambig. tit. 25. & 26.*
77. Et quando sunt creditores † in actione personali, quod præfertur, qui fauorabiliorem causam habet, vide supra cit. *D. & est tex. in l. priuilegia C. de priuileg. credit.*
78. Sed quid si non constat de prioritate inter dotem, & fiscum neq; per ordinem naturæ, neq; per ordinem protocolli, neq; per hore appositionem, neq; per alios modos quos recenset *Negus. vbi supra nu. 109. ver. sed difficultas, & sic essemus in ambiguis putata, quia reperirentur duo instrumenta vnū fauore fisci, alterum fauore mulieris eodem die facta, quod illorum esset præferendum? dic illud mulieris Doct. in d. l. 1. Negus an. vbi supra Bal. nouell. d. p. 9. priu. primo per tot. Ias. in d. 5. fuerat num. 70. & Gomes. post nu. 2. & Barbof. in d. l. 1. 2. p. n. 22. Molfes. d. p. 8. q. 2. n. 27. & sunt luen aperta in l. in ambiguis ff. de iur. dot. & in l. in ambiguis ff. de reg. iur. & vide Merend. controuers. iur. lib. 6. c. 40. & nouissimè optime declarat D. Gait. d. quas. 111. num. 1887. & seq. omninò videndus ad manus, n. meas peruenit post opus hoc absolutum. Et ad tex. in l. satis notam C. in qui. ca.*
79. pig. vel hypo. tacit. contrab. † qui nimis in contrarium vrgere videtur respòdet *Negus. ibi esse casum specialissimum fauore primipili, vt ibi declarat Bald. & propterea non trahendus in consequentiam per l. ius singulare ff. de legi. Barbof. d. 2. p. l. prime nu. 24.*
80. cum alijs per eum cit. vbi quis sit † Primipilus, & quòd hodie hoc officium non est in vsu, de quo officio, & an hodie sit in vsu, & quis olim fuerit primipilus, latè *D. Gait. d. quas. 111. num. 1898. cum multis seq. Capibl. sing. 62. incip. Filij administratorum D. de pont. de pot. proreg. tit. de regul. impos. §. 8. & Escobar de ratiocinijs cap. 36. num. 10. & pro hoc ad sunt validissimæ rationes, quia dos*
81. in iure † reperitur magis priuilegiata, quam fiscus *Barbof. vbi supra num. 24. vbi multas rationes adducit, quibus adde Villalob. com. opin. quæ incip. dos est magis priuilegiata. Itè*
82. quia in dubijs † quæstionibus est potius contra fiscum, quam contra priuatum iudicandum *l. non puto ff. de iur. fis. d. Rouit. pragm. 7. de susp. offit. num. 7. fo. 608. Affl. in*
- constit. si dubitatio sub rub. de probatio, per instrum. num. 20. & 24. & in Constit. Violentias sub rub. de Viol. num. 51. ergo magis iudicandum contra fiscum, quam contra dotem, & ego suprascriptis rationibus addo*
83. *aliam s3. quòd fiscus † est vltimus priuilegiatorum, vt per Seraph. decis. 594. num. 25. ergo præferenda est dos fisco, & contra fiscum in dubio iudicandum, vt dicit Seraph.*
84. *ibi † nisi in eo, quod supra diximus de ambiguis inter fiscum, & priuatum vellemus adherere distinctioni, quòd aut sumus in causa onerosa, & præfertur fisco priuato, aut in causa lucratiua, & præfertur priuatus fisco, vt distinguit Negus. ibi num. 118. qui dicit communem, & vt communem refert Villacob. com. opin. fisco, & priuatus adde Becc. conf. 52. num. 19. Guttierrez in tract. de Gabell. q. 6. n. 11. 12. & seq. Bonacoß. ver. pronuntiandum in 2. tom. com. opin. tit. de priu. fis. num. 12. fo. 330.*
85. Quando autem fiscus † concurrit cum alijs vtitur priuilegijs sibi à iure indultis
87. quorum 31. enumerat † *Cast. in l. si in te C. de priu. fis. 32. Gallus in 9. Parlamen. Paris. q. 156. 66. priu. ponit Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. sed an princeps à num. 2. vsq; in fin. 91. priuileg. ponit Affl. in c. si domino fratres à num. 15. de fra. de no. in vestin. in vñb. feud. 140. Franc. Luca de parma in tra. de fis. & eius priuileg. 1. p. à num. 7. vsq; in fin. & moderni omnia cumulant, & reperies cumulata per Pereg in suo sullen. tra. de iur. fis. remissiuè annuit Masull. ad Cappy. dec. 197. nu. 1. & nonnulla per Escobar tra. de ratiocin. cap. 23. nu. 54 & cap. 39. nu. 8. & 9.*
- Inter quæ mirabile est id cuius author mentinit in præsentī *decis. & non minus est*
87. aliud quòd fiscus † auocat pecuniam solutam posteriori creditori de quo per *Ann. sing. 538. Anna fil. conf. 123. vol. 2. Masull. ad Cappy. decis. 78. num. 2. Pereg. de iur. fis. tit. de pigno. num. 8. D. de ponte de potest. proreg. in tit. de regalib. impositio §. 3. num. 12. Barbof. p. 6. d. l. 1. num. 19. & nouissimè Capibl. sing. 63. incip. fisco condicit pecuniam omni-*
87. *nò videndus, vbi quod auocatio habet † locum in subsidium, & quod ista auocatio ha-*
88. *bet locum etiam si pecunia † sic soluta secundo creditori ex causa onerosa Valenz. conf. 64. num. 23. & de alijs amplia. & lim. in hoc vide eum, & latissimè Couar. pract. q. 6. 26. per tot. & Gait. vbi supra num. 1303. & seq. in quibus ponit nonnullas modificationes ad regulam supra positam, quam habere etiam locum in dote probat multis authoritatibus num. 312.*
89. Verum quod hæc auocatio † non habet locum

locum inter priuatos *Affl. decis. 190. Consiliar. de Georg. omnino videndus alleg. 35. nu. 10. & 11. Capi. decis. 78. num. 1. Reg. de pont. de potest. Proreg. tit. 7 §. 9. num. 18. Ricc. coll. 63. alios cumulat Thor. in compen. decis. Reg. in ver. creditor primus fo. 130. col. 2. tu vide Cartar. dec. exequut. Genue 19. Conar. et Gait. vbi sup. n. 1297. Mariscott optimè lib. 2. var. resol. cap. 26. incip. ambiguus. Ricc. coll. 507.*

90 vbi etiam de pecunia soluta † posteriori creditori primo venienti ab herede cum beneficio l. & inuentarij, qui sciebat adesse priores creditores,

Extra verò priuilegia à iure tributa in 91 dubio fiscus † semper utetur iure priuati l. idem ff. de compens. l. cum vitiose ff. de pign. l. iustas C. de iure fis. l. fin. C. de usur. fis. lib. 10. Pereg. de iur. fis. lib. 6. tit. 1. num. 1. Pasca. de vir. pa. pot. p. 1. c. 7. num. 66. alios refert d. Rouit. d. prag. 7. de suspit. offit. num. 7. non enim 92 est priuilegiatus † nisi expressè in iure ita reperiatur *Amen. ad de Franch. decis. 148. n. 2. glo. in l. item veniunt §. in priuatorum in ver. predicto ff. de pe. har. Fulgos. cons. 127. Tirag. de retra. lign. §. 1. gl. 14. post num. 100. Guid. pap. decis. 536. Barbos. in d. l. 1. p. . . . n. . . . Meno. de arbitr. q. 98. nu. 4. Morot. de cred. offeren. nu. 60.*

93 Hinc in fiscum † non transeunt, quæ transeunt in extraneum *Bal. cons. 29. vol. 3. vnde 94 publicatis bonis † non publicantur feuda ita Molfes. p. 4. q. 47. n. 18.*

95 Idem est in dote † per allega. per Autho. b. num. 20. quæ licet priuilegiata sit, & de eius priuilegijs latè apud *Bal. nouell. in sepe cit. tract. de dot. Campeg. & alius de materia scriben. tamen extra eius priuilegia à iure tributa non erit priuilegiata, nec eius priuilegia ultra legalia multiplicanda glo. in l. 1. C. de dot. promiss. cum alijs alleg. per Auth. hic*

96 num. 53. dōs enim non est priuilegiata † nisi in casibus à iure expressis *Tirag. vbi sup. num. 99. quod explicat Gomas. in d. §. fuerat, num. 21. Oino. ibi num. 18. So. c. in d. l. 1. n. 8.*

97 sol. matr. specialia † enim, & priuilegia nō sunt multiplicanda l. quod verò ff. de legi. traditur in c. sunt de priu. sunt namq; priuilegia

98 † priuata lex c. priuilegia 3. dist. nisi quando 99 vnum † venit in consequentiam alterius *Bar. in l. si quis pro emptore de V. sup. cap. Sally. in l. 1. C. de dot. prom. Pascal. de vir. pa. pot. p. 1. s. 4. n. 114.*

N. 14. ibi ¶ fit extensio ex identitate rationis ¶

100 Adde quod extensio † ex identitate rationis fit etiam in casibus exceptis à regula l. cum dilectio ver. nos. igitur extra de confirm.

util. vel inutil. not. Rouit. in rub. de admin. et quod person. seru. num. 21. & in prag. 24. de offit. S. R. C. num. 16. & hoc quia quando est 101 eadem ratio † & omnimoda similitudo 102 non dicitur propriè † extensio ultra adducta per Autho. hic, Idem tenet *Bal. in l. omnes populi ver. nota secundo ff. de iust. & iur. de quo Alber. de rosat. in suo oper. statut. 1. p. q. 8. in 2. col. cum multis quos citat Cepoll. in tra. de extens. c. 1. num. 118. fo. 16. & seq. & in c. qua fuer. ca. inducen. extens. nu. 117. & alijs locis d. tra. Quos ipsemet citat ibi num. 118.*

103 & quomodo, & quando in correctorijs † fiat extensio ex identitate rationis, vide eundem *Cepoll. in cap. ult. d. tract. n. 20. & quando fieri possit extensio † per eandem rationem, vel de similibus ad similia Matthes. in tra. de interpret. extens. num. 30. vsq; in fin. vbi doctissime per distinctiones tractat materiam, & quando in odiosis circa æquiparata, & similia *Euerar. in loco à l. larga ver. alias autem fieret extensio. Farinac. in fragment. Crim. p. 1. ver. extensio nu. 118. & seq. et nu. 202. nouissimè D. Gait. tra. de credit. c. 2. tit. 8. num. 2918. fo. 181.**

N. 17. ibi ¶ sed in bonis per vxorem marito traditis ¶

105 De hoc est rex. sing. † quem adducit *Maxill. in consue. dotis causam num. 4. in l. hæreditatis §. in omnibus C. de secundis nup. ibi (ex eo die quo eadem res ad eam peruenerunt) & ibi ¶ post traditas matri, vel demptas ab ea res contractum aliquem sum muliere inierint &c.)*

N. 18. ibi ¶ communis opinio non dicitur ex numero Doctorum, sed ex pondere rationum ¶

Adde *Villalob. in ver. com. opin. Oino. in §. it. premium nu. 13. inst. de emp. & vend. & quod 106 opinio communis † non est attendenda, quando validiores rationes eam vincunt D. de Franch. decis. 30. Gram. decis. 314. quos adducit Capibl. prag. 9. de Baron. num. 43. & nouissimè Gait. d. quas. 11. qui loquitur in terminis huius decis. nu. 1603. vbi multa cumulat in eo quando communis opin. sectanda, & quando non*

N. 23. ibi ¶ regula æquiparatorum procedit vbi per viam regulæ est facta æquiparatio in iure, &

N. 27. ibi ¶ in æquiparatis certum est non fieri extensionem de calu ad casum ¶

107 Adde dicta † per *Praesid. de Amat. cons. 11. num. 9. 10. & 11. Doct. in l. 1. ff. de leg. 1. vbi insip.*

Soc. Lun. num. 117. Matth. fil. in d. tra. de interpret. extens. num. 74. Dona. fina. in reg. qua incip. equiparatum 1. tom. reg. fo. 60. & quod
 108 argumentum † ab equiparatis validum, & dispositum in vno, quod censetur dispositum in alio *glo. in l. si quis seruo C. de fur. in fin. Tiraq. de retra. lign. §. 15. post nu. 15. fo. 549. Caldas peyera de iur. empb. lib. 3. c. 7. num. 5.*
 109 & 7. quando ex eadem ratione † secus si ex diuersa, vt ibi *nu. 9.* ad quod multos allegat

N. 28. ibi ¶ ratio œquiparatorum. non militat, nec à maiori rationis pro dote fit extensio de casu ad casum, vbi ius commune legeretur. ¶

Secus autem quando ius commune non legeretur, & regulariter quia fit extensio de casu ad casum, vt *per Barz. decis. 108. à n. 26. dec. 121. Peregr. de fideicom. art. 11. n. 46. Mastrill. deo 6. Surd. dec. 207. & 255. Medic. decis. Senen. 1. n. 82. & seq. & examin. 24. tot. Anna conf. 84. Barz. in cōf. vn. post decis. à n. 26. vsq; ad fin.* Et supradictis adde quod
 110 lex noua † disponens in vno ex casibus equiparatis per legem veterem habet locum in alio *glo. in d. l. si quis seruo*, alios allegat *Pascal. in tra. de vir. patr. pot. p. 1. c. 4. nu. 89.*
 111 & duobus casibus † equiparatis in l. antiqua dispositum in vno censetur dispositum in alio, *Bellon. conf. 69. num. 1. Villalob. com. opin. ver. duo casus fo. 118.* vbi multos allegat

N. 33. ibi ¶ quod priuilegium d. l. si is qui &c: ¶

Hugo Donell. in tra. de pigno. & hypot. c. 12.
 112 dicit ex supradicta l. † non colligi id priuilegium, de quo *per D. Gizzarell.* hic, sed ipsum putare creditorem hypothecarium, siue tacitum, siue expressum tempore anteriore in iure esse potioris fisco, vt colligitur ex *l. fin. ff. qui pot. in pig. hab. & in d. l. si is qui* non contineri oppositum, quia verbum contraxerit significat si fiscus contraxerit prius ante priuatum sequitur *Azor. in 3. p. sua. sum. lib. 4. c. 37.*

N. 35. ibi ¶ nam fiscus, & Ecclesia, equiparantur ¶

113 Quod fiscus, & Ecclesia æquiparentur † habetur in *l. ult. C. de sacrosan. Eccles. Tiraq. de retra. lign. §. 15. glo. 1. num. 11. Meno. de arbitr. Iud. c. 162. num. 26. Euerard. in loco à fisco ad ecclesiam fo. 592.*

114 Verum quod cum Ecclesie est † fauorabilior causa fisci *Scrapph. d. decis. 594. num. 24.*

& in f. & quod Ecclesia sit fauorabilior dote, & quod fauor Ecclesie dicitur dignior, & communior ceteris vide *latè D. Gait. d. quas. 11. num. 2021. cum seq.*

115 Quando autem concurrit Ecclesia fiscus † & dos, quis præferendus *Molfes. d. conf. 13. num. 9.*

116 Et in rit. 23. secundum ordinem scripture qui in iure attenditur *l. heredes mei §. fin. ff. ad Trebell. Gugliel. de Bened. in c. rainutius in ver. testamentum lo 2. Nouissimè Vifcont.* qui multos cumulat in *d. concl. ordo scripture, &*

117 quod Ecclesia præferatur † miserabilibus personis nempe viduis pupillis &c. & in constit. reg. quæ incip. iusti cultoris ver. causas

118 præponitur, & Ecclesia † nedum personis miserabilibus, sed fisco, vt aduertit *Carau. in d. rit. 23. num. 3. vbi num. 4. no.* quod Ec-

119 clesia † equiparatur minoribus, & pupillis *glo. in l. res. publ. C. ex qui Ca. maio. Alex. in l. properandum §. si vero C. de Iud.* Vnde Ecclesia habet priuilegia minorum, & sicut

120 minores habent beneficia in causa ira, & Ecclesia etiam quando litigat cum alia Ec-

121 clesia, vt in *c. auditis de in integ. rest.* qui tex.

fecit mihi magnum honorem in vna causa. Ven. Monasterij, & Regulis Abbatie S. Leonis Ciuitatis Bitonti cū vna Vidua nomine Iulia Martuccia, quæ cum d. Ven. Monasteriū petisset prædictum beneficium, prætendebat non esse concedendum, quia existente ipsa priuilegiata, vt Vidua conquassabantur priuilegia, aduersus quod ipse adduxit dictum *tex. in d. c. auditis*, & punctualem *decis. Affl. in Constit. obscuritatem q. x. & Ca-*

122 *uens. in rit. 71.* vbi † minor contra minorem, ecclesia contra ecclesiam, vniuersitas cōtra vniuersitatem restituitur ad pinguius probandum *l. fin. cum glo. ff. ex quib. ca. maio. Maran. 6. p. ver. & quandoq; appellatur n. 97. & seq. Loses tra. de iur. vniuers. p. 3. c. 18. nu. 21. Muscatell. in prax. p. 6. glo. communis in prin. per quæ fuit decisum esse concedendum prædictum beneficium per Illustriss. & Reuerendiss. Dominum D. FABRITIVM Carafa Dominum meum Colendissimum, Episcopum Bitont. Et quando priuilegiatus vtatur, vel non vtatur priuilegio aduersus priuilegiatū tractant *D. in Auth. quas actiones C. de sacrosan. eccles. Cano. in d. c. auditis, et in c. ad aures de in in. restitut. optimè Gomes. in reg. Cancell. 12. nu. 4. de impe. benef. vacan. per Obit. fam. Card.**

N. 39. ibi ¶ vxor constante matrimonio naturaliter possidet, maritus ciuilitè ¶

Dominium rerum dotalium quomodo fit penes

penes maritum, & quomodo penes vxorē vide *Barbos. in l. doceat ff. sol. matr. optime D. Gait. d. quæf. 11. num. 1493. & seq. ubi meminit D. Authoris hic dicens, quod optima est ista declaratio, quam hic facit circa supradicta.*

N. 42. ibi ¶ marito effecto non soluendo, dominium talium rerum sic estimatarum transfertur in vxorem ¶

Quod marito effecto non soluendo dominium † rerum dotalium etiam si estimatae sint transfertur in vxorem, & præfertur alijs creditoribus *Molin. de contrah. disput. 426. nu. 13. Pinell. de bon. matr. l. 1. p. 7. nu. 15. Gomes. ad l. tauri. 50. num. 44. & vide Regiū. Consiliar. Scip. Theodor. alleg. 39. num. 5. ubi quod corpora dotalia constante matrimonio quo ad vsumfructum, & etiam quo ad dominium reuocabile sint mariti, & post mortem vsumfructus recondolidatur in beneficium vxoris ad quam ipso iure dominiū eorundem corporum dotalium transfertur iux. l. in rebus C. de iur. dot. & alia alleg. per eum, & quando æstimatio rerum dotalium faciat emptionem vide nouissime *Ricc. ult. collect. 7. p. quæ est 3187. Meno. lib. 3. præsup. 14. & Medic. decis. Senen.**

124 Et dominium † rerum dotalium quando ad maritum pertineat, & quando ad vxorem, & cui res dotalis pereant optime explicat *Molin. d. disput. 426. Barbos. in l. si æstimatis ff. sol. matr. Viscon. in concl. incip. fundus dotalis, sed melius Thor. in comp. decis. Regn. ver. dotis æstimatio.*

N. 55. ibi ¶ & idè iudicare contra consuetudinem, & communem præticam, & opinionem in iuditijs inuenteratam &c. ¶

125 Opinio † recepta in iuditijs prævalere debet l. filius ff. de fal. ibi (sic. n. inueni Senatū censuisse) *Mastrill. dec. 137. n. 25. Gait. d. quæf. 11. nu. 1618. qui citat Dec. & Caneet. quib. adde Præsid. de Amato cons. 1. num. 133.*
126 qui cons. 61. n. 41. dicit opinionem † in iudicando receptam à Iudice tenendam, & sequendam, & opinionem probatam in re dubia recipiendam, *Idem cons. 97. nu. 12. & 127 opinionem † vsu probatam recipiendam Idem cons. 40. n. 16. & 17. ubi quod dubietas 128 omnis † ex obseruantia declaratur per iura per ipsum allegata, & infra per Authorem decis. 5. nu. 10. & adde hic dicta per Ias. in §. fuerat num. 72. ver. in eadem glo. & ibi Oinot. n.*

Ioſeph Mele.

SUMMARIVM.

- 1 Assensus post mortem impetratus non suffragatur.
- 2 Assensus si non fuit præstitus in vita defuncti non potest operari translationem domini in personam ipsius.
- 3 Assensus impetratus post mortem venditoris non valet.
- 4 Assensus nouus est necessarius super venditione defuncti per heredem consummata.
- 5 Assensus super venditione subhasta, an possit impetrari post mortem debitoris per heredem, qui est dominus feudi.
- 6 Assensus licet possit præcedere, & subsequi intelligitur si viuit alienator, & res est integra.
- 7 Hares an possit reuocare alienationem, & venditionem factam subhasta, & quid possit iudex representans partem, & an requiratur nouus consensus n. 8.
- 9 Assensus domini, an validet testamentum post mortem testatoris disponentis de re feudali, & in quorum præiudicium.
- 10 Testamentum validatur si post mortem assensus interueniat.
- 11 Reuocatio feudi sine assensu alienati competit, ita eamenti sicut vendenti.
- 12 Hares an reuocat feudum alienatum à patre iux. Const. diuæ memoria.
- 13 Dominium bonorum patris in filium ipso iure continuatur etiam ignorantem.
- 14 Curator hereditari iacenti dari non potest stante filio suo.
- 15 Filius quasi naturaliter censetur eadem persona cum patre nu. 187.
- 16 Pater quodammodo perpetuatur propter representationem filij.
- 18 Dominium omnium bonorum ipso iure cū viribus realibus, & personalibus continuatur in filium siue aliqua traditione.
- 19 Dominium in faudo transit absq. traditione.
- 20 Possessio ciuilibis, & naturalis maioratus in quem transeat.
- 21 Ius feudale sequitur ius ciuile.
- 22 Assensus quando fit mentio intelligitur de valido.
- 23 Paria sunt non esse, et esse, & in utiliter esse.
- 24 Paria sunt nullo modo facere, & facere, & minus legitime.
- 25 Actum nullum faciens non solum nō videtur facere illum actum nullum, sed negare.
- 26 Assensus impetratus post mortem fauore dotis valet.
- 27 Reuocatio alienationū feudorū à testatore factarū etiā pro restitutione dotiū, et antisati obtenta per her. non nocet vxori defuncti.
- 28 Assensus impetratus post mortē super feudali-

B bus

- bus circa dotē, an porrigatur ad antifatum
- 29 *Assistentia, an possit peti super feudo obligato si assensus fuit praestitus post mortē debitoris tēpore quo feudū erat heredi delatū.*
- 30 *Assensus ab uxore pōt impetrari super bonis feudalib. post mortē viri, & retrahatur in praeiudicium tertij possessoris habem. assensum primò impetratum.*
- 31 *Heres an possit reuocare alienationem à patre factam iux. Const. diua memoria.*
- 32 *Et si p̄r nō reuocat, an filius possit reuocare.*
- 33 *Et quid si fuerit heres cum beneficio l. et inuentarij.*
- 34 *Heres, an possit bona subiecta fideicommissio alienata per defunctum reuocare.*
- 35 *Filius heres, an possit vindicare bona aduentitia alienata per patrem.*
- 36 *Heres non potest venire contra factum defuncti nu. 38. n. 41.*
- 37 *Et an reuocare alienationem fundi dotalis per matrem alienati.*
- 38 *Heres an possit venire cōtra factū defuncti, quod tendit ad fraudandum heredem.*
- 39 *Et an cōtra factū nullū, & inualidū, et n. 42*
- 40 *L. cum à matre, an procedat quando ex facto defuncti nulla nascitur actio, vel exceptio aduersus her. et alias lim. ad d. l. remiss. n. 44*
- 43 *Heres cum beneficio l. et inuentarij, an possit venire contra factum defuncti.*
- 45 *Heres potest venire aduersus alienationem feudi alienati sine consensu Domini uti nullam ex defectu consensus quem heres adiens non potest supplere.*
- 46 *Heres an possit compelli consentire dispositioni facta per testatorem, & se obligare cum hypotheca bonorum, & super hoc nouo contractu assensum prestare.*

AD DECIS. II.

Omnia contenta in presenti, & sequenti decis. reperies apud D. Rouit. virum omni eruditione ornatū, quo patrocinante fuit causa, de qua hic agitur decisa in suis *Commen. ad prag. Regni prag. 1. de fide memorial. à n. 12. vsq. in fi.* vbi in fine in vltima impress. meminit huius decis. & seq.

N. 1. ibi ¶ an quemadmodum quando decedit venditor rei feudalis assensu adhuc non impetrato nō potest per emptorem impetrari assensus absq; nouo contractu, & consensu heredis venditoris, ita e conuerso mortuo emptore, viuoq; venditore non teneat contractus, & assensus absq; nouo contractu, & consensu heredis emptoris ¶

- 1 Ex his verbis percipitur, quod † assensus post mortem impetratus non suffragatur, sed debet impetrari in vita venditoris, quia assensus viuis contrahentibus est impetrandus late probat ex multis nouissime *Apicell. alleg. 14. n. 15.* Hinc si † assensus non fuit praestitus in vita defuncti non potest operari translationem domini in personam ipsius Rouit. vbi sup. n. 19. *Viscon. in concl. incip. assensus enim. Regis in fin. vide Consiliar. de Georg. alleg. 6. num. 44. & seq.* & si fuit impetratus † post mortem venditoris, vt dixi non valet *D. de pont. conf. 157. nu. 19. vol. 2. & ibi nu. seq. & declarat doctrinam Andr. in c. imperialem, quod est necessarius † nouus assensus super venditione defuncti per heredem consummata D. de Franch. decis. 620. num. 2. & 3. vbi an assensus † super venditione facta sub hasta possit impetrari post mortem debitoris per heredem qui est dominus feudi, & per D. Regem. de pont. in tract. de pot. proreg. tit. 6. §. 16. & 21. Thor. in compen. decis. Regni in ver. assensus super venditione sub hasta. Licet .n. assensus † possit precedere, & subsequi contractum alienationis, tamen id intelligitur quando viuuit alienator, & res est integra ad quod multos allegat *Viscon. in concl. incip. assensus enim Regis 3. col. vers. potestq. fo. 14.* Et an possit heres † reuocare alienationem, & venditionem factam sub hasta, & quid possit facere Iudex, qui in dicta venditione representat factum partis idem *D. de Franch. d. decis. 620. Viscon. loco cit. 2. col. fo. 13. vers. & si assensus non fuit petitus Marta vot. 40. n. 6. & quod**
- 8 requiritur † nouus consensus *Georg. vbi supra n. 45. D. de pont. conf. 96. n. 6. alios cumulat Viscon. vbi sup.* An autem assensus domini † valider testamentum post mortem testatoris disponētis de re feudali in praeiudicium tamē ipsius Domini non tamē agnatorum, quorum consensus requiritur, & id in feudo antiquo, & paterno, *Cap. dec. 115. Thor. in compen. decis. Reg. ver. assensus Domini fo. 51. 1. p.* Et an testamentum † valider etiam si post mortem assensus interueniat declaratur per *Io. Dom. de anna conf. post alleg. Anna n. 29. & seq.*

Descendendo tamen magis propè ad tradita in presenti decis. An reuocatio † feudi sine assensu alienati competat, ita ementi sicut vendenti ita, vt emens possit alienationem eiusmodi factam infringere? vide *D. de Franch. decis. 540. D. Regem. de pont. in tra. de potest. proreg. tit. de assens. §. 1. num. 31. nouissime Capibl. qui ultra praetatos alios adducit in prag. 4. de Baron. nu.*

num. 87. in nouiss. impress. fo. 121. & omnino
Tbor. in compen. decis. Reg. ver. reuocatio alie-
nationis feudi iuxta Constat. Regni absq; assen-
 12 *su fo. 487* Et de reuocatione + hæredis feu-
 di alienari a patre iuxta Constat. diuiz mem.
Tbor. in compen. ver. reuocare, an possit hæ-
res, apud quem multa videre poteris circa
 reuocationem feudi iuxta supradictam Cō-
 stat. diuiz memoriz in ver. reuocatio, & in
 fin. nu. 10.

N. 4. ibi ¶ quia dominium statim.
 continuatum est, & translatum in hæ-
 redem ¶

Inter mortem defuncti, & existentiam sui
 13 hæredis non est dare medium cum statim +
 ipso iure continuetur dominium bonorum
 patris in filium etiam ignorantem glo. in l.
cum hereditas C. bon. poss. Corn. in l. 3. C. de
iure delib. tex. est notab. in l. si post mortem ff.
de leg. 1. ex quo dixit Bal. & Salyc. in d. l. cum
 14 *hereditas*, quod stare filio + suo non potest
 dari curator hæreditari iacenti, ratio est,
 15 quia filius + quasi naturaliter ex iuris dispo-
 sitione cēsetur eadē persona propter patris
 partem, & substantiam, quam recipit a pa-
 tre in generatione, & pater quodammodo
 16 pertinetur + propter representationem filij
tex. est in l. liberorum in ff. de verb. sing. &
& in l. si. C. de imp. & alijs subst. l. isti quidem
ff. quod me. ca. ex qua coniunctione naturali
 17 filius dicitur habere + quodammodo identi-
 tatem cū persona patris, & bonis eius per
 18 quā post mortem patris statim + & ipso iure
 dominiū omnium bonorū iura realia, &
 personalia transeunt, & continuantur in fi-
 lium sine aliqua additione iuxta vulg. tex. in
 l. in suis ff. de lib. & posthum.

19 Sed an dominiū + in feudo transeat absq;
 traditione, vide Bal. in c. 1. §. si facta si de feu-
 fuer. controuers. Det. in l. traditionib. n. 5. C. de
 pact. omnino Barbof. in l. diuortio n. 17. & seq.
 20 ff. sol. matr. fo. 450. Et de possessione + ciuili,
 & naturali Maioratus, qui transit in veram
 successorē, & non in aliū nisi successor ma-
 ioratus ex negligentia decēnij, vel alias ami-
 tat suā possessionem vide tradita per Dyn.
 reg. sine poss. de reg. iu. lib. 6. Abb. et Fel. in c.
 vigilanti de prescrip.

21 Verū quod ius feudale in hoc voluit sequi
 ius ciuile, quod sibi iustius visū fuit, vt filius
 non possit se abstinere ab hereditate pater-
 na, & retinere feudū, vt per Camill. de Curt.
 & vers. iur. feud. 1. p. f. 59. num. 33.

N. 5. ibi ¶ paria sunt assensum non
 esse sequutum, vel inualidum ¶

22 Qñ fit mētio de assensu + intelligitur de va-
 lido iuxta tradita per DD. in l. 4. §. condēnati

ff. de re iud. D. de Franch. decis. 86. D. Rouit.
 23 prag. 26. de feud. n. 25. cū parit sint + non
 esse, & esse, & in-vtiliter esse, & inualidē l. do
 24 tē ff. sol. matr. & paria sūt + nullo modo fa-
 cere, & facere minus legitimē l. quoties ff.
 qui satisf. cogā. §. 1. inst. de her. que ab intest.
 de ferun multos cumulat Barz. dec. Bonon.
 15. n. 20. Ricc. collect. 3005. & faciēs actū nul-
 25 lū + non solū non videtur facere illū actum
 nullum, sed negare Surd. decis. 7. nu. 28. Mol-
 fes. ad consue. Neap. q. 10. n. 4. Amat. dec. Rot.
 March. 10. n. 29. vbi multa ad propositū. pa-
 ria. n. sunt nō fieri, vel minus sollēniter fieri,
 & non esse, vel minus sollēniter esse l. 1. §.
 quod si nemo cū cōcord. in glo. ff. quod quisq;
 iu. & non sufficit quid impleri nisi in mō, &
 forma specifica adimpleatur c. pisan. de rest.
 spol Nig. in c. frequens n. 50. Carta. decis. 85.

N. 8. ibi ¶ quod fauore dotis valet
 assensus post mortem præstitus. ¶

26 Quod assensus + impetratus post mortē fa-
 uore dotis valet adde D. de Franch. dec. 62. n.
 9. & 10. D. de Pōt. de potest. proreg. tit. de assē.
 super dot. §. 1. n. 7. & seq. Masull. ad Cappy. dec.
 100. n. 9. Borrell. in suum. dec. 1. p. tit. 36. n. 47
 27 Hinc reuocatio + alienationū feudorū a te-
 statore factarū ēē pro restitutione dotiū, &
 antefati obtēta per hæredē non nocet vxori
 defuncti impetranti assensū post mortē viri
 quia hæres nō pōt reuocare obligationem
 bonorū feudaliū p dote Affl. dec. 111. Ann.
 alleg. 66. Ric. coll. 1818. 4. lim. de lōt. dec. 6. n. 4
 28 Sed an assensus + impetratus post mortē
 super feudalib. circa dotē porrigatur ad an-
 tefatū, q non D. de Franch. dec. 126. in fin. Frece.
 de subfeud. 9. lim. D. de pōt. de potest. proreg. tit.
 6. §. 1. n. 6. Tbor. in cōpen. dec. Reg. ver. assensus
 super feudalib. & in ver. reuocatio alienatio-
 nis feudi fo. 487. col. 1. in fin.

29 Et an valeat assensus + si fuit præstitus post
 mortē debitoris tēpore quo feudū erat de-
 latū hēredi, fauore dotis ita quod possit peti
 assistētia super feudo obligato Tbor. in cō-
 pē. dec. reg. ver. assistēt. an peti possit super feu-
 do obligato fo. 58. refert per Ann. alleg. 66. de-
 eisū p S. C. q p tētur assistētia sup feudo p
 dote in subsidiū, vide Ricc. coll. 1818. 5. lim.

30 Et an assēsus + ab vxore possit impetra-
 ri super bonis feudalibus post mortē viri, &
 retrorahatur in prēiudiciū tertij possessoris
 habētis assensū primo impetratū vide Affl.
 dec. 286. D. de Franch. dec. 86. Ricc. coll. 1802.
 Tbor. in compen. decis. ver. Assensus ab vxore
 impetratus Viscon. d. conclus assensus. n. regis.

N. 10. ibi ¶ an hæres post mortē alie-
 nantis possit reuocare alienationem. ¶

31 Quod hēres + feudū alienatū a pē iux. cōst.
 diuiz

diuq memoriz possit reuocare dicit decisū
*T bor. iu compen. decis. in ver. Reuocare. Ann.
 in d. Conflit. n. 251. & si pater non reuocat,
 an filius possit reuocare Ann. in Confl.
 diu. mem. n. 236. quem refert Petra ad cap. dec.
 100. lit. A. alios congerit Pasca. p. 1. c. 2. n. 81
 & quid vinente Patre idem Pasca. ibi n. 42.
 contrarium tenet de Curt. fo. 54. diuers. iur.
 feud. n. 113. Quid si fuerit heres t cum be-
 nefitio l. ex inuentarij, an poterit alienatio-
 nem factam per Patrem defunctum reuoca-
 re vide Authorem hoc. eo. n. paulo inf. & mul-
 tos DD. cumulat per Viscon. in conclus.
 qua incip. heres post mortem defuncti ver. an
 heres filius, in fin. Vide Confl. de Georg. alleg.
 34 20. num. 1. Et an iuxta prædicta heres t pos-
 sit alienata bona subiecta fideicomisso per
 defunctum reuocare Bart. conf. 1. 25. alios ci-
 tat Viscon. concl. heres dicit. Sed de hac re di-
 fertissimè, & copiosissimè loquitur Peregr. de
 fideicom. art. 33. per tot. eò recurras.
 35 | Et quid si pater t alienauit bona aduenti-
 tia filij, an filius heres possit illa vindicare la-
 tissimè tractat Pasca. in tra. de vi. pat. pot. p. 1
 c. 2. à n. 43. Pinell. de bo. matr. p. 3. n. 73.*

N. 10. ibi ¶ an tex. in l. cum à Matre
 ibi locum habeat ¶

36 Ex hoc tex. elicitur regula, quod heres t
 non potest venire cōtra factum defuncti ad
 cuius ornatum quam plura scribunt feudiste
 And. Affl. & alij in c. 1. an agna. idem And. in
 c. imperialem §. præterea de prob. seu. alien. per
 Feder. Loffred. conf. 1. et 13. n. 42. multos alios
 cumulat Regens de Curt. diuers. iur. feud. fo.
 54. n. 100. & n. seq. discurre per materiā, sed
 ultra per cum cita. Vide Consiliar. de Georg.
 alleg. 29. n. 7. & seq. Phanut. de inuent. p. 7. nu.
 110. fo. mibi 256. Barbof. in l. Lutius Titius
 n. 18. & seq. ff. sol. matr. fo. 399. omnino vidē-
 dus Caldas Peiera. de reno. emph. lib. 3. c. 16. n.
 20. & seq. fo. 209. & seq. Consiliar. Pasca. qui
 vti modernus alios recēset, & dilucidat ma-
 teriam de vi. pa. pot. p. 1. c. 2. n. 44. cum multis
 seq. Petr. & alij add. ad Cappy. dec. 101. Molfes.
 ad consue. Neap. p. 2. tit. de bon. q. 23. num. 10.
 & p. 4. tit. de renunt. q. 4. nu. 11. & seq. & ea.
 p. q. 61. num. 10. & q. 4. nu. 18. & in 2. tom. q.
 61. & in cons. 28. num. 12. 2. tom. & de vero
 sensu d. l. cum à matre, Barz. decis. Bono. 64.
 & ad materiam d. l. vide Petr. ad Cappy. decis.
 37 78. lit. F. fo. 207. qui tractat an filius heres t
 possit reuocare alienationem fundi dotalis
 per matrem alienati adducendo Gram. de-
 cis. 93. Affl. dec. 240. D. de Franch. decis. 435.
 & conf. de pont. 35. & 61. & ibi latius in seq.
 & vide Ricc. qui in materia collegit decisio-
 nes collect. 469. dixi plura ad decis. D. de

Franch. 665. & vide nouissimè M. Apicell.
 alleg. 14. nu. 55. & seq. & 72. & Capibl. sing.
 184.

38 Sed an heres possit t venire contra factū
 defuncti quod tendit ad fraudandum hære-
 dem latè Reg. de Curt. loco cit. nu. 114. Mol-
 fes. d. q. 23. nu. 10.

49 Et quod si fuerit factum inualidum, & nul-
 lū D. de Frā. dec. 665. Tefaur. Iun. qq. Foren.
 q. 60. nu. 14. 16. p. 4. quos adducit Viscon. in
 concl. heres post mortem 2. col. quibus adde
 alios nouissimè cit. per Ambrosin. qui decla-
 ra materiam decis. 14. nu. 11. & tot. vide glō.
 in d. l. cum à matre, quæ non procedit quan-

40 do ex facto defuncti nulla nascitur actio t
 vel exceptio aduersus hæredem, ita Gabriel
 com. opin. lib. 9. tit. de reg. iur. conclus. 11. n. 24
 Suarez. in rep. l. quomodo in priorib. C. de in
 off. testam. Sed contra hanc limitationē mul-
 ta adducit Barbof. in d. l. Lutius titius n. 18.
 ff. sol. matr. qui admonet cauendum à decis.
 Gram. 93. Affl. lib. 3. constit. rub. 5. num. 2. &

41 Bal. conf. 161. lib. 5. dum dicūt, quod heres t
 potest venire cōtra factum defuncti qñ illud
 est nullum propter l. prohibitionē. vnde ip-
 se constituit regulam negatiuā sz. quod hæ-

42 res t non potest venire contra factū defun-
 cti etiam nullum propter legis resistentiā ex

43 Menoch. conf. 89. à n. 10. lib. 1. etiam si heres t
 conficiat inuentarium, nam pro parte hære-
 ditaria contra factum defuncti venire non
 pōt de quo videndus est in Visco. in d. cōcl.
 heres post mortem, & in conclus. heres dicitur
 D. de Franch. decis. 83. vbi quod hæres cū be-
 nefitio l. & inuen. quatenus est in hereditate
 tenetur habere ratum factum defuncti te-
 nendo contra d. decis. Guam. 93. quam nō di-
 cit esse S. C. prout etiā refert Viscon. d. cōcl.
 heres post mortē in fi. 1. col. fo. 113. & Peregr.
 de fideicom. art. 33. n. 10. in fi. & de dicta decis.
 Gram. 93. vide quæ dicit D. de Franch. d. decis.
 83. & 355. & Petr. ad Cappy. decis. 78. in ver.
 peruenisse presumitur. Valas. consult. 52. &
 66. & Mari ad d. decis. Gram. 93.

44 Plures alias limitationes t ad d. l. cum à
 matre ponit Barbof. loco cit. inter quas pri-
 ma facit aliquantulum pro adductis hic per

45 Authorem dum dicit, quod si feudum t alie-
 natur sine consensu Domini contra tex. in
 c. imperialem in prin. heres potest venire ad-
 uersus eiusmodi alienationem, vti nullam
 ex defectu consensus quem heres adiens
 supplere minimè potest. Affl. in d. c. Impe-
 rialem q. 24. num. 10. & decis. 286. num. 3. &
 lib. 3. constit. rub. 5. num. 2. & in emphiteusi
 vide nouissime Ambrosin. declarantem re-
 gulam d. l. cum à matre in decis. Perus. 9. à n.
 2. & decis. 14. à nu. 8.

N.15. ibi ¶ & sic ex his adfuit nouus consensus, hæredis ¶

- 46 Sed an hæres † possit compelli consentire dispositioni factæ per testatorem, & se obligare cū hypotheca bonorum, & super hoc nouo cōtractu assensū præstare, in duab. causis fuisse decisum testatur Thor. in compen. decis. regn. in ver. hæres an compelli fo. 256. D. Reg. de Pont. de pot. proreg. tit. de assen. Reg. su per dot. §. 1. n. 22.

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Assensus per verbum fiat quomodo expeditur ex dispositione R. pragm.
- 2 Assensus per verbum fiat, an contineat gratiam perfectam, ita vt impediatur reuocatio vigore Const. diu. mem.
- 3 Assensus per verbum fiat, an stet in suspensio.
- 4 Datio insolutum similis venditioni.
- 5 Est voluntaria, & necessaria.
- 6 Datio insolutum, an reddatur nulla si fiat in vno obulo ultra verum debitum.
- 7 Assensus requirit scripturam, & per testes probari nequit.
- 8 Assensus debet registrari.
- 9 Assensus per verbum fiat infra quantum tempus debet registrari.
- 10 Prorex si fuerit mortuus per quem debet assensus expediri.
Et quid si PP. fuerit mortuus.
- 11 Assensus non registratus non operatur validitatem contractus.
- 12 Emens feudum cum assensu quem non curauit registrari facere inf. annū non præferatur alteri posteriori emptori, qui curauit registrum nisi rex declarauerit, quod vult haberi illum assensum pro forma etiam etiam quod non sit registratus.
- 13 Registrationis defectus an reddat actum nullum.
- 14 Refutationis registrantur inf. die 15. in quinternioribus R. C.
- 15 Registratio refutationis, an fieri possit ad instantiam alterius quam refutantis, vel refutarij.
- 16 Refutationis scripturam, vel instrumentum an sufficiat consignare conseruatori quinternionum per illa registranda inf. dies 15. & non fuit registrata defecta conseruatoris.
- 17 Clausula annullatiua nimium operatur.

- 18 Assensus an debeat registrari si contrahitur cum Rege, Prorege, ve. R. Cam.
- 19 Et quid si in præsentia Proregis, & quid si fiat alienatio rerum Ecclesie coram Sum. Pont.
- 20 Assensus tacitus in quò feudo sufficiat.
- 21 Assensus an sit difformis si exponatur, quod terra tenentur immediate à R. Cur. in concessione in feudum à Barone.
- 22 Confirmatio assensus non registrati, an retrahatur in præiudicium tertij.
- 23 Rebus sic stantibus intelligitur omnis dispositio iuramentum & priuilegium.
- 24 Confirmatio quibus modis dicatur fieri ex certa scientia.
- 25 Confirmatio priuilegij confirmantis ex certa scientia confirmat priuilegium etiam nullū.
- 26 Princeps quod facit ex certa scientia in dubium reuocari non potest.
- 27 Confirmationis in forma communi, & in forma specifica materia remis.
- 28 Clausula & certa scientia, & motu proprio, an operetur in præiudicium tertij.

AD DECIS. III.

H Vius dec. meminit Rouit. in anteced. decis. relatus in Prag. 1. de fid. mem.

In prin. ibi ¶ fuit impetratus assensus per verbum fiat ¶

- 1 De hoc assensu † per verbum fiat vide Reg. Pragm. 9. sub rub. de feud. incip. considerato il. gran danno, quæ mandat, quod expeditis priuilegijs assensuum apponantur sigilla, & memorialibus obtentis per verbum fiat expendantur priuilegia iuxta formam R. Prag. de quo Vrsill. ad Affl. decis. 253. viui. d. c. 240. Borrell. in sum. decis. tit. 35. num. 4. Nquar. collect. super d. prag. 102 Rouit. in d. prag. 9. qui in prin. dicit quod prag. ad quas se refert d. prag. 9. sunt sub tit. de fid. mem.
- 2 Et quia vt dicit ibi Rouit. num. 2 gratia † quam continet dictus assensus est perfecta, quæro an sit ita validus assensus per verbum fiat, vt reuocatio virtute Const. diu. mem. impediatur vide Affl. decis. 254. D. de pont. Idem potest proreg. tit. de assen. §. 3. n. 1. & post et nouissimè Rouit. prag. 4. de feud. num. 34. Ricc. coll. 50. & D. de Franc. decis. 663. num. 2. ubi dixi.
- 3 Et an assensus † per verbum fiat stet in suspensio, & quomodo intelligatur decretatio per d. ver. fiat. Idem de pont. in d. tit. §. 9. num. 11. & 12.

N.2. ibi ¶ quod datio insolutum rei certæ pro debito censetur emptio, & venditio ¶

B 3 Quod

quod datio insolutum † similis est venditionis est *tex in l. fin. ff. ex qui ca. in poss. eat. l. si pradium C. de cuius Ricc. coll. 582. Ludou. decis. 65. latè Nouar. in prax. datio. insolut. q. 7. D. de Franch. decis. 50. adde tradita per Vifcon. in suis concl. ver. datio insolutum, & Tbor. in eo. ver. datio insolutum Bellacom. com. opin. ver. datio insolutum in 2. tom. com. opin. tit. de solutionibus num. 2. fo. 391. vbi n. 3. quod datio insolutum † alia voluntaria, alia necessaria, & ibi an datio insolutum † reddatur nulla si fiat in vno obulo ultra verum creditum.*

N. 6. ibi ¶ assensus non fuit registratus infra quadrimestre ¶

Ex hoc no. quod assensus requirit † scripturam in Regno adeò quod per testes probari nequeat, vt per Vifcon. in suis conclus. concl. qua incip. Assensus. n. Regis 3. col. in fin. fo. 14. vbi citat Affl. decis. 243. & 398. nouissime Gallup. in recent. prax. S. C. p. 2. c. 21. n. 15. fo. 189. Capibl. in prag. 11. nu. 44. Viu. decis. 240. Hinc est quod † assensus debet registrari, de qua registratione, & infra quā tuum tempus vide R. Pragm. 1. de fid. memor. prag. 20. de feud. & in prag. 1. de priu. inf. ann. presen. D. de Franch. decis. 62. & 663. nu. 5. Vrsill. ad Affl. decis. 197. Regen. de Pont. conf. 5. conf. 150. num. 25. conf. 157. nu. 17. D. Rouit. d. prag. 1. & prag. 26. de feud. Capibl. prag. 8. p. 1. num. 27. de Baron. Nouar. collect. supra prag. collect. 103. Petr. ad Cap. decis. 9. & 103. Tbor. in compen. decis. in ver. reuocatio iux. Const. Regn. an fieri possit de contractu cessionis Gallup. vbi supra, vbi quod assensus † per verbum fiat expeditus debet registrari infra annum, & quod elapso anno non valet Mastrill. de Magistr. lib. 5. c. 6. num. 71. Vrsill. decis. 283. num. 4. & de ti. 197. & 398. nu. 3. & prorex non poterit dispensare d. Pragm. sed expediuntur supra cartæ à R. Maiestate D. de Pont. conf. 3. nu. 30. quem cum Frecc. refert D. Rouit. d. prag. 1. num. 4. Sed hodie per prag. 27. de feud. est biennium, vt aduertit Rouit. vbi sup. num. 1. & seq. D. de Franch. decis. 540. D. de Pont. d. conf. 5. nu. 61. cum seq. vol. 1. Apicell. alleg. 14. num. 47.

10 Et si fuerit mortuus Prorex, an assensus expediat per successorem. Rouit. vbi sup. num. 2. Consiliar. Theodor. alleg. 30. num. 21. & quod mortuo Prorege assensus expeditur per R. Coll. Conf. quod expedit ea omnia, quæ viuus Prorex expediebat Liparol. in c. imperialem n. 12. Petr. ad d. decis. 100. lit. A. in fin. dixi ad d. D. de Franch. decis. 540. Sed quid in Cardinalibus, qui sunt pars cor-

poris PP. vt per D. de Franch. decis. 107. n. 7. Traq. in presat. l. si vnquam num. 17. 30. mortuo PP. possint præstare assensum Apicell. d. alleg. 24. n. 103. & sequen.

Prædicta autem assensus registratio omnino non requiritur, nā assensus † non registratus non operatur validitatem contractus, quia habetur pro non appposito, & pro non præstito Affl. decis. 335. ante num. 16. Gallup. d. prax. p. 3. c. 3. num. 46. vbi quod is qui emit † rem feudalem cum assensu, quem nō curauit registrari facere infra annum, vt requiritur, quod non præferatur alteri posteriori emptori, qui curauit registrari facere assensum infra annum, nisi Rex declarauerit ad supplicationem illius, quod vult assensum haberi pro firmo etiam, quod non sit registratus, & quod vult haberi, ac si esset registratus, quia tunc retrahitur in præiudicium tertij, qui medio tempore acquisiuit ius cum assensu registrato super eadem re, & ita decifum refert per S. C. in causa creditorum Fabritij Villani penes Galterium de anno 1569. & de hoc defectu registrationis † si reddidit actum nullum Rouit. d. prag. 20. de feud. num. 5. & quid de assensibus expeditis ante R. Pragm. omnino Capibl. dicta Pragm. 11. de Baron. nu. 158. cum multis seq.

14 Registratio quoque † refutationum feudorum fieri debet in quinternioribus R. Camera infra quindecim dies, vt per Rouit. d. prag. 20. de feud. num. 5. vbi an sufficiat si registratio † fiat ad instan. alterius, quam refutantis, aut refutatarij.

16 Et quod non sufficiat † si consignetur scriptura, siue instrumentum refutationis conseruatori quinternionum per illa registranda infra quindecim dies, & non fuit registrata in curia, obliuione, malitia, siue alia ex causa d. conseruatoris nimium enim operatur clausula † nullatiua apposita in d. prag. ex adductis per Petr. ad d. dec. 9. lit. D. ver. clausula annullatiua in fin.

18 Sed an si is qui contrahit contrahat cum ipso Rege, vel Prorege, requiratur assensus registratus, quod non idem quando contrahitur cum Reg. Cam. Camer. in c. imperialem col. 3. ver. limitarem Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 21. fo. 159. & ita decifum refert nouissime Gallup. in sua prax. S. C. p. 2. c. 21. nu. 15. fo. 189. vide Gram. dec. 65. num. 47. & alij citati per Pasca. de vi. pa. po. p. 1. c. 6. num. 61. quem vide nu. seq.

Et quid si contrahatur in præsentia Proregis † an illa præsentia sufficiat pro assensu Theodor. Reg. Consiliar. alleg. 81. num. 27. vide Cap. decis. 100. ante num. 6. & 156. nu. 25.

25. *Lyparol. ad Ifern. in c. 1. §. hac edictali de prob. seu alie. per Iqtha Ann. in Const. diuina men. num. 48. & c. 1. num. 108. de Vass. decrep. ata quorum meminit Petr. ad d. Cappy. decis. 100. ver. debet esse expressus. Nouissimè Mauris. Apicell. alleg. 13. num. 25. vbi adducit Vrsill. ad Affl. decis. 243. nu. 4 & 5. & Et quid si fiat alienatio rerum Ecclesiæ coram Iun. Pont. an requiratur alia sollempnitas vide Ricc. collectan. 3053. ver. item in alie nat. 7. p.*

20 Et in quo feudo sufficiat tacitus † & in quo expressus assensus *Camill. de Curt. diuers. Iur. feud. fo. 11. nu. 20. & 21. & in quib. casibus requiratur assensus in alienatione rerum feudalium dixi abundè ad D. de Franch. decis. 663. vbi multa ex prædictis inuenies, & ex supradictis dixi inf. ad detis. 36. num. 9. & 10.*

N. 9. ibi ¶ non tenet assensus ratione difformitatis ¶

21 An assensus dicatur difformis † & sic nullus si in eo dicitur, quod terræ tenentur immediate à R. Cur. in concessione in feudum à Barone *D. Franch. decis. 48. num. 9. Thor. in compen. decis. ver. assensus, an dicatur nullus fo. 28 col. 2. in fin. & nouissimè Regen. Cöflan. in l. 1. num. 36. vend. rerum fisca. & nu. 41. vbi doctissimè examinat doctrinam Affl. in c. imperialem si assensus vtriusq; domini nempe directi, & sub alterni requiritur in alienatione feudi quaternari secundum quid.*

N. 16. ibi ¶ Confirmatio retrotrahitur ad illud tempus ¶

22 Confirmatio assensus † non registrari, an retrotrahatur in præiudicium tertij, dixi supra ex *Gallupp. p. 3. c. 3. n. 46. & 47.*

N. 17. ibi ¶ rebus sic stantibus ¶

23 Omnis dispositio debet intelligi † rebus sic stantibus de quo vide latè *Vifcon. in suis conclus. in ver. omnis dispositio, & in ver. dispositio Barbof. in opus. Prin. V. l. lit. D. num. 28. & in iuramento semper intelligitur clausula rebus sic stantibus Pasca. de vi. pe. po. c. 8. 9. nu. 91. 114. 349. & 351. Idem est in priuilegio, quod semper censetur concessum cum illa clausula rebus sic stantibus, ut p. D. de pont. cons. 15 num. 10. vol. 2. cons. 131. nu. 36. eod. vol. Anna alleg. 64. num. 3. Thor. in add. ad D. de Pont. tit. 5. num. 31. vbi ad id tenendum mouetur ex l. cum quis ff. de solut. ex c. suggestum de decem. assignando rationem, quia statu mutato priuilegium incipit fieri iniquum, & propterea non obser-*

uandum *lex factio ff. de vulgar. et prep.* Hinc est quod etiam contractus, & qualibet alia res, quæ tractu temporis efficeretur iniqua possit, reduci ad æquitatem per Iudicē etiā contra paciscentium pactiōem, & stipulationem, ut est *tex. no. in l. cum quidam ff. de usur. de quo vide optimè Thesaur. decis. 226.*

N. 22. ibi ¶ & non dicitur ex certa scientia confirmari actus ¶

24 Confirmatio quibus modis dicatur † fieri ex certa scientia vide optimè *R. Consil. Rouit. in prag. 4. de possess. non turb. num. 20. & seq. & quod confirmatio priuilegij confirmantis † ex certa sciētia confirmat priuilegium etiam nullum, & reuocatum Lanar. cons. 21. sub num. 2. Pasca. de iur. pa. pot. p. 1. c. 1. num. 61. Mago. dec. Lucens. 13. nu. 42.*
26 ea ratione quia id quod Princeps † facit ex certa scientia in dubium reuocari non potest *dicat ibi Pasca. num. seq. vbi de pluribus alijs circa materiam confirmationis, & ibi n. antecedit de materia confirmationis in forma † communi, vel in forma specifica de quo Rouit. vbi sup. Sess. decis. 93. quam citat Nouar. coll. ad prag. 194. num. 6. Campag. in c. 1. Ifern. in cap. quidam de Vass. decrep. etat.*
28 Verum an clausula ex certa scientia † operetur in præiudicium tertij vide optimè *Capibl. quod non in prag. 16. de Baro. nu. 4. Affl. decis. 334. D. Regen. Tapp. de Constit. prin. in 2. Rub. Et plura de clausula ista vide Gabr. com. concl. tit. de clausul. concl. 1. D. de pont. cons. 3. & 42. Ann. cons. 44.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Decisio ista est eadem cum decis. D. de Franch. 578.
- 2 Decisio ista compugnatur à D. Reg. de Ponte, & contra eam testatur decisum Thor. et quæ sit melioribus fulcita rationibus.
- 3 Mulier pro negotio ad ipsam spectante non tunatur, Velleiano, & si res sit communis num. 4 & quod si mulier constitatur pecuniam cum altero receptam ad se spectare.
- 5 Sena. consal. Velleia subuenit feminis alienam obligationem suscipientibus.
- 6 Intercedere quid sit, & quid hoc verbum importet.
- 7 Sena. consal. Velleia succurrens mulieribus late

- late interpretandum. Subuenit deceptis nu. 8. & illius pietas commendabilis n. 9.
- 10 Iudices contra exceptionem, Sen. Conf. Velle. non possunt iudicare.
- 11 Sena. Conf. Velle. exceptio, an sit perpetua, et possit quandocumq; opponi, & an possit opponi per heredes.
- 12 Pragm. 1. de Sena. Conf. Velle. prohibuit renuntiationes posse fieri per mulieres etiam cum iuramento penas Notarijs imponendo contractus nullos, & meticulous declarando.
- 13 Sena. Conf. Velleia. extenditur ad omnes feminas siue viduas, siue virgines, siue maritatas.
- 14 Mulieres heretica excluduntur à beneficio Sen. Conf. Vell.
- 15 Casus in quibus mulieres non iuuantur, Velleiano remis.
- 16 Sena. Conf. Velleia. renuntiatio inspecto iure communi facta etiam cum iuramento non extenditur ad beneficium Auth. si qua mulier.
- 17 Auth. si qua mulier, & Auth. siue à me in quib. casib. procedant.
- 18 Auth. pradi flori, an possit beneficium renuntiari, & quando d. Auth. procedat.
- 19 Mulieres solutum ex causa intercessionis reputant secus, si sine intercessione soluant num. 20.
- 21 Mulierum genus auarissimum, & ideo donatio non presumitur facta à muliere.
- 22 Mulieris donatio loco miraculi habetur, & potius circumuenta presumitur, quam, ut liberè donet.
- 23 Correlatiuorum eadem est natura, & dispositio loquens in vno extenditur ad aliud. Sed quid in penalibus nu. 24.
- 24 Argumentum à correlatiuis habet locum quando militat eadem ratio.
- 25 Filius tenetur se obligare pro patre carcerato, & quid si pater carceratus esset culpa sua 37.
- 26 Filius obligatur pro patre debitore ad carceres donec pater soluerit, & si est minor potest obligare bona pro redemptione patris ab hostibus, et pro redimendo patrem à creditoribus urgentibus.
- 27 Filius fam. si obliget se pro patre absq; illius presentia, & consensu, & sic contra formam Reg. Prag. an iuuen. macedoniat, Vassallus, an teneatur se obligare pro Barone.
- 28 Filius si recuset se obligare pro patre carcerato an possit exheredari.
- 29 Causa ingratitudinis est sufficiens causa exheredationis, & multa de ingratitudine num. seq.
- 32 Pater poterit filium alimentis priuare si recuset se obligare pro ipso.
- 33 Filius ingratus desinit esse filius.
- 34 Parentes desinunt esse parentes filijs ingratiss.
- 35 Parentes si negant alimenta filijs ingratiss si ob hoc perirēt nō tenentur pena parricidij.
- 36 Ingratitudo pessimum vitium, & quid statutum apud Medos. & quibus casibus censetur remissa, & nu. 38. & quod per eam possunt reuocari remissiones, & priuilegia.
- 39 Filius an sicut ob diuam ingratitudinem potest exheredari ita, & priuari vita, & militia feudo, & quid in Regno, & quomodo.
- 40 Filius ingratus quomodo reputetur.
- 41 Pater si non priuauit filium ingratum uel non exheredauit, an censetur remississe.
- 42 Pater tenetur se obligare pro filio, & pro illo fideiubere.
- 43 Pater tenetur redimere filium captiuum, et si non redimit potest exheredari n. 45.
- 44 Pater, an teneatur soluere tertio illud quod soluit pro redemptione filij.
- 45 Filius tenetur redimere patrem captiuum Carcerationis, et captiuitatis paritas n. 72.
- 46 Mater tenetur redimere filium captiuum, & si obligatur ualeat obligatio.
- Carceratorum liberatio pyssima.
- 47 Parentum vocabula, qui contineantur.
- 48 Mater nō tenetur regulariter dotare filiam nisi in subsidium.
- 49 Mater an possit alienare bona fideicommissi subiecta pro dote filia.
- 50 Filia an possit pretendere dotem bonorum fideicommissi subiectorum si mater sit diues.
- 51 Dotandi onus naturale paternum est, & autum, subsidiarium in matre.
- 52 Causa naturalis semper praualeat accidentali.
- 53 Pater an teneatur dotare filiam spuriam, an filiam diuitem.
- Iudex patre absente potest filiā dotare de bonis paternis.
- 54 Mater tenetur dotare filiam inopem, sed an filiam naturalem 55.
- 56 Dos filia naturalis, an correspondere habeat quantitati alimentorum, & an computetur in legitima.
- 57 Mater dotando filiam censetur prauenire.
- 58 Mater dotans filiam communem dotem ad quam se obligauerat, cum viro, an repetat.
- 59 Pater, & mater quando promittunt dotem filia pater tenetur, uti principalis mater, uti fideiussor.
- 60 Mater quando succedit in obligatione dotandi succedit cum omnib. qualitatib. quib. succedit pater. Mater

- 61 Mater Iudea, an teneatur dotare filiam, & quid de matre baretica n. 62.
- 63 Frater an teneatur dotare sororem inopem, & an sororem uterinam, 64. & an consanguineam 65.
- 66 Frater clericus, an teneatur dotare de fructibus beneficij.
- 67 Frater si habet maiusculum, an teneatur dotare sororem inopem, & dotando, an possit stipulari dotem sibi reddi.
- 68 Pater quando tenetur redotare potest stipulari dotem sibi reddi.
- 69 Frater an teneatur dotare vigore consuetudinis in aliquibus.
- 70 Paragium quomodo consideratur in fratre, & an sit idem quod legitima.
- 71 Frater minor dotans an restituatur in integ. & nu. 82.
- 72 Differentia, an sit inter filium captivum, & carceratum.
- 73 Senat. Conf. Vell. cessat quando mulier se obligat pro aliqua causa pia.
- 74 Causa dotis dicitur causa pia.
- 75 Libertas inter causas pias connumeratur, et in dubio libertati favendum.
- 76 Mulier obligans se pro dote, an iuuetur Velleiano, & an pro dote extranea nu. 77. & an pro antiphato 78.
- 79 Mulier minor an poverit dotem constituere.
- 80 Minor an poterit dotem Ecclesie constituere.
- 81 Minor an possit matrimonium sine decreto contrahere.
- 82 Filius fam. promittens dotem, et renuntians beneficio deducto egeat, an obligetur.
- 83 Nullus amor vincit paternum, & an sit maior maior paternus, quam maternus n. 85.
- 84 Bona Ecclesie possunt pro redemptione captivorum alienari.
- 85 Bona fideicom. subiecta multis casibus possunt alienari ultra dotem.
- 86 Bona fideicom. subiecta possunt alienari, ut quis se eximat a carceribus.
- 87 Mulier habens virum inutilem dicitur vidua, et si habet virum captivum relegatum eademdem ad triremes &c. & quid si litigat cum viro 92.
- 88 Mulier habens virum absentem per 11. ann. dicitur vidua.
- 89 Absentia mortis equiparatur.
- 90 For iudicatus equiparatur mortuo.
- 91 Donatio inter vivos, & uxorem prohibita etiam cum iuramento siue inter vivos, siue causa mortis.
- 92 Donatio facta a viro sorori uxoris sue non valet.
- 93 Donatio in vi. & uxorem valet si sint magnates.

AD DECIS. IV.

HAEc decisio de qua pluries meminit, & ea laudatio sequitur Gait. tra. de cred. c. 4. quest. 11. nu. 40. & seq. est eadem decisio ¶ cum registrata a D. de Franch. in 4. p. in ordine 578. quam Domini de Franch. ¶ decisionem impugnatur D. de Pont. de potest. proreg. tit. de divers. prouis. fieri solit nu. 30. & seq. ut etiam advertit D. Consil. Rouit. prag. 1. de Sena. Consul. Vell. nu. 7. & Pasca. de vir. patr. pot. p. 3. c. 5. num. 3. contra quam decisum testatur Io. Bapt. de Thoro in compen. decis. Reg. in ver. fideiubere Referente D. Consil. de Georgio, penes monellum. Sed quia decisio melioribus, & validioribus sit rationibus fundamentis suffulta recurras ad infra scriptos qui eandem tractarunt materiam, eorumque dicta ruminas, nempe ad Surd. decis. 86. Gamma decis. Lusit. 318. Tesa. r. decis. 223. Amat. decis. March. 62. Farin. decis. 112. & 851. Seraph. decis. 1187. Fabr. decis. 16. C. ad Velleia. Papon. lib. 12 tit. 5. arrest. 8. & 9. quos duos ultimos cum Gamma adducit nouissime Nouar. collect. super prag. 1. de Sen. Conf. Vell. in coll. 209. n. 17. & ad Papon. se remittit Amen. in add. ad decis. D. de Fran. 182. num. 4. vide Mariscott. lib. 1. var. resol. c. 43. nu. . . & meritissimum, & nunquam satis laudatum Marchionem Belmontis Regem. de Tapp. lib. 4. iur. Reg. in d. prag. 1. ver. pro quibus intercederent ver. bis additur fo. 49. Azor. in 3. p. sua summa lib. 11. cap. 22. ver. dubium quantum fo. 952. vbi multos cumulat super hoc articulo, an mulier fideiubere possit pro marito. Vide Viscon. in suis conclus. incip. fundus dotalis in fin. & in conclus. mulier, quae alienam, & aliqua per Amend. ad D. de Franch. decis. 84. nu. 5. & seq. & an pro fratre, vide Thoro in ver. creditor alicuius mulieris p. p. fo. 134.

N. 2. ibi ¶ non ob aliud factum fuisse tit. ff. & C. ad Senat. Conf. Velleia. nisi, ut mulieri intercedenti, & alienam obligationem suscipienti succurratur ¶

Hinc pro negotio spectante ad ipsam mulierem ¶ non iuuatur Velleiano, l. si aliquando ff. ad Senat. Conf. Velleia. D. Consil. de Georg. alleg. 32. nu. 2. Griuell. decis. Senat. Dolan. 20. vbi extendit etiam ad rem communem, quem refert Nouarr. in d. collect. 209. num. 25.

Et quid si mulier confitetur partem pecuniae a certo Creditore receptam infirmul cum

- cum alio ad se spectante, & non ad correum debendi, an sibi præiudicet, & eius hæredibus, vel censeatur pura intercessio, vide *decif. Reg. apud Thor. nouissimè 2. p. ver. confessio facta fo. 98.* & quod per hoc Sena. Conf. & quod per hoc Senatus conf. quod A Marco Syllano, & Velleio tutore Conf. factum est fœminis alienam obligationem in se suscipientibus subuenitur *l. 1. & 2. ff. eo.* & idè Senatus Conf. de intercessionibus appellatur *l. quamuis l. si aduersarius l. cum ad eas C. eo.*
- 6 Quid autem sit intercedere † & quod importet illud verbum intercedere explicat *Trois. in d. pragm. 1. nu. 1. & ibi scaglio. num. 63. Schard in lexi. iur. ver. intercedere.*
- 7 Et quia d. Sen. Conf. est fauorabile † ex eo quod mulieribus succurrit; idcirco latè interpretandum, ne indotate, remaneant, & deceptæ sexus fragilitate ex susceptione alienæ obligationis damnum patiantur, subuenit. n. deceptis † *D. de Franch. decif. 613. nu. 12.* & propterea illius pietatem † valdè commendabilem appellat *D. Reg. de Tapp. d. lib. 4. iur. Reg. rub. de Sen. Conf. Vell. in prin. vnde*
- 10 iudices non posse iudicare † contra exceptionem Velleiani dicit idem *D. Reg. ult. lib. iur. Reg. fo. 49. ver. Iudices.*
- 11 Et an exceptio sit perpetua † & quandoque; opponi possit *Molin. de contra. disput. 540. num. 5. & seq. vbi optimè explicat, & n. 8. & seq. quod aliquando poterat renuntiari Velleiano, & quod possit per hæredes opponi vide Thor. in 2. p. comp. ver. Confessio facta per aliquam mulierem fo. 98.*
- Verum plenius iure communi prouisum
- 12 est per ius regni per pragm. 1. † sub eo. tit. de Sen. conf. Vell. quæ prohibuit renuntiationes fieri præ mulieres etiam cum iuramento pœnas notarijs imponendo, nè illas scribant, contractus nullos, & meticulosos declarando, quam prag exornauit *D. Rouit. & multis decif. Nouar. d. collect. 209. per ampliat. & lim. Cui addo aliam ex D. de Franch. decif. 623. & D. de pont. de pot. proreg. fo. 48. ampliationem nempe, quod Sena. Conf. prædictum extenditur ad omnes fœminas † siuè viduas, siuè maritatas, siuè virgines quibus addo Viscon. in d. concl. quæ incip. mulier qua alienam in prin. Addo etiam alteram limitationem ex Palacios Ruuios alias Lap. in rub. de don. inter vir. & uxo. f. 3. quod à di-*
- 14 *cto Sen. Conf. beneficio † excluduntur mulieres hæreticæ, hæretici. n. multis beneficijs iuris, & à iure prælationis excluduntur Medic compiler decif. Senen. examin. 11. num. 17. & seq.*

N. 2. ibi ¶ exceptis casibus particularibus ¶

- octo enumerantur casus per *D. Regen. de Tapp. in d. prag. 1. de Sen. Conf. Vell. in prin.*
- 15 in quibus se n. re mulier non iuuatur Velleiano delecti ex *l. 3. 4. & 5. ff. eod. & ex l. 2. et 6. C. eod. à num. 1.* Multos congerit *Scaglio. in ead. pragm. 1. à num. 1. & ibi Trois nu. 6. D. Confil. de Georg. d. alleg. 32. num. 2. & seq. Nouar. vbi supra à num. 9. Ricc. collect. 295. & Molin. de contra. disput. 540. nu. 54. & seq.*

N. 3. ibi ¶ Auth. si qua mulier C. ad Velleianum ¶

- 16 Renuntiatio Velleiani † inspecto iure communi facta etiam cum iuramento non extenditur ad beneficium d. Auth. si qua mulier secundum *Bal. in l. 1. C. ne ux. pro marit. per glo. ibi, & Alex. in l. generali C. ad Vell. Balb. decif. 506.*
- 17 Et de intell. d. Auth. si qua mulier † & Auth. siue à me C. eo. & in quibus casibus procedant *Barbos. 5. p. l. 1. sol. matr. à nu. 54. vbi num. seq. ampliat, & limitat multis modis, & in 2. p. l. 2. eo. tit. sol. matr. nu. 11. & an.*
- 18 possit beneficio d. Auth. renuntiari † *Barbos. loco præcit. Balb. d. decif. 506. Fran. Mar. decif. 526. num. 8. & 502. num. 8. Tesau. d. decif. 223. ad quos se remittit Amen. ad D. de Fran. dec. 182. num. 6. nulla facta mentione de Barbos. quem citat deindè simpliciter in fin. & quando d. Auth. si qua mulier procedat vide omninò Cent. in nouissimo tract. de censib. vbi post 1. tom. ponit Rot. dec. in ordine 32. fo. 30. & Medi. decif. Senen. si 48. num. 3. et seq. nouiss. visus, & editus. & decif. 93.*

N. 5. ibi ¶ non procedit in muliere soluente ¶

- 19 Aduerte quod mulieres † solum ex causa intercessionis repetunt de quo per *Gomes. var. resol. tom. 2. tit. de fideiuss. nu. 16. D. de Fran. decif. 623. num. 9. optimè Molin. de contra. d. disput. 540. num. 4. fo. 755. vbi num. 20 6. declarat.* Sed si sine intercessione solvunt non repetunt, idem si sciens mulier se posse iuari exceptione Velleiani nihilominus soluit *Molin. d. disput. 540. n. 7.*

N. 5. ibi ¶ mulierum genus auarissimum ¶

- Hæc ratione donatio non præsumitur facta à muliere, quia mulierum † genus auarissimum ad quod multa cumulat *Viscon. in concl. incip. Donatio non præsumitur fo. 54. & 22 donatio mulieris † loco miraculi habetur, & potius præsumitur circumuenta, quam*

ut liberè donet *Molfes. ad consue. Neap. p. 3. q. 11. nu. 13.* est .n. genus avarissimum *Barz. decis. 83. num. 6. & 103. nu. 4. Borrel. conf. 4. num. 33. Maxill. ad consue. Baren. fol. 90. n. 189. Ama. decis. March. 62. nu. 10 Scaglion. d. pragm. i. n. 8. de Sen. Conf. Vell.*

N. 6. ibi ¶ Senatus. n. obligatæ mulieri succurrere voluit non soluenti, & donanti ¶

Adde *Georg. in d. alleg. 32. nu. 3.*

N. 8. ibi ¶ & dispositum in vno ex correlatiuis censetur dispositum, & in alio ¶

23 Correlatiuorum eadem est † natura, & propterea dispositio loquens in vno ad aliud extendetur, quod latissimè probant ampliant, & limitant *Gabriel. lib. 6. conclus. 3. in 3. tom. com. opin. fo. 350. Diaz. reg. 158. & Med. reg. 7. Dona. fina. lib. 1. reg. iur. Incep. Correlatiuorum Euerar. in argum. à Correlatiuis fo. 125. Viscon. conclus. incip. correlatiuorum. D. de Franch. dec. 225. Gait. de cred. c. 4. quas. 7. num. 628. repetentes omnes in rub. ff. de acquir. possess. ubi optimè, & disertè D. Emanuel. Nauarr. vir. eruditissimus art. 1.*

Sed an procedat in pœnalib. & correcto-
24 rijs † quod sic per l. fin. hic alleg. C. de in d. uid. & l. 1. C. de cupress. lib. 10. licet contrariam amplectetur sententiam *Archid. in c. non satis per illum tex. 86. dist. gl. in c. si qui filij 30. dist. & in d. c. non satis*, & hanc dicit communem *Surd. de alim. tit. 9. q. 19. nu. 12. fo. 15. a ter. uide Euerard. loco cit.*

N. 8. ibi ¶ ubi est eadem ratio ¶

25 Argumentum à correlatiuis † habet locum quando militat eadem ratio *Pedemon. decis. 140. num. 7.* cum alijs cumulatis per *Surd. d. q. 19. nu. 10.* quam sententiam multis rationibus iuvari testatur *Euerard. loco cit. Gait. c. 2. tit. 7. q. 2. n. 1732.*

N. 10. ibi ¶ sed filius tenetur se obligare pro patre carcerato ¶

26 Quod filius teneatur † se obligare pro patre carcerato vide *Capiblan. in pragm. 10. num. 66. & seq. de Baro. Boer. decis. 128. & 221. num. 6.* liberatio enim à carceribus dicitur causa naturalis pro redemptione proprii sanguinis *D. de pont. de pot. prœrog. tit. de diuers. prouis. fieri solit. num. 31. Gait. de cred. c. 4. quasit. 7. nu. 539.* Et filius obligatur pro
27 patre † debitore ad carceres donec pater soluerit *Castr. conf. 43. 10. Fab. in l. antiquitas C. de usus. Petr. ad Cappy. decis. 135. lit. C. in fin. Vide omninè Pasca. de vi. pa. po. p. 3. c.*

5. num. 123. fo. 104. Viscon. in suis Concl. in conclus. qua incip. fideiussor ut sit idoneus in fin. Idemq; dicas si pater esset in manu hostium, quia pro liberatione patris ab hostibus etiam minor potest bona sua obligare *Affl. in Const. minorum iura nu. 18. Gratia. discept. foren. tom. 3. c. 479. num. 36 Pascal. de vi. patr. pot. p. 3. c. 5. nu. 21. & 22.* alios refert nouissimè *Gait. d. c. 4. quas. 7. num. 540. & seq. ubi num. 542.* idem dicit si minor obligaret bona pro redimendo patrem à creditoribus à quibus vrgetur, & si sit filius
28 fam. & obligetur alteri pro patre absq; illius præsentia, & consensu, & contra formā *R. Pragm. Per excellentem, an iuuetur macedonian. Vide Viscon. in concl. qua incip. filius fam. Pascal. inf. cit. ubi refert decissum & quid si est minor, an iuuatur beneficio restitutionis in integ. Pascal. de vi. pa. pot. p. 1. c. 6. num. 123. ubi latè, & ibi an iuuetur tali casu Macedonian.*

Et quod potest filius se obligare ad carceres pro patre donec debitum soluat *Apicel. alleg. 6. num. 9.* dummodo sit pubes, vel pubertari proximus iuxta tradita per *Gait. d. quas. 7. nu. 546.*

29 Et an Vassallus teneatur se obligare † pro Barone vide *Capiblan. d. pragm. 10. nu. 65.* & in quibus Vassallus teneatur domino, & dominus Vassallo. Vide *Io. de orco in sua prax. lib. 5. c. 1. et 2.*

30 Quod si filius recuset † se obligare pro patre carcerato, an possit exheredari, quod sic *Vrsill. ad Affl. decis. 308. num. 25. Molfes. ad consue. Neap. p. 5. de alim. q. 13. num. 28. 1. tom. Capibl. loc. cit. et nu. 67. Oino. in tit. in d. de exher. lib. in prim. num. 13.* nam redditur
31 propterea ingratus, & sufficiens est causa † pro exheredando causa ingratitudinis iux. causas in autli. ut cum de appell. Pasca. de vi. patr. pot. p. 2. c. 5. n. 2. & seq. & hac eadem
32 causa poterit † pater filium alimentis priuare *Surd. de alim. tit. 7. per tot Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 1. q. 1. & seq. D. de Franch. decis. 576. Pasca. d. p. 1. c. 6. num. 123. Marches. san. de Commis. in caus. appellat. alim. p. 1. §. 1. num. 154. & seq. per tot. Molfes. p. 5. q. 12.* ubi recenset omnes causas, quibus filius à patre alimentis priuari potest, exordiando ab ingratitudinis vitio, & hoc quia filius in-
33 gratus † definit esse filius. *Surd. d. tit. 7. q. 3. 34 num. 9.* & parentes † desinunt esse paren-
35 tes filijs ingratiss vnde si negarent † alimenta filijs ingratiss, & ob hoc perirent non tenerentur pœna parricidij *Molfes. ubi sup. n. 5.* & quod alimenta præsita alicui ex affectione, quæ alias non repeterentur si fuerit ingratus, quod repetantur *Surd. latè in d. tract.*

36 *tract. de alim. tit. 6. q. 18.* est .n. † ingrati-
do pessimum vitium, & reprobatur legum,
& canonum auctoritate *Det. conf. 686. nu.*
13. Sur. qui ad multa infert loco proxime cit.
num. 9. Hinc aduersus ingratos actionem
institui posse apud Medos testatur *D. Reg.*
Constan. de filijs official. n. 38. eum seq. fo. 280.
Et B. Bernardus inquit quod ingratitude,
est ventus vrens, exiccans fontem miseri-
cordiæ rorem pietatis, & fructum gratiæ,
vt refert *Ricc. collect. 197. Panor. in cap. fin.*
donat.

Hinc est quod si fuerit facta remissio per
accusatorem potest reuocari vitio ingra-
titudinis de qua vide *D. Rouit. tit. de compos.*
num. 8. sicut etiam ex causa ingritudinis
priuilegia reuocantur *Gaill. obser. lib. 2. ob-*
ser. 60. Ozas. dec. 139. Capibl. prag. 8. p. 3. nu.
208. de Baron.

37 Sed quid si pater esset carceratus † cul-
pa sua, an adhuc filius teneatur se pro illo
obligare, vide tradita per *Pasca. de vi. patr.*
pot. p. 3. c. 5. n. 13.

38 Ingratitudo autem quibus casibus cen-
seatur remissa, *Molfes. vbi sup. nu. 28. & seq.*
Pasca. p. 2. c. 5. num. 92. Surd. vbi sup. & tit.
1. q. 48. num. 46. & an penitentia tollat ma-
culam ingritudinis *Merlin. de legitim. lib.*
4. tit. 1. q. 7.

Sed an sicut filius ob eam ingritudinē
39 potest exheredari ita † & priuari vita, &
militia vite *Cam. Salern. ad Neap. consuet. in*
omnibus apost. incip. ad istam consuetudinē
cuius meminit *Rouit. prag. 34. de feud. n. 13.*
& an etiam potest priuari feudo? *Bened. in*
c. Raynutius ver. in eodem testamento 2. nu.
27. Pasca. de vi. pa. pot. p. 2. c. 5. num. 88. vbi
40 quid in Regno, & quomodo reputetur †
filius ingratus *Bened. vbi sup. num. 32.* & si
priueretur feudo statim, quod cōmisit ingra-
titudinem sine aliā exheredatione, & si pa-
41 ter non exheredauit † filium ingratum, an
censeatur remississe, vide latē *Regen. de Curt.*
in diuers. iur. feudal. cap. quod incip. Nunc de
alia feudi spetie a num. 110. cum multis seq.
fo. 64. vbi num. 123. quid in maioratu. Ca-
ueāt ergo filij se exhibere ingratos in parē-
tes nē pēnas à l. ingratis inflictas patiantur;
à filiis enim parentibus ex duplici charita-
tis vinculo filialis debetur amor, honor, &
reuerentia, vt explicat *Gait. in d. tract. c. 3.*
tit. 1. num. 1091.

Sicuti autem filius pro patre ita pater
42 pro filio tenetur se obligare, & fideiubere
si quis *S. 1. de excus. tuto. alios congerit Ca-*
pibl. prag. 10. de Baro. n. 67.

43 Et an pater teneatur redimere † filium
captium *Pasca. d. p. 2. c. 5. nu. 1. vbi num. 2.*

44 quod si tertius † aliquid soluit pro redem-
ptione filij, illud repetere potest à patre,
inuito, & *nu. 5. de obligatione, quam habet*
45 filius † redimendi patrem captium, & sub
qua pēna, & sicuti tenetur redimere filium
captium ita etiam liberare à carcerib. pa-
cificantur enim hęc duo *Gratia. discep. fo-*
ren. tom. 1. c. 108. num. 5. relatus post Reg. de
Pont. vbi sup. à Gait. d. quæf. 7. num. 540. in
fin. & dicam inf. nu. 72.

Et si pater fuit ingratus filio potest etiā
legitima priuari *Merlin. de legitim. lib. 1. tit.*
2. q. 12. num. 11. & lib. 4. tit. 2. q. 8. qui causas
ingritudinis subnectit *q. seq. inter quas q.*
14. est ista de patre non redimente filium
captium ob quam exheredari potest, & de
fratre ingrato vide eundem *d. tit. 2. q. 13. n.*
24 & lib. 4. tit. 2. q. 19.

46 Non modo autem pater tenetur † filiū
captium redimere, sed etiam mater, & si
obligatur pro redimendo filio à captiuita-
te, valet obligatio *Barz. decis. 106. num. 11.*
cum eidem pietatis ratio militet, & si libe-
ratio carceratorum piissima dicitur *Gra-*
tia. d. c. 108. De pont. vbi sup. relati à Gait.
vbi sup. num. 545. multo magis liberatio ab
hostibus. Et filius sicut tenetur redimere
patrem captium multo magis matrem cū
filius magis matrem, quam patrem alere,
teneatur iuris rigore *Gaitus vbi sup. c. 3. tit.*
1. nu. 1089.

N. 13. ibi ¶ sed de parentibus, & si c
comprehendit vtrosq; patrem, & ma-
trem ¶

47 Adde circa hoc verbum parentes † & qui
illo contineantur *Schard. in suo lexi. Iur.*
ver. parentes, & Surd. de alim. tit. 1. q. 15. nu.
15. & in quest. iur. consuet. Neap. nu. 20. post
Rouit. opera Ricc. ad decis. D. de Franch. 62.

N. 15. ibi ¶ mater tenetur dotare fi-
liam inopem ¶

48 Regulariter mater † non tenetur dotare
filiam *l. neq; mater C. de iur. dot. Hotom. de*
dot. num. 36. Viscon. concl. dotandi, vbi multa
nisi in subsidium *Mastrill. decis. 256. nu. 22.*
49 Vbi an possit alienare † bona fideicomisso
subiecta declarat, & ampliat multis modis.
50 Et an filia prætereundere posset si mater † es-
set diues bonorum subiectorum fideicom-
misso dotem ex dictis bonis, quod sic. *Ruin.*
conf. 199. vol. 2. Peregr. art. 52. num. 47. quic-
quid in contrarium *Petr. de fideicom. q. 8. nu.*
51 461. ratio est quia † onus dotandi natura-
le est paternum, & auitum, & vt dixi sub-
diarium in matre, de quo latē per *Cened.*
qq. Canon. q. 13. tot. & causa naturalis sēper
pœua-

52 præualeat † accidentaliter, qui habet ff. de tut. sequitur Barbat. de assisten. glo. 5. n. 60. adeo
 53 quod dictum onus † paternum dotandi extendatur etiam ad filiam spuriam probant Amen. ad D. de Franch. decis. 178. nu. 5. & fusius Franc. Mele filius meus in Annot. ad Arnon. Soliloq. 25. vbi multos citat, & an teneatur pater dotare filiam diuitem, vide 2. tom. com. opin. tit. de priu. dot. fo. 330. Quinimò licitum est iudici patre absente filiam de rebus paternis dotare ne perdat tempus nubendi sub expectatione paternâ l. prof. Etitia ff. de iur. dot. Mysing. cent. 3. obser. 4. n. 5. fo. mibi 48.

Quando verò filia est inops tenetur mater † dotare, vt in his præno. verbis annuit D. Gizzarell. Maxill. ad consue. Baren in consue. qua incip. ex antiqua num. . . fo. 21. Surd. quem hic citat Author tit. 1. de alim. q. 14. num. 13. Molfes. p. 5. q. 11. nu. 12. & quid
 55 in filia † naturali. Idem Molfes. p. 1. q. 4. nu. 9. & 10. & 11. Surd. de alim. d. q. 14. & 15. Marti. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 16. num. 28. Vbi habes, an ista dos † correspondere habeat quantitati alimentorum, & an computetur in legitima Surd. decis. 119. nu. 3. &
 57 dotando mater † censetur præuenire in eo quod debet Mastrill. decis. 148. n. 27.
 58 Et an mater dotans † filiam communem dotem, ad quam se obligauerat cum marito, repetat vide Surd. vbi sup. nu. 15. Rauden. decis. 3. num. 9. & 58. Viscon in conclusion. qua incip. mulier. & Consil. Pasca. in tra. de viri. pa. pot. p. 2. c. 6. nu. 32. 33. fo. 303.
 59 Vbi quid quando pater, & mater † promittunt dotem filia, qui pater tenetur, vti principalis, & mater, vti fideiussor. Viscon. d. concl. mulier. Cacher. decis. 144. nu. 7. Mastrill. decis. 186. num. 8. Mastrill. d. dec. 256. num. 3. & vide omnino de materia nouissimè scriben. Medi. decis. Senen. 93. & Gened. Canon. qq. q. 13. nu. 6. & seq. fo. 123. omnino vidend.

60 Et quod quando mater † succedit in obligatione dotandi succedit cum omnibus qualitatibus quibus succedit pater Gama. decis. Lusitan. 376. vbi limitat Ricc. coll. 2246 ver. si autem pater fo. 107.

An autem supradicta locum habeant in 61 matre Iudæa, quod sic quoad dotationem filia Iudææ si pater sit diues, secus autem si filia sit catholica, nã eo casu et si pater sit diues tenetur mater dotare filiam catholicâ Surd. de alim. tit. 1. q. 4. n. 4. & de matre † heretica loquitur Surd. d. q. 14. n. 17. Nouell. de dot. p. 6 priu. 16. n. 6. Hotom. vbi sup. n. 37.

63 Quid vero in fratre † an teneatur dotare sororem pauperem Barbof. 4 p. l. 1. nu. 125.

sol. matr. D. de Franch. decis. 73. nu. 4. 5. 6. & decis. 87. num. 12. Molfes. p. 4. q. 16. n. 16. & p. 6. q. & nu. 13. & an sororem vterinam Barbof. vbi sup. Amen. ad decis. D. de Fran. 73. n. 10. vbi se remittit ad decis. 26. D. de Franch. vide Neapo. allega per D. de Fran. d. decis. 26
 65 & quod teneatur dotare sororem † consanguineam, quæ non habet unde se dotet Triuisa decis. 14. & 22. vol. 1. etiam si sit clericus † de fructibus beneficii, vt ex decis. Tolosan. 190. & Boer. decis. 129. nu. 8. refert Amen. ad d. D. de Franch. decis. 73. n. 6. & ego scio quendam Clericum Ruben. qui tempore fel. record. CLEMEN. VIII. ab illo obtinuit, vt liceret dare fructus beneficii in dotem sorori, & de fratre clerico loquitur Molfes. d. q. 3. n. 13. vide Giurb. dec. 45. nu. 12.
 67 Et si frater habet † maius, an teneatur dotare sororem inopem Barbof. vbi supra num. 130. & dotando, an possit stipulati dotem sibi reddi ibi nu. 136. & amissa dote, an frater teneatur redotare, quod non nu. 140. Molfes. p. 4. q. 16. nu. 18. & sequen. secus
 68 in patre † qui tenetur redotare, vt per Barbof. vbi sup. n. 141.

69 Et an frater teneatur † dotare vigore Const. Reg. in aliquib. vide Minado. in Const. tit. præd. in 7. no. vbi latè quod sic, & quomodo paragiū † consideretur in fratre vide D. de Franch. dec. 616. & an sit idè quod legitima, vel loco successionis legitimæ eundem D. de Franch. decis. 618. in fin.
 71 Et de fratre minore † dotante sororem, quod non restituatur Barbof. d. 4. p. l. 1. num. 129. fo. 200. dixi inf. latius n. 82.

N. 19. ibi ¶ quia non faciunt differentiam inter filium captiuum apud hostes, & captiuum carceratum ¶

72 An sit differentia inter captiuū, & carceratū vide Tiraq. ad ll. connub. glo. 8. nu. 285. Ama. dec. March. 62. n. 5. & 11. adde tex. in l. quamuis, & l. seq. ff. sol. matr. in quib. ll. parificatur liberatio ab hostib. vel à vinculis D. Reg. de Pöt. in tra. de pot. proreg. tit. de diuers. prouisionib. fieri solit. nu. 31. fo. 494. Gratia. dec. 108. u. 5. Gait. loc. sup. cit. & c. 4. q. 2. tit. 7. n. 940. vbi ineminit huius dec. pluries n. seq.

N. 24. ibi ¶ quod si mulier promittit aliquid ex aliqua pia causa ¶

73 Sena. Conf. Vell. cessare qñ mulier † se obligat pro aliqua causa pia dicit Greg. Lopez. ad l. 3. tit. 12. p. 5. D. de Franch. dec. 237. Refert D. R. Tapp. vbi sup. Scaglione d. prag. 1. n. 43.
 74 causâq; dotis † esse piâ dicit Barz. dec. 86. n. 12. Boer. dec. 44. Ricc. dec. 217 p. 2. quem citat Nouar. collec. ad prag. 83. num. 1. Gait. latè d. tract.

tract. de cred. loco sup. cit. vide Calcan. conf. 31. Tiraquell. de Priuileg. in prefat. num. 23. Surd. decif. 86. nu. 12.

N. 25. ibi ¶ sed causa dotis, & libertatis ¶

75 Libertatē inter † causas pias conumerari habetur in l. 1. C. de cō. ser. man. & ideo in dubio ei fauendum l. quoties ff. de reg. iur. ubi Dec & alij.

N. 26. ibi ¶ & si pro dote extraneæ ¶
Differentia est, an dos promittatur pro filia. vel pro extranea de qua differentia omnino videndus *Medices decif. 48. & 49. nu. 9.*
76 & Mulier † pro dote se obligans, an iuuetur Velleiano *R. Consiliar. Theodor. alleg. 13 in prin.* nouissimē *Medi. d. decif. Senen. 48.* vbi multa iura cumulat in prin. d. decif. quæ per te videre poteris, & d. dec. 49. *Molse. ad consue. Neap. p. 7 q. 3. num. 18. & 20.* & quod
77 mulier † valide se obliget pro dote extraneæ ita, quod Velleiano nō iniuriatur est text. in l. si dotare C. de iur. dot. vbi nonnulla annotaui. ex l. fin. C. ad Velleia. de quo vide *Scaglio. in d. prag. 1. n. 34. Barbof. in 4. p. l. 1. ff. sol. matr. num. 106. 109. & 110. fo. 194.* Et quod potest mulier se pro dote obligare. *Amat. decif. March. 35. n. 13.* vbi alias cumulat decision. & pro dote intercedere *D. de Franch. decif. 182.* Vide *Mariscott. lib. 1. var. resol. c. 43. Bal. nouell. p. 6. priuileg. 12. & Viscon. concl. mulier quæ alienam,* & in pulcro
78 casu *Surd. dec. 164.* Sed an pro antisfato † vide eundem *D. de Franch. d. decif. 182. Nouar. in collect. ad prag. 83. num. 7.*

79 Quid autem si mulier fuerit minor † an poterit constituere dotem sine decreto iudicis, & si dat, an sint obligata eius bona, quod non. *Negus de pigno. 4. mem. 2. p. n. 74. & 75. Rolan. de lucr. dot. q. 45. num. 6.* Sed tu vide omnino *Gait. in tra. de credit. post hac scripta visum c. 4. quæf. 7. n. 531. & seq.* vbi distinguit referendo rationem diuersitatis inter casum in quo maritus minor recipiendo dotem obligatur, & casum in quo mulier minor promittendo dotem non obligatur absq; sollempnibus, & iudicis decreto post *Barbof. sol. ma. l. 1. p. 1. num. 25. fol. 96.* quem etiam circa prædicta videas post alios per eum cumulatōs in l. si constante nu. 129.
80 & seq. vbi etiam extendit ad dotem † datā per minorem Ecclesiæ ex *Paul. de Cittadin. in tra. de iur. pat. p. 3. caus. 2. num. 20.* quicquid in contrarium sentiat *Lambertin. 3. art. 5. q. prin. 1. p. lib. 1.* Quod autem diximus de dote, an habeat locum in matrimonio,
81 vt minor † sine decreto possit matrimo-

nium contrahere, quod sic *Barbof. d. l. si constante nu. 126. & seq. vbi latè,* & aduerte quod hoc casu non restituitur.

82 Et de fratre minore dorante † sororem quod non restituatur *Barbof. in d. l. 1. 4. p. n. 129. fo. 100. fol. matr.* multa tradit ad propositum *Medi. compiler decif. Senen. exam. 34. post d. cis. 56. fo. 406.* de quo, & an possit minor se obligare, & fideiubere pro dote mulieris *Gabriel. conf. 20. num. 8. cum seq. vol. 2. Benin. decif. 61.* Quid si statutum prohibet huiusmodi obligationes fieri *Medi. decif. 49. Barz. decif. 74.* vbi quod minor habet personam legitimam in causa dotis si excedat 14. ann. sine tutoris autoritate, sed de quibus bonis *Rolan. de lucr. dot. q. 45. nu. 6. Semin. tra. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 23. nu. 88.* vbi habetur in quibus casibus iudicis decretum, & curatoris autoritas requiratur quibus adde tradita per *Barbof. d. l. si constante n. 129. fol. matr. omnino vidend. & n. seq. Viscon. in suis conclusion. in cōcl. quæ incip. Minor.* vbi licet minor non possit immobilia in dotem dare, vel mobilia prætiosa per tex. in l. lex, quæ tutores C. de adm. tuto. *Cauat. de tuto. nu. 157. Maran. de multipl. alie. n. 31. Nouell. de dot. p. 6. priu. 58.* tamen quod eius bona tacite obligantur pro dote *Surd. de alim. tit. 7. q. 14. n. 43. & tit. 9. q. 44. n. 15. de quib. omnib. latè Gait. loc. cit. à n. 514.*
83 An autem filius fam. promittens † dotē, & renuntians beneficio deducto ne egeat obligetur *Giurb. decif. 45. Bald. nouell. p. 6. priu. 48. & 57.* Et quid si filius promittat dotem sorori vna cum patre vide *Apicell. d. tra. tit. 4. n. 44.*

N. 27. ibi ¶ nullus amor vincit paternum ¶

84 Nullus amor † vincit paternū adde *Surd. in tra. de alim. tit. 1. q. 106. nu. 3.* ex quo Author omnia verba ista cum autoritatibus per eum allegatis trāscripsisse videtur quibus adde *Pascal. in tra. de vi. pa. pot. p. 3. c. 1. 85 n. 1. vbi n. 2.* an sit maior amor † paternus, quam maternus *Mastrill. decif. 233. nu. 70. Grat. conf. 83. n. 12. vol. 2. Gait. tra. de cred. c. 3. tit. 1. nu. 1087.* & an idem amor, qui est in parentibus sit etiam in filiis.

N. 32. ibi ¶ bona Eccl. pro redēp. ¶

86 Ecclesiæ bona posse † pro redemptione captiuorum alienari vide *Meno. de præsup. lib. 4. præsump. 192. num. 2. Viscon. in concl. incip. Ecclesiæ bona,* vbi colligit alios casus in quibus Ecclesiæ bona possunt alienari, *Marant. in tra. de multipl. alien. n. 4.*

N.33. ¶ Auth.res quæ C.com.de
legat. ¶

87 Adde quod in multis casibus possunt
bona fideicomisso subiecta alienari ultra
dotem de quo in d. Auth.res quæ de cuius
materia multa dixi ad D. de Franch. decis.
613. refert multa in conclus. Bona subiecta
fideicomisso per 2. col. Barbat. de assisten.
glo. 1. a num. 55. Sed quo ad materiam no-
88 stram possunt bona fideicomisso subie-
cta alienari, vt se eximat à carceribus Ful-
gos in dict. auth. res quæ num. 7. Alex. in l.
quamuis num. 11. sol. matr. in l. marcellus §.
res quæ num. 3. ff. ad Trebell. Surd. in decis.
86. num. 6. & in tra. de alim. tit. 6. q. 12. nu.
16. & 17. Item pro redemptione ab hosti-
bus Bar. in d. auth. res quæ q. 10. Surd. de
alim. tit. 6 q. 8. num. 97. Sola ad decret. Sa-
baud. tit. de feud. glo. 1. 2. p. num. 7. ver. tertius
Barbat. de assisten. glo. 5. num. 69. & quod
eximendo se à carceribus possunt minores
eorum bona obligare Gast. loco cit. quas. 7.
num. 538.

N.45. ibi ¶ paria sunt habere virum
inutilem, & non habere ¶

89 Adde quod mulier habens f virum inuti-
lem dicitur vidua facit tex. in c. inter cor-
poralia de transl. Epif. Barz. decis. 128. num.
59. glo. in l. fin. C. ad l. Flau. de plag. & ibi
Salyc. Cott. in memo. in ver. vidua Pasca. de
vir. pa. pot. p. 7. c. 2. Amat. conf. 31. num. 13.
Capibl. de Baro. prag. 8. p. 1. num. . . D. de
Franch. decis. 100. n. 18. Amen. ad decis. D. de
Franch. 257. & 233. n. 9. vbi adducit Couar.
lib. pract. qq. c. 7. Cumia. c. 38. n. 475. in rit. Si-
cil. vii. decis. 34. n. 27. & decis. 197. quas alle-
gat ad hoc Petr. ad Gram. decis. 27. n. 14. Ca-
roc. decis. 106. Ricc. collect. 3005. 7. p. alios ad-
ducit Nouar. in prax. elec. for. sect. 1. q. 7. nu.
10. & q. 8. n. 2. & seq. vbi ex multis probat,
quod mulier habere virum inutilem dicitur
si habet virum captiuum relegatum, condē-
natum ad thryremes D. de Franch. & ibi
Amen. num. 9. decis. 233. D. Reg. de Tapp. ad
Constit. Statuimus sub rub. de offit. mag. iu-
stit. n. 19. lib. 2. iu. reg. fo. 252. vbi citat Aze-
ued. & quod habeat fori electionem Cala-
de Mod. art. in prin. n. 110. fo. 13. vbi quid
si culpa sua.

90 Et de muliere, quæ f habuit virū absentē
per 10. annos quod dicitur vidua in d. q. 8.
Nouar. vbi inserit allegationes super hoc, &
91 hoc quia morti equiparatur f absētia Ricc.
coll. 1056. maximē si absētia est remota Ro-
uit. in rub. de adm. & qui pers. seru. nu. 25. &
92 de forludicato qui f equiparatur mortuo

D. de Franch. dec. 639. n. 1. vbi dixi, & adduxi
multa, & an mulier, quæ litigat cum viro di-
catur virum inutile habere, ita vt ei cōpe-
tat fori electio Thor. in 2. p. compen. dec. ver.
electio fori fo. 171.

N. 41. ibi ¶ quod si maritus alicuius
est in carcere, & mulier, vt eum liberet
se obliget alicui & c. ¶
Adde quod sicut potest vxor se obligare qñ
vir est carceratus, ita etiam quando vir de
facili, & de proximo potest carcerari Surd.
conf. 367. n. 21. & 22. Rot. decis. 775. n. 4. p. 2.
recēt. Merlin. dec. 8. n. 19. post tract. de legitim.

N. 46. ¶ donatio inter virum, &
vxorem prohibita, quia tunc iuramen-
to firmaretur ¶

De prohibitione don. in. vi. & vxo. f & si iu-
ramento firmetur habes tit. integ. de don. in.
vir. & vxo. tractat latē Francisc. Mele filius
meus in annot. ad Arpon. soliloq. 1. & in cē-
tur. Altercat. iur. altercat. 18. per tot iuncta
cōcord. vbi ad materiam infinitos vtrobiq;
adducit, quibus adde Barbos. in l. quæ dotis
n. 92. sol. matr. fo. 347. Rol. de lucr. dot. in q.
... Ricc. coll. 799. Regulist. in ver. donatio in-
ter vi. & vxo. Gabr. cō. cōcl. 131. tit. de dō. in. vi.
et vxo. & quod nō solū intelligitur ista pro-
hibitio de donatione inter viuos, sed etiam
causa mortis secundū cōmunem de qua te-
statur Clar. S. donatio q. 9. in prin. Due. reg.
221. Meno. de arbitr. cas. 132. nu. 3. Viu. com.
opin. 209. n. 1. p. 1. nouiss. Visc. in suis conclus.
cōcl. incip. donatio nō presumitur facta in fi.
94 fo. 57. & donationē factam à viro f sorori
vxo. suæ nō valere cōsuluit Cast. cōf. 193.
vol. 2. quē citat, & sequitur Pascal. de vi. pa.
25 pot. p. 1. c. 4. n. 23. Valet tamē donatio f in.
vi. & vxo. si sumus in Magnatib. l. pen. C. de
don. in. vi. & vxo. vbi ne retractetur verbū
principis valet eiusmodi donatio Capib. de
Baro. prag. 8. p. 1. n. 170. fo. 225. Gail. lib. 2. ob-
ser. 38. in fi. vbi idem dicit de donatione fa-
cta à patre Principe suo filiofam.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

1. Conductor vetus non praeferendus nouo con-
ductori procedit in reb. priuatis, secus in
fiscalib. contrarium nu. 2. concordatur n. 3.
2. Conductor rerum fiscalium pro tempore pre-
terito, an possit cogi ad condu. indum in
C 2 futurum

futurum n. 8. & quid in *Vassallo*, qui con-
duxit introitus baronales n. 9.

5 Inuitus nemo cogitur emere, vel vendere,
& permanere in locatione regulariter.

6 L. cotem ferro §. qui maximos de pub. &
veft. habet locum tribus concurrentibus
additur quartum n. 7. & *Patauij* non ob-
seruatur n. 9.

10 Conductor an possit expelli si offerat quan-
tum alius nouus offert, & quid si sit me-
lior oblatio num. 11. & quid si fiat à Prin-
cipe, & suo procuratore, & quid si sit à
ministris ibid.

12 Offerens primo loco, an possit ob oblationem
pralationem pretendere.

13 Vniuersitas nō restituitur ob meliorem ob-
lationem superuenientem post possessionem
traditam.

14 Gabellarius, qui non soluit integram mer-
cedem anni precedentis non admittitur in
licitatione.

15 Licitator plus offerens, an admittatur con-
ductione durante, sed finita.

16 Princeps praefertur pro tanto pretio in
pascuis solitis locari per Baronem, & uni-
uersitatem quando habent defensas ultra
usum.

17 Princeps in hoc Regno dispensat pascua ani-
malibus, quae fidantur in Regia Dobana
apulia.

Scholaris praefertur pro eodem pretio in re
conducta.

18 Conductores fiscalium liberi sunt finito tem-
pore, & conductione. Idem e conuerso in
fisco.

19 Reconductio quando habet locum, an sine
scriptura probetur.

20 Hypoteca expressa in contractu locationis
censetur repetita in reconductione.

21 Reconductio pro quanto tempore censea-
tur facta distinguitur inter rustica, & ur-
bana praedia.

22 Lemptorem C. loca. non habet locum in con-
ductoribus fisci.

23 Conductores fiscales coram fisco sunt con-
ueniendi, quando causa ad afflictum perti-
nent, & de prerogatiuis istorum n. 26.

24 Conductores fiscales possunt exequutiue exi-
gere debita siue per se, siue per interposi-
tam personam, & quid in subaffiliatori-
bus n. 25.

27 Domus locata scholari, an possit alteri lo-
cari.

28 Scholaris non potest expelli à domo condu-
ctae etiam ob necessitatem locatoris super-
uenientem.

29 Subbassationes necessariae sunt in venden-
dis rebus fiscalibus, & etiam in locan-

dis, & plus offerenti liberantur.

AD DECIS. V.

Concluditur in hac decis. Cuius no-
uissimè meminit *Ricc. colle. 2519.*
7. p. ubi alias cumulat, & *Viscon.*
in add. ad dec. D. de Franchis 406.

1 quod vetus cōductor † nō est praeferendus
nouo conductori quando sumus in con-
ductoribus rerum priuatarum secus rerum
fiscalium in quibus habet locum praelatio.

2 Huic conclusioni contradicit *Ruginell.*
pract. q. c. 22. per tot. tamen vt ipsemet fate-
tur in contrarium est communis opinio.
Cui adharet *Fab. de anna conf. 77. nu. 2. D.*
Reg. de ponte conf. 23. n. 10. cum seq. Stephan.
Gratia. lib. 2. disp. foren. q. 357. per tot. Can-
tar. decis. 97. Sed illas † concordat *Marty.*

3 vot. 35. nu. 12. Tu adeas *Mastrill. dec. 309. 4.*
p. & nouissimè *D. Confil. Pascal. in tra. de*
vir. patr. pot. p. 4. c. 6. nu. 33. vsq. ad n. 35. Vi-
scen. in concl. qua incip. embiteuta nouus
Thor. in cōpen. dec. ver. cōductor. Marāt. conf.
96. Petr. ad Cap. dec. 36. in ver. qui habet ma-
iorē partē circa med. Affl. in rub. de iur. pro-
tomis. n. 2. fo. 5. Ricc. coll. 1725. circa fi. et coll.
2033. Nouar. coll. ad prag. 127. n. 10. fo. 183.
Capibl. in sing. incip. agri concessi, sed melius
sing. 96. incip. locare, ubi adducit D. Regem.
de Valenzuola conf. 75. alios adducit Viscon.
ad D. de Fran. decis. 406. qui vt dixi memi-
nit huius decisionis, Amen. in add. ad d. dec.
406. in prin. Affl. in decis. 238. latè Molin. de
contract. disput. 498. n. 6.

4 Sed quid è contra, an si res fiscales † non
inueniant conductorem, an possit compelli
conductor, qui pro praeterito tempore cō-
duxit ad conducendum? videtur quod non
ex illa vulg. regula generali, quod sicut ne-

5 mo † cogitur inuitus emere, vel vendere,
vt dixi inf. ad dec. 38. & ad D. de Franch. dec.
675. ex l. inuitum C. de con. emp. l. nec emere
C. de in. delib. et de d. regula est videre, apud
regulif. latè *Nouar. coll. ad prag. 28. Carabb.*
sing. 248. Capibl. sing. 182. & in pragm. 1. nu.
115. de Baron. Mastrill. dec. 280. ita nec lo-
care l. ne cui l. inuitus C. locat. ea ratione,
quia nemo inuitus cogitur permanere in
locatione Ludou. dec. perus. 106. n. 24. & 26.
in contrarium est tex. in l. cotem ferro. §. qui
maximos. Gutierrez. de Gabell. q. 140. num. 7.

6 Verum iste tex. intelligendus † est tribus
concurrentibus.

Primo quando pro proximo tempore
praeterito conduxerit.

Secundo quod maximè super lucratus sit.

Tertio quod pro futuro tpe cōductores

non

non reperiantur, alias reconducere non tenetur *l. licitatio §. 1. ff. de publ. et vectig. Bar. & DD. in d. §. qui maximos, & de istis tribus requisitis in Barone volente locare feudales introitus vide Capiblan. in prag. 1. nu. 162. de Baron.*

7 Tu adde quartum §. 3. rebus sic stantibus † & non mutatis de primo ad alium annum causa pestis, belli, vel alia iusta causa impediēte exactionem rerum fisci, quo etiam casu non erit cogendus conductor pro seq. anno *Rip. tra. de pest. tit. 1. n. 199. Peregr. de iur. fis. lib. 6. tit. 5. n. 5. Gutierrez. vbi sup. n. 8. Boer. decis. 249. quem refert Bellaeom. in com. opin. ver. conductores in tit. de vect. & commiss. tom. 1. com. opin. fo. 648. 2. col.*

8 Et quod fiscus possit veteres † conductores cogere ad fiscalia pradia reconducendū *Mising. cēt. 4. obser. 23. Quē refert Ricc. coll. 447. in fi. multos congerit Ann. conf. 77. n. 3*

9 Sed Patauī † non obseruari tex. in d. §. qui maximos testatur *Peregr. vbi sup. num. 6. neq; in Hispania dicit Gutierrez. loco cit. n. 9. Tu tamen non desinas videre Praesid. Ama. conf. 21. n. 11. vbi multa ad propositum reperies Meno. conf. 34. num. 13. Carocc. de loca. p. 3. tit. de locat. vectig. q. 17. 6. concl. n. 6. fo. 143. Ricc. collect. 922.*

Et de Vassallo, qui alios baronales introitus cōduxit superlucratus fuit pro quib. de futuro conductor non reperiretur, an possit cogi per baronem ad reconducēdos dictos introitus, quod sic *D. de Pont. de potest. proreg. tit. de regal. imposition. §. 8. nu. 14. Peregr. de iur. fis. tit. de cond. n. 6. alios nouissime adducit Nouar. in allegatio. post Ricc. 7. p. collect. 2793. ver. & ubicunq; & ad suprascripta circa conductores rerum fiscalium ultra Peregr. loco cit. & D. de Pont. vide alios cit. per Thor. adden. ad d. D. de Pont. sup. cit. d. n. 14.*

N. 8. ibi ¶ veteres conductores tantundem offerentes ¶

10 An conductor possit expelli † si offerat quantum alius. *Crau. conf. 107. Capy. dec. 87. Amend. ad D. de Franch. decis. 123. nu. 8. vide Affl. d. decis. 238. & ibi add. Ias. in l. vectigal. §. 2. ff. de pub. & vectig. & in l. qui Romae §. cobaredis nu. 28. ff. de ver. oblig. Bouadilla in sua polit. de correseor lib. 1. c. 4. n. 21. Molin. de contract. disp. 498. n. 6. et seq. Peregr. de iur. fis. lib. 6. tit. 5. n. 5. & vide Cauall. com. contra comm. q. 756. n. 61. & seq.*

11 Sed quid si sit melior oblatio † an possint reuocare locationes, & cōcessionēs dic quod non si à Principe fuerunt factæ, vel à suo procuratore immediatē *D. de Pont. cōf.*

§. 3. secus si à ministris, & an hoc casu is 12 qui primo obtulit † possit prætere dēre prelationem *Gutierrez. pract. qq. lib. 1. q. 38. n. 6. & de Gabell. q. 40. n. 10. Valenz. d. conf. 75. de quo videndus est Capibl. sing. 99. incip. locationes, vbi quod vniuersitas non restituitur* 13 † ob meliorem conditionem superuenientem post post possessionem traditam *Mastrill decis. 84. Mnsca. de appellat. glo. venditur n. 72. fo. 215. Ricc. collect. 1726. nā aliud cum fisco aliud cum vniuersitate, & minoribus l. & sine ff. de minor. Gutierrez. pract. qq. q. 38. lib. 1. Ricc. collect. 1726. Gutierrez de Gabell. vbi sup. q. 40. nu. 10. Masull. ad Capy. decis. 36. nu. 5. Bouadill. vbi sup. n. 20. vide Affl. dec. 340. & Guid. pap. dec. 536.*

Et in licitatione rerū vniuersitatis, quod 14 non admittatur † is qui non soluit integrā mercedem affectus anni præcedentis est *prag. 1. §. 8. de adm. rer. vniuers. vbi Rouit.*

15 Sed quando admittitur licitator † plus offerens, an admittatur conductione durante, quod non *Peregr. de iur. fis. tit. 5. n. 5. glo. in l. si tempora C. de fid. instr. per tex. in l. fin. C. de loca. prad. Ciuil lib. 11. qui tex. intelligitur finita illa conductione, vt ibi per eūd. Gutierrez de Gabell. q. 140. n. 1. & 3.*

16 Suprascriptis autem de prelatione † pro tātō prætio adde quod Princeps præfertur per tātō pretio in pascuis solitis locari per Baronē, & vniuersitatem quando habet defensas ultra vsum, qui Princeps postea dispēsat pro animalib. quæ fidantur in Reg. Dohanę menepecudum Apulię, vt per *Capibl. prag. 1. n. 16. de Baron. & Scholares, & DD. præferuntur pro eodem prætio in re condu. & glo. in c. 1. & ibi D. de locat. & inf. n. 27.*

N. 14. ibi ¶ finito tempore habet locum tacita reconductio. ¶

18 Finito tempore † & conductione fiscalium conductores liberi sunt, & in eis non habet locum tacita reconductio *l. non intelliguntur §. eum qui nimium ff. de iur. fis.* tamen secus est in priuatis per tex. hic allegatum in *l. item quaritur §. qui impleto ff. loca.* ergo idem dicendum est è conuerso in fisco ex vi correlationis per ea, quæ latius congerit *Euerar. in sua cētur. leg. Guttier. vbi sup. n. 4.*

19 In casib. autē † in quib. habet locū reconductio, an. sine scriptura proberetur *Rou. prag. 1. de loca. nu. 11. & an hypotheca † expressa in cōtractu locationis censeatur repetita in recōductione Barbat. de assist. gl. 12*

20 *nu. 70. & pro quanto tēpore † cēleatur facta recōductio ibi n. 71. quod de anno in annū quoad rustica pradia, secus quoad vrbana Cornaz. dec. 77. n. 4. Affl. dec. 365. n. 5. Gratian. dec. 119. n. 1. C 3 N. 15.*

N. 15. ibi ¶ in priuatis successor non tenetur stare colono secus in conductoribus filci ¶

- 22 Regula l. emptorem C. loca † de qua vide nonnulla apud Consil. Rouit. & D. per eum cit. prag. 1. de loca, & conduct. nu. 21. & seq. ideo non habet locum in conductoribus fisci ne alios expulso conductore venditor fiscus ad interesse teneatur Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. p. 3. nu. 68. vers. infertur decimo Couar. var. resol. lib. 2. c. 15. nu. 5. Barbof. in l. filio fam. §. fin. num. 38. vbi multos cumulat & declarat qua ratione id ratione id sancitum fo. 313.

N. 15. ibi ¶ quia conductores fiscales habent proprios iudices ¶

- 23 Conductores fiscales † coram fisco conueniendos habetur in l. 3. c. seq. C. de Castr. & mil. & l. 2. C. de sua. lib. 11. quod intellige quoties causa ad afflictum pertineant Perreg. de iur. fis. tit. de conductor. nu. 15. & pos. sunt † exigere exequutiue debita, siue per se, siue per interpositam personam, quia cognitio potest de iure concedi in propria causa contra transgressorem l. non est singularis ff. de reg. iur. c. 1. de pen. in 6. Capibl. sing. 25. quod incip. conductores, vbi quod
- 24 sub afflictatores † non habent has prerogatiuas l. vn. C. qui mun. excus. lib. 10. nisi aliud fuerit in primo instrumento conuentum D. Reg. de pont. in tract. de potest. proreg. tit. de regalib. imposit. §. 8. num. 18. & de
- 26 exequendo † fisci debitores, & prerogatiuis afflictatorum idem Capibl. prag. 16. de Baron. uum. 82. fo. 425. vbi multos cumulat.

N. 22. ibi ¶ nisi in conductore fisci & scholarium ¶

- 27 De hoc an domus locata † scholari possit alteri locari vide Duen. reg. 213. in 3. ampliat. Rom. conf. 22. Boer. decis. 406. num. 2. &
- 28 quod scholaris non potest expelli † a domo conducta etiam ob necessitatem locatori superuenientem ex multis probat Pasc. de vir. pa. potest. p. 4. c. 6. nu. 22.

N. 22. ibi ¶ Sed respectu scholarium hoc male seruatur in Ciuitate nostra Neapol. ¶

Quid seruetur in Ciuitate Neap. fin Scholariibus, & meretricibus dicam inf. latè in decis. 56.

N. 26. ibi ¶ quod Reg. Cam. plus offerenti liberat gabellas ¶

- 29 In vendendis rebus fiscalibus † necessa-

rias esse subhastationes dicit glo. in l. loca. C. de loca. prad. ciu. lib. 12. quod etiam locum habet in locandis rebus fiscalibus siue ad modicum tempus Oza. decis. 109. Escobar. de ratiocin. c. 16. num. 3. Auend. de exeq. mād. cap. 12. p. 2. refert Cabibl. sing. 175. incip. subhastationes Musca. de appellat. gla. venduntur num. 46. & seq. & nu. 56. & seq. & quod bona fisci subhastantur, & plus offerenti liberantur Mart. decis. 28. p. 2. quem adducit Ricc. collect. 447. de qua subhastatione videtur. est tract. de subhast. post Negus. alligatus c. 3. num. 33. vbi in specie tractat, an subhastatio requiratur in locazione fiscalium rerum.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Veteri emphiteuta, & eius her. an teneatur dominus facere renouationem finita emphiteusi, & quid in Ecclesia.
- 2 Renouare an possit cogi pralatus ex pacto expresso, vel promissione precedente, vel existente consuetudine nu. 3.
- 4 Possessor vitimus nullam habet actionem ad renouationem petendam.
- 5 Emphiteusis nunquam finiretur si Ecclesia cogeretur renouare.
- 6 Opin. contraria super eiusmodi renouatione facienda, vel non conciliantur.
- 7 Opin. Bar. super hoc communiter recepta, & an habeat locum in bonis realis patrimonij n. 8.
- 9 Concessio facienda per Monasterium quomodo facienda, & de sollempnitatibus requisitis.
- 10 Concessio ad perpetuam emphiteusim, & ad perpetuum censum, an differant.
- 11 Concessio in emphiteusim, & submissio in emphiteusim quomodo differant.
- 12 Sollemnitates requisita in concessione, an requirantur in renuntiatione.
- 13 Libere verbum quod importet.
- 14 LL. Ciuiles loquentes de emphiteusi, an habeant locum in emph. Ecclesiast.
- 15 Emphiteuta si finito tempore negat restituere dicitur spoliare.
- 16 Emphiteusis quibus modis finitur.
- 17 Emphiteuta. ut possit expelli a re emphiteutica ob deteriorationem, qua deterioratio requiratur.
- 18 Arboris incidens dicitur male versari in re conducta siue emphiteutica n. 20.

19 Ar.

- 19 *Arbores præscindere, & domus destruere paria sunt.*
- 21 *Arbores alias si fuerint substituta in locum casarum non dicitur deterio ratio.*
- 21 *Oliuetum præscindens, ut plantet vineam, an dicitur deteriorare, & quid è contra si quis plantat oliuas in vineis, ut in nostris partibus nu. 23.*
- 24 *Emphiteuta si non meliorauit neq; deteriorauit, an possit expelli, & quid si meliorauit, & deteriorauit n. 25.*
- 26 *Feudarius, an patiatur penas emphiteuta.*
- 27 *Dominus an possit propria auctoritate expellere emphiteutã in casibus à iure permissis, vel requiratur iudicis sententia, et quid in conductore n. 28.*
- 29 *Emphiteuta ob canonem non solum sine sententia non expellitur, & quid si deficiat in parte nu. 30. & quid si emphiteuta alienat partem rei, & irrequisito domino quando cadat à iure suo.*
- 31 *Conductor vectigalium si non soluit, an possit ei locatio auferri. Quid in heredibus conductoris.*
- 32 *Conductorem quibus casibus locator possit expellere ante finitum tempus remis. & conductor quibus casibus possit discedere.*
- 33 *Emphiteuta, an possit expelli si propriarius eget re emphiteutica pro usu suo.*
- 34 *Prelati male faciunt, qui concesserunt res steriles, & quando vident melioratas vindicant.*
- 35 *Locatio efficitur perpetua quando fundus erat sterilis, & redditus est pretiosior, Colonus qui habet relinquere fundum non potest illum ex fructuare.*
- 36 *Emphyteuta heres potest reintegrã petere renouationem secus quando alius est inuistitus.*
- 37 *Renouationem petens an sit necesse, ut sit heres ultimi possessoris, vel sufficiat, quod sit de sanguine, & agnatus.*
- 38 *Renouatio infra quantum tempus debeat peti rei emphiteutica, & infra quantum rei feudali n. 39.*
- 40 *Renouationem petendi actio durat spatio 30. annorum, & an idem in feudo quod in emphiteusi n. 41.*
- 42 *Meliorationes allegare quando petitur renouatio proficuum est, & quare.*
- 43 *Iudex debet cogere dominum ad renouandũ quando allegantur meliorationes etiam si Ecclesia sit domina.*
- 44 *Conductor faciens expensas necessarias, & utiles non potest expelli.*
- 45 *Conductor negando restituere rem conductam dicitur spoliare, secus quando fecit meliorationes.*

- 46 *Emphiteuta recuperat meliorationes à directo Domino, & quas expensas n. 48.*
- 47 *Emphiteuta incidens in commissum quas expen. & melioramenta amittat remiss.*

AD DECIS. VI.

IN præced. decis. fuit dubitatum, an vetus conductor priuatarum rerum, & fiscalium nouo conductori præferendus esset. In præsentī, de qua meminit nouissimè *Ricc. collect. 2520. §. p. Mari ad Gramat. decis. 93.* agitur de prælatione veteris emphiteutæ suæ eius heredum nouo concessionario finita emphiteusi, & an teneatur dominus facere renouationem absq; iniuria veteris emphiteutæ, & quod teneatur dominus èt eccles. renouationem facere finita emphiteusi; vel caducata, generationis defectu ante decis. istã latè probauit *Clar. in §. emphiteusis q. 43. ex opin. Bar. in l. 1. §. permittitur ff. de aq. pluui. amplexata à Ioseph Ludo. decis. Lucen. 63. Boer. decis. 107. & ab alijs cumulatis per Ric. collect. 76. et 2129. & Gratia, discep. forens. 357. num. 25. tom. 1. Zerola in prax. episc. ver. ius congrui in prin. p. 1. quos a. ducit Thbor. in compend. dec. Regn. ver. emphiteuta, an finita concessione fo. 178. vide eundem Thbor. ver. renouatio fo. 468. Missing. obser. 23. cent. 4. Cartar. decis. 97. Nouar. coll. ad prag. collect. 127. nu. 10. quam opin. communem testatur Gozodin. & in Ecclesiastica emphiteusi procedere prout est casus præsentis decis. conf. 86. nu. 24. Clar. ubi sup. ver. sed quæro nunquid hæc Concl. Palasio in tra. de benef. vacan. in Cur. §. 11. col. 5. Thob. non conf. 3. num. 4. Staph. de liter. grat. fo. 146. Ant. Gabr. lib. 3. de iur. emph. concl. prima lim. 3. ver. contrarium nu. 13. & rursus ampliatione §. nu. 3. Det. conf. 38. & 131. cum alijs cumulatis per Caldas Peyera de renouat. emph. lib. 1. q. 8. nu. 5. quibus addo Caputaq. decis. 304. Molin. qui integram disputationem expendit super articulo præsentis decis. disput. 484. fo. 619. ubi materiam istam dilucidat. & vide D. de Franch. decis. 123.*

Verum contra istam decis. non modo vrgent adducta per D. Gizzarell. hic, sed multa alia iura.

- Primo tex. in §. quod autem in fin. col. 2. Auth. de non alien. ubi etiam ex pacto expresso † & promissione præcedente de renouando prælatus non potest astringi ad renouationem faciendam, quantò minus absq; vilo pacto, & promissione? & quod non astringitur prælatus eo pacto Gama. decis. Lusitan. 326. num. 6. Gratia, optime disceptat.*

ceptat. forens. 88. p. 1. n. 10. vbi sustinet quod non modo non operatur pactum, sed neq; consuetudo *idem Gratian. ibi nu. 14.* qui omnino videntur *ibi nu. 14.* & in tota illa disputatione, vbi accuratè tractat materiam istam renouationis. Verum de diuersitate pacti de renouando ab ipsa renouatione. Vide *Ricc. collect. 3045. 7. p.*

- 3 Secundo *tex. in c. ad aures † de reb. eccl. nō alienan.* vbi probatur aperte inuitum prælaturum cogi non posse ad renouandum finitatem emphiteusim.

Tertio *Nonell. 7. cap. 4.* in illis verbis (nā & illam passionem &c.

- 4 Quarto quia heredes vltimi possessoris † nullam habent actionem ad petendam renouationem carent .n. actione, stante, quod in vltimo possessore ius est extinctū, ita vt nullus ius post mortem vltimi emphiteutæ saluum remaneat hæredi arg. l. *uxor patris C. de lega. & l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. cum alijs alleg. per Peyera vbi sup. n. 6. vsq; ad num. 8.* apud quem latius de prædictis, & alijs opin. Bar. aduersantibus, ob quos *Franc. de Sarmiento. Select. interpret. c. 7. nu. 2. & alijs D. etiam ex præcatis, qui sequuti sunt Bar.* in contrariam iurare sententiam, quam veriore, communioremq; testati sunt pro qua *Gama. decis. 41. nu. 6. & decis. 326.*

- 5 Quinto quia nunquam finiretur temporalis emphiteusis † si Ecclesia cogeretur renouare, vt perpendit *idem Peyera ibi nu. 17. ver. sed nihilominus.*

- 6 Has ad inuicem inter se pugnantibus opiniones conati sunt † aliqui concordare sic, vt opinio Bart. procedat quando Ecclesia finita emphiteusi vellet extraneo concedere, contraria vero quando vellet pro se Ecclesia retinere, quia æquius est proximiores præferri extraneis *Gratia. d. discip. 88. n. 24.* vbi ampliat ad feminas non obstante, quod inuestituræ sint factæ pro masculis, vt debeant admitti ad petendam renouationem quamuis in inuestitura non sint comprehensæ, & de supradicta concordia vide *Gabriel. lib. 5. de iur. empb. concl. 1. n. 14. lim. 4. & alios citat. per Peyer. vbi sup. num. 16. & 17. quibus addo Caputaq. decis. 313.* licet contrarium testetur decisum ibi *Peyera nu. 21. de quo latius n. 22.* Quicquid tamen dicantur
- 7 D. non recedendum ab opinione Bart. † communiter recepta, & Canonizata in. S. C. vt testatur D. *Gizzarell. hic* à qua nec etiā discedit *Peyera loco cit.*

- 8 Quæ opin. † an habeat locum in bonis realibus patrimonij, & in bonis feudalibus, quod sic *Peyera d. q. 8. n. 3.*

N. 2. ibi ¶ in causa concessionis in emphiteusim factæ quarundam domorum per Monasterium ¶

- 9 Concessio faciendā † per Monasterium quomodo fieri debeat, an capitulariter, & an requiratur assensus apostolicus *Tbor. in ver. emphiteuta Ecclesia fo. 179. latè Molfes. conf. 44. tom. 2.* & de sollempnitatibus requisitis in concessione *ad tex. in c. sine exceptione 12. q. 2. & in Auth. hoc ius porrectum C. de sacros. Eccles.* & an differat concessio † ad perpetuam emphiteusim, & concessio ad perpetuum censum vide *Ricc. decis. 58. fo. 57. & quomodo differat concessio † in emphiteusim à submissione in emphiteusim. Rouit. nouissime conf. 24. cent. prima dixi ad D. de Franch. decis. 61.*
- 12 Et an sollempnitates † requisitæ in concessione requirantur in renuntiatione *Caldas Peyera lib. 1. q. 14. de renouat. per tot.*

N. 4. ibi ¶ verbum liberè ¶

- 13 Verbum istud libere † iuxta materiam nostram quid importet *Caldas Peyera d. lib. 1. q. 14. in prin. & q. 8. num. 11. & seq. Plot. in l. si quando §. 2. num. 28. fo. mibi 14. latissimè de ista dictione, & de pluribus significationibus illius vide. Canedo. sing. 58. fo. 478. post questio. Canon.*

N. 5. ibi ¶ legibus ciuilibus nisi sine expressè à canone approbatæ ¶

- 14 Leges ciuiles † loquentes de emphiteusi an habeant locum in emphiteusi Ecclesia. *Clar. in §. emphiteusis q. 48.*

N. 6. ibi ¶ finito tempore poterat Monasterium propria autoritate emphiteutam expellere ¶

- 15 Adde quod emphiteuta † si finito tempore negat restituere dicitur expoliare. *Barbos. in l. si aliena n. 32. fol. matr. fol. 81.*

N. 9. ibi ¶ malè versatus in re conducta ¶

- 16 Emphiteusis † tribus modis finitur primo propter commissum, secundo propter finitam generationem. Tertio culpa emphiteutæ, qui malè versatus sit in re emphiteutica, vel alienauit irrequisito Domino, vel cessauit à solutione Canonis per tempus à l. præscriptum *Caldas Peyera lib. 1. q. 8. Ioseph Ludou. decis. Perus. 22. n. 15.* & quando vltimo loco finitur emphiteusis renouatio denegatur, siue culpa sit emphiteutæ, siue successoris. *Idem Peyera d. lib. 1. q. 9. nu. 4. cum multis seq.* & culpa emphiteutæ finitur quam

- emphiteusis, quādo dicitur quis malè versatus in illa, & quādo deteriorauit rē emphiteuticā, vt subiungit hic *D. Gizzarell.* quo casu potest emphiteuta expelli à re emphiteutica siue priuata, siue Ecclesiæ, quod optimè declarat *Ioseph. Ludo. d. decis. 22. & 94. per tot.* ad enucleationem *tex. in auth. qui rem C. de sacros. Eccl. Villalob. com. opin. ver. emphiteuta priuari*, & in conductore idem dicit *Viscon. in conclus. incip. Conductor in fin.* & quā deterioratio † requiratur, vt possit emphiteuta expelli *Ludo. d. decis. 22. num. 3. & 17. Pascal. de virib. patr. potest. p. 4. c. 5. nu. 50. & seq. vbi latè de tribus requisitis, quæ copulatiuè requiruntur ad hoc, vt emphiteuta expelli possit ob deteriorationem, quæ etiam sequitur Viscon. in concl. emphiteuta per incisionem*, vbi multas cumulat decisiones quas non refero *Meno. vbi supra*. Et quando adest considerabilis deterioratio, quæ iudicis arbitrio remittitur. *Secundum Meno. de arbitr. cas. 78. & loco cit.* quod potest expelli emphiteuta, siue deterioratio successit facto proprio, siue alieno *Barz. decis. 17. n. 11.*
- 18 Et quod malè versatur † in re conducta quando conductor, siue emphiteuta incidit arbores fructiferas ex multis probat *Pascal. vbi sup. num. 46. Viscon. in d. concl. emphiteuta per incisionem Molin. de contract. 19 disp. 457.* vbi quod arbores † scindere, & domus destruere paria esse probat *nu. 4. fo. 535.* ex arborum .n. incisione † fundum reddi deteriore quis dubitat? *Morot. cōf. 38.* probatur in *l. æquissimum § usufructuarius ff. de usufr.* Ideo secundum vnā opin. incidens arbores in fundo emphiteutico ab illo potest expelli licet nonnulli contradicant, vt per *Barbos in l. diuortio §. si fundū num. 15. vsq. ad n. 17.* vbi in affirmatiuā inclinare videtur, *Gratian. decis. 174.* Tu videas omninò nouissimè *Medi. decis. Senen. 46. & 47. & decis. 90.* vbi multa circa prædicta, & quod non dicatur deterioratio † si in locum arborum celsarum alias emphiteutæ substituant per quam subrogationē, quia deterioratio cessat, cessat etiam amissio iuris propter deteriorationem incurſa *l. in fraudem §. si conductor ff. de iur. fis. à contrario sensu Ioseph. Ludo. d. decis. 94. nu. 13. Viscon. & Pasma. vbi sup. num. 15. Gam. decis. 147. Valas. consultat. 30. num. 7. cum alijs per Barbos. cit. vbi sup. num. 18. ver. sunt tamen prædicta.*
- 19 Et de eo qui † præscindit oliuetum, vt plantet vineam, an dicatur deteriorare *Molin. d. disput. 457. n. 2.* & quod non dicitur † deteriorare, imò meliorare is, qui in vineis

plantat oliuas, vt fit in his partibus nostris, quia melioris redditus esse oliuas vineis non est, qui dubitet.

- 24 Quid si emphiteuta † neq; meliorauit neq; deteriorauit fundum? *vide tex. in l. qui agros C. de omn. agr. desert. lib. 12.* de quo per *Capibl. sing. 4. quod incip. Agri concessi, & Garz. de expen. c. 15. nu. 8.* Et de emphiteuta non colente fundum, quod non possit expelli *Barbos. in l. si mora nu. 91. solut. matr. fo. 41. vide Gratia. decis. 174. num. 3.* & quod possit expelli ob debitas culturas non factas *Capibl. sing. 15.* & de eo quod nō purgavit fossum. *Viscon. d. concl. conductor.* Et
- 25 quid si † meliorauit, & deteriorauit, an melioramenta compensanda sint cum deteriorationē ad euitandam caducitatem? quod non *Giacob. ad clar. in §. emphiteusis q. 45.*
- 26 Et an quod dicimus † de emphiteuta procedat in feudatario, qui malè versatur in re feudali *Molin. d. disput. 457. nu. 1.*
- 27 Sed an dominus † in supradictis casibus possit propterea autoritate expellere emphiteutam, & propria autoritate ingredi rem deuolutam. *Clar. in §. emphiteusis q. 10. Anna sing. 151. Meno de recup. poss. rem. med. 1. num. 28. Misfing. centur. 3. obser. 65. Affl. & Vrsill. decis. 97. & alij quos refert Petr. ad Gram. decis. 49. nu. 12. vbi remiss. ad Viu. decis. 308.* quid in conductore, colono, & inquilino, vel requiratur iudicis sententia *Castro. in d. auth. qui rem §. si. n. 120. Gratia. d. decis. 174. Idem Gratia. discep. forens. 19. num. 1 §. p. 1. Meno. de adipiscen. rem. 5. n. 87. Caualecan. de usufr. mulier. relicti. in re pert. ver. proprietarius, & in ver. bares proprietatis.*
- 28 Bene verum est, quod conductor † ob non solutionem potest propria autoritate expelli *secundum Carocc. de loca. tit. de recusat. q. 14. num. 16.* quem refert *Pascal. vbi sup. num. 61.* licet ipse dicat, quod tutius sit iudiciariam implorare autoritatem. Tu vide omninò *Thor. in compen. decis. in ver. emphiteuta si fuerit propria autoritate. Ric. decis. 133. num. 1 p. 1. & collect. 1804.* Verum quod conductor ad simplicem petitionem Domini expellitur, & si est conductor domus clauditur domus *Petr. ad Gram. decis. 58. n. 10. & D. per eum cit.*
- 29 Et quod sine sententia ob canonem † non solum emphiteuta non expellatur *Mastrill. decis. 193. Corbul. tra. de iure emph. tit. de caus. priuat. ob deterioration. nu. 18. & seq. Pascal. vbi sup. faciunt tradita per Gor. xal. reg. 8. Cancell. glo. 56. num. 126. limit. 2. cum tex. per eum alleg. per quo etiam per Gratian.*

Gratian. d. decis. 174. Ricc. collect. 1704. & 1515. Viscon. d. conclus. conductor, quamvis ob non solutionem canonis cadat ipso iure Clar. d. S. emphiteusis q. 9. & quid si emphiteuta deficiat non in totum ꝛ a solutione, sed in parte, vide Bursat. conf. 429. Benint. decis. 6. clar. d. S. emphiteusis q. 8. Anna. alleg. 3. n. 4. Affl. & Vrsill. decis. 107. & 153. Petr. ad Gram. decis. 49. nu. 1. vbi quod incidat in commissum ad quod alios adducit, ponendo limitationem nisi emphiteuta sit minor ex DD. per eum cit. & ibi num. 2. de emphiteuta, qui credens totam rem emphiteuticam cum tamen non erat si soluit canonem pro tota, an sibi præiudicet. Et quid si emphiteuta alienat partem rei vide Thor. in compend. in ver. emphiteuta a tenans partem. & de emphiteuta alienante irrequisito domino quando cadat a iure suo latè Petr. d. decis. 49. nu. 7. & seq.

31 Et in conductore ꝛ vectigalium si non soluit, an possit ei locatio auferri videndus est Gutierrez. tra. de Gabell. q. 139. & videtex in l. vectigalia S. nondum solutis ff. de publ. & vect. Guid. pap. decis. 3. Cappy. decis. 148. quorum meminit nonissimè Petr. ad Gram. decis. 58. num. 13. nulla facta mentione de Gutierrez. & quid in heredibus, vide Cacharan. d. decis. 132. Misfing. cent. 3. obser. 65. Meno. de recup. remed. 1. nu. 28. Gabriel. cōm. concl. lib. 7. de Malef. concl. 35. Petr. ad d. Gram. decis. 49. nu. 13. in fin.

32 Casus autem ꝛ in quibus locator ꝛ potest conductorem expellere ante finitum tempus recenset Molin. de contract. disput. 499. & vide nonnullos apud Petr. vbi sup. nu. 8. & seq. & nouissimè Medices examin. 28. omni no videndus.

Et è contra sunt aliqui casus, in quibus conductor migrans a re conducta sine culpa sua puta timore malignorum spirituum non tenetur ad pensionem l. habitatores ff. loca. Cagno. in l. contractus nu. 55. ff. de regul. iur. latè Couar. pract. q. c. 39. num. 1. & lib. 4. var. resol. c. 6. sicuti recedens timore pestis l. de etate ff. ad Trebell. Petr. ad Gram. decis. 58. num. 11. D. Rouit. pragmat. 1. de loca. num. 27.

N. 11. ibi ¶ inolebant pro eorum vsu, sed vt ipsi alijs concederent ¶

33 Proprietarius ꝛ si eget re emphiteutica pro vsu proprio, an possit emphiteutam expellere Valaf. de iur. emph. q. 22. cum seq. & quod dominus directus possit petere prelationem pro se, & vtilitate propria secus pro amico, quia non potest D. de Franch. decis. 226. & quid in locatore pro

vsu proprio Pascal. vbi sup. num. 10.

N. 16. ibi ¶ iniustum est enim labores nostros ab alijs possideri ¶

Adde Rip. in tract. de remed. contr. pest. remed. 262. Caldas Peyera vbi sup. nu. 16. Hinc dixit Bal. quod male faciunt ꝛ illi prælati, qui concesserunt res steriles, & postquam videt illas melioratas, vt viridaria, illas que runt vindicare in l. pen. C. de solut. Add. ad Affl. decis. 129. & D. de Franch. decis. 561. in fin. vbi dixi. Sicuti etiam male faciunt Barones circa hoc idem facientes, vt per Capibl. sing. 4. & melius sing. 72. incip. fundus omnino videndus, faciunt dicta per Caldas vbi sup. lib. 1. q. 8. num. 18. & propterea dicendum, quod locator ꝛ ad tempus, qui reddit fundum sterilem præciosiorem, & fructuosiorem, quod illa locatio ad tempus efficiatur perpetua Pascal. in tract. de virib. patr. potest. p. . . . & quod debet in conductione præferri Amen. ad de Franch. decis. 154. num. 8. vbi num. seq. alia reperies circa prædicta.

Sed si colonus habet relinquere fundum non potest in præiudicium noui coloni ex fructuare fundum. Ludo. decis. Perus. 62. cum alijs cit. per Amen. ad D. de Franch. decis. 96. num. 1.

N. 17. ibi ¶ reintegra ¶

Adde Clar. in S. emphiteusis q. 43. vers. sed pone post finitam. vbi loquendo in herede emphiteutz dicit, quod potest ꝛ reintegra petere renouationem, secus postquam alius extraneus inuestitus fuit per conf. Rom. 30. & communem dicit Gozad. conf. 71. nu. 1. & ratio est in promptu, quia inuestito extraneo ius quæsitum est.

N. 18. ¶ si concessio fieret alicui ex agnatis etiam quod non essent descendentes primi inuestiti ¶

37 Renouationem ꝛ petens, an sic necesse, quod sic heres vltimi possessoris, vel sufficiat, quod sit de genere sanguine, & agnatione primi acquirentis, & de alijs quætionibus concurrentibus istam materiam, vide ad Saturitatem Caldoi de Peyera lib. 1. q. 9. num. 16. & seq. vsq. in fin. & q. seq. vsq. in fi. d. primo lib. Valaf. decis. 103. Clar. in S. emphiteusis q. 38. & 43. D. de Franch. decis. 123. nu. 3. Nouar. ad pragmat. collect. 127. nu. 6. Ricc. collect. 1053. ver. in alien. col. 1. fo. 249. p. & quid si esset femina Seraph. dec. 610. nu. 1. & 6. & quid in emphiteusi Ecclesiæ idem Seraph. dec. 1487. nu. 2.

N. 18.

N. 18. ibi ¶ quia tunc durat anno hæc facultas ¶

- 38 De hoc tempore anni infra † quem debet peti renouatio *Clar. d. 5. emphiteusis q. 4. 3. ver. Seraph. dec. 610. nu. 7. & 9. quoniam & an minui, & coharctari possit pacto initio concessionis per dominum adiecto latè Caldas peyera. d. lib. 1. q. 11. ferè per tot. Ludou. d. decis. Lucens 63. Gama. dec. Lusit. 117. Viu. decis. 446. & de renouatione † inuestituræ feudalis petendæ inf. annum Ricc. coll. 2150.*

- 40 Quando autem actio petendi † renouationem duret spatio 30. annorum, quod annuit sup. *D. Gizzarell. n. 17. vide dec. Lips. per Thoming. 52. cita. per Caldas Peyera loco cit. Gama. Ioseph. Ludou. & Viu. locis antè cit. Tesaur. decis. 23.* Sed quia decisiones sunt inuicem pugnantès adeas *Ricc. collect. 2129*
41 ubi etiam an † idem in feudo, quod in emphiteusi, & an renouatio possit peti per curatorem *Ricc. collect. 2735. 7. p.*

N. 18 ibi ¶ adesse meliorationes factas per prædictos Cannauales ¶

- Nimis proficuum est in hac materia meliorationes † allegare, adeò .n. profunt ad renouationem petendam, vt cogatur dominus renouare saltem ex æquitate, vt sup. per *D. Gizzarell. num. 16. & habetur per Garfia. in tra. de expen. & melioratio c. 18. n. 8. Valaf. de iur. emph. q. 1. nu. 20. ad fin. & q. 2. nu. 7. Marzar conf. 15. col. fin. Barsa. conf. 24. num. 8. vol. 1. & propter meliorationes*
43 factas debet † iudex cogere dominum ad renouandum sequendo opinionem istam, æquam, quæ fauet agnatis *Affl. lib. 3. feudo. cap. si contigerit. an agnat. vel fil. n. 10.* etiam si domina sit Ecclesia *Caldas Peyera. qui restatur, ita seruari per Tribunalia Lusitaniæ lib. 2. q. 23. num. . . & circa prædicta videndus est Ricc. collect. 2128 Clar. in d. 5. emphiteusis q. 45. ubi adden. & quod conductor † faciens expensas necessarias, & viles non possit expelli vide Viscon. in d. concl. conductor qui expensas. Hinc est quod licet conductor † negando restituere rem locatam dicatur expoliare, secus tamen est quando fecit meliorationes. Viscon. in concl. incip. conductor negando, & de meliorationibus*
46 † factis ab emphiteuta recuperandis à directo domino vide *Ricc. collect. 2128. 6. p. & an amittat illas si cecidit ab emphiteusi culpa sua Seraph. dec. 546. num. 1. secus quando non adest culpa idem dec. 1496. nisi adsit pactum in contrarium, vt ibi.*

- 47 Quæ autem melioramenta † amittat

emphiteuta incidens in commissum optimè explicat *Molin. de contra. disput. 455. & disput. 462. & seq. quas verò expensas possit emphiteuta petere à proprietario Molin. d. disput. 456. de contract.*

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Decisionis huius meminerunt multi.
- 2 Hares cum benef. l. & inuentarij, an possit offerre bona hereditaria creditoribus insoluto, vel ea cogatur vendere, & soluere, in pecunia quando hereditas est opulenta, & num. 4.
- 3 Creditores non tenentur accipere bona insoluto ab herede. Et debitor, an admittatur ad beneficium Auth. hoc nisi C. de solut. quando viget penuria pecunie, & n. 8.
- 5 Hares rei feudalis, an possit cogi ad illam vendendam, vt satis fiat creditoribus, & legatarijs non habent. assensum, et renuente venditore, an possit carcerari, & an sequestrari iurisdiclio n. 6.
- 7 Hares simpliciter, an possit carcerari vigore instrumenti censualis.
- 8 Creditor vt possit cogi capere insoluto bona sui debitoris iux. d. Auth. hoc nisi, quæ requirantur.
- 9 S. Et si præfatam l. fin. C. de iu. delib. intellectus traditus à multis.
- 10 Creditores non tenentur inuiti accipere bona insoluto ab herede cum beneficio l. & inuentarij, sed eis sunt tradenda vendenda, vel pretium soluendum si heres non patiatur damnum, & hereditas sit soluendo, & qua concurrere debent.
- 11 Decis. Gram. 93. impugnatur à multis, & non est decisio S. C. n. 12. unde ab ea cauendum nu. 13.
- 14 L. cum à matre C. de rei vend. sensus apud quos tractatur.
- 15 Hares quando teneatur habere ratum factum defuncti.
- 16 Hares cum benef. l. & inuentarij, an sit proprie heres pro, & contra.
- 17 Differentia inter heredem simpliciter, & her. cum benef. l. & inuen.
- 18 Pragm. de cessib. mandat. vt exequatur contra heredes illius, qui vendidit annum censum. Si tamen sunt heredes simpliciter secus si cum benef. l. & inuen. & qua præcis seruetur contra heredes.

19 Hares

- 19 *Hæres vendentis annum censum condemnatur ad correspondendum singulis annis in futurum, & quem affectum ista prouisio producat.*

AD DECIS. VII.

- H** Vius decision. meminit *Flavius Amend. in add. ad dec. D. de Fräcb. 83. circa prin. cuius* meminit, etiā nouissime *Gallupp. in sua recenti prax. S.C.p. 3. c. 3. n. 42. & Thor. in compend. decis. Reg. in ver. hæres an possit bona hereditaria fo. 256. Viscon. in addit. ad D. de Fräcb. decis. 81. ver. & in puncto in fin.*

- Circa cuius articulum, an hæres cum beneficio l. & inuentarij † possit offerre bona hæreditaria creditoribus in solutum, vel ea cogatur vendere, & soluere in pecunia, præfertim quando hæreditas est opulenta *Nouar. in auth. hoc nisi p. 2. q. 23. Gratia. dec. 141 vide Morot. conf. 13. Surd. decis. 30. & 318. quem cum alijs multis adducunt Amend. et Viscon. in add. ad d. dec. 83. quib. adde Amat. decis. March. 91. Pasal. de vir. patr. pot. p. 2. c. 9. num. 78. fo. 345. qui in fin. d. c. ponit allegationes pro Comite loreti quibus conatur probare, quod ob insolitam † & maximam pecuniæ deficientiam, quæ viget in hoc Regno, & hodie, vt cum maxime non obstante contractu iurato debitor possit admitti ad beneficium dictæ Auth. quas allegationes subscribunt *Fran. Viu. Alexan. Trentacinq. & Hipp. Vann. Dominus meus vir eminentissime doctrinæ, qui dum ego practicabam in Tribunalibus Neap. erat Aduocatus Ducis Urbini, sed quid fuerit decisum in dicta causa Comitis Loreti vide Consiliar. Rouit. conf. 18. & in materia eundem conf. 78. quorum nouissime meminit Thor. in 2. p. Compen. decis. Regn. ver. Creditores pecuniarij fol. 123 quem ibi vide in seq. vers. Creditores hæreditarij, vbi de hac decis. contra quam modernis tēporibus iudicari testatur Rouit. d. cōf. 18. & ad principalem † articulum huius decis. vide quoque**
- 4 *Nouar in comment. ad d. Auth. hoc nisi, seu dation insolut. p. 2. q. 23. per tot. Phanut. in tract. de inuent. n. 149. 150. & seq.*

- 5 *Seu quid in re feudali, an hæres † possit cogi ad illam vendendam, vt satisfiat creditoribus, & legatarijs non habentibus assensum D. de Franch. decis. 704. quod sic Viscon. in concl. incip. exequutio, & in concl. qua incip. feudi hereditarij hæres col. 3. quod intelligas in subsidium, & in feudo hæreditario*
- 6 *& reruente hærede vendere, an possit † carcerari D. de Franch. d. decis. 704. in fi. vbi*

*addidi, & de multis vide D. Rouit. prag. 4. de ord. iud. num. 12. & seq. vbi an iurisdictio sequestrari possit, & fructus feudi, & nouissime D. Gait post hæc scripta visus in tra. de credit. c. 4. quas. 11. num. 1857. qui meminit etiam, & D. de Pont. in tract. de pot. proreg. tit. de assen. Reg. super dot. §. 1. nu. 23. fo. 263. & quod suspenditur iurisdictio, & mittitur capitanius ad exigendum introitus, vt satisfiat creditoribus *Anna sing. 180. in fin. Viscon. d. concl. qua incip. exequutio*, vbi tradit quomodo exequutio facienda sit contra defunctum possidentem fundum.*

- 7 *Et in hærede simpliciter, quod possit † carcerari vigore instrumenti censualis, secus si est hæres cum beneficio legis, & inuentarij. Viscon. in concl. incip. instrumentum quando est illiquidum.*

- 8 *Et quando non sumus in hærede, sed in debitore principali, quæ requirantur, vt creditor † possit cogi capere bona insolutum sui debitoris iuxta Auth. hoc nisi. Latè Viscon. in concl. incip. creditor Nouar. d. tra. dation insol. q. 3. & seq. Muscatel. de appell. glo. ad iudicant. num. 25. & seq. D. Consil. Rouit. conf. 18. 78. 81. 82. 83. Tesauro decis. 153. & in quibus casibus remedium cesset Tiraq. decis. 153. per tot. Pasca. vbi sup. num. 88. Adde Rot. decis. coram Vbaldo in vna S. Seuerin 17. Martij 1621. à num. 6. quam reperies post add. ad tract. de censib. Censi in ordine 99. fo. 191.*

N. 4. ibi ¶ in tex. in §. & si præfata ¶

- 9 *De intell. huius tex. † vide latè D. de Ponte conf. 64. num. 30. & seq. vsq. ad nu. 39. vol. 2. Consil. Rouit. conf. 18. num. 18. & conf. 78. à num. 17. vbi doctissime more suo d. tex. illustrat, & Barbof. in l. 1. 6. p. num. 25. ff. solut. matr. Qui tex. an procedat in hærede cum beneficio l. & inuentarij, vel in omni hærede D. de Franch. decis. 246. & de materia d. tex. vide Io. Bap. de Thoro in compen. decis. Reg. in ver. hæres cum beneficio l. & inuentarij.*

N. 19. ibi ¶ sed posse si vuult illa insolutum dare creditoribus inuitis ¶

- 10 *Aduerte, vt hic quod creditores hæreditarij, non tenentur accipere insolutum bona ab hærede cum beneficio l. & inuentarij, sed eis sunt tradenda vendenda, vel pretium soluendum si hæres non patiatur damnum, & hæreditas sit soluendo secundum communem de qua per Bursat. quem sequutus est D. de Franch. decis. 81. conf. 9. nu.*

33. lib. 1. vbi quod tria concurrere debent de quibus per Emanuel Suarez. *comm. opin. in tit. de reuocan. his quæ in fraud. cred. ver. creditores* 2. tom. *comm. opin. fo. 333. col. 1.* & Morot. *d. conf. 13. num. 10.* & istam opin. strenuè defendit D. *Consiliar. Rouit. cit. conf. 18.* & 78. quæ consilia sunt duplicata, & in fin. *d. conf. 78.* facit mentionem huius decis. quæ est contraria eius opin. & tamen ipse dicit in illa secundum eius opin. fuisse decisum.

N. 22. ibi ¶ & inuehit contra Gram. decis. 93. ¶

11. Decisio ista Gram. 93. † non modo impugnatur à Pinell. *hic cit.* verum etiam à Peregr. *in tra. de fideicom. art. 33. num. 10. ver. contrarium,* & ab eodem dec. 21. vbi dicit distam decisionem non esse decisionē S. C. † de quo etiam per Viscon. *in concl. incip. hæres post mortem ver. subdens in fin. 1. col.* qui non meminit de Peregr. *in d. art.* sed solum de d. decis. 21. vnde à d. Gram. decisione cauendum admonet Barbof. *in l. Lutus Titius num. 20. ff. sol. matr. fo. 399.* vt dixi sup. in addit. ad primam decis.

N. 23. ibi ¶ dispositionem l. cum à matre cessare in hærede cum beneficio l. & inuentarij ¶

14. De vero sensu huius l. † videndus est Barz. *dec. Bono. 64. Petr. ad Capy. dec. 78. lit. F. Caeberra. decis. 180. Barbof. in d. l. Lutus Titius num. 20.* & seq. dixi in addit. ad D. de Franch. decis. 665. n. 18.

N. 24. ibi ¶ hæres cum beneficio l. & inuentarij tenetur habere ratum factum defuncti ¶

15. Hæres quando teneatur † habere ratum factum defuncti latiss. Camill. *de Curt. in diuers. iur. feud. in c. quod incip. multoties num. 110.* & seq. Phanut. *d. inuen. p. 7. n. 110. fo. 256. Cõsil. de Georg. alleg. 29. n. 7.* & seq. Barbof. *d. l. Lutus n. 20.* & seq. Caldas de Feyera. *in tra. de renouat. emphiteus. lib. 3. c. 16. n. 20. fo. 207. et seq. Consil. Pascal. in tra. de uir. pa. pot. p. 1. c. 2. à nu. 43. vsq. ad num. 81. Petr. ad Capy. dec. 101. Molfes. ad consue. Neap. tit. de bon. q. 23. nu. 10.* & p. 4. tit. de renunt. q. 4. n. 11. & seq. et ead. p. q. 61. n. 10. & q. 4. nu. 18. & in 2. tom. q. 61. n. 1. & conf. 28. nu. 12. 2. tom. 10. Domin. de Anna in suo cõf. post allegat. 10. V. in de Anna impress. Consil. Theodor. alleg. 78. n. 13. et seq. & alleg. 18. n. 48. & 49.

N. 29. ibi ¶ hæres cum beneficio l. & inuentarij est propriè hæres ¶

16. Hæres cū benef. l. & inuentarij, an sit † propriè hæres, quod sic D. de Franch. dec. 83. n. 2. Peregr. *d. dec. 21. n. 4. Vide Viscont. in Cõcl. incip. hæres,* & Cauat. *in tra. de tuto. in ver. hæres cum benef. l.* & quod non sit propriè hæres Anna sing. 233. post Cassan. *quem citat,* quia perinde est, ac si ab hereditate se abstinuisset Minad. *conf. 17. nu. 3.*

17. Et de differentia † inter hæredem simpliciter, & hæredem cum benef. l. & inuentarij videndus Pascal. *de uirib. patr. pot. p. 1. c. 2. n. 65*

N. 51. ibi ¶ si ex forma statuti exequutio potest fieri contra hæredem, tale statutum non habebit locum in hærede cum beneficio l. & inuentarij ¶ Simile statutum est in Regno, statuitur enim per R. prag. sub tit. de cens. quod contra hæredes illorum, qui vendiderunt annuū censum detur prompta, & parata executio realiter, & personaliter, quod debet intelligi contra hæredes simpliciter constito prius esse hæredes defuncti D. de Franch. dec. 405. Foller. *in cõmen. ad d. prag. in ver. tanquā res iudicatas nu. 18.* secus tamen est in hæredib. qui adierunt hereditatē cū benef. l. & inuentarij, cōtra quos non exequitur de persona, quia iuditio ordinario conueniri debet. Foller. *ubi sup. n. 20.* & quæ sit praxis procedendi contra hæredes venditoris annui census, & contra possessores bonorum subiectorū annuo censui vide D. Regen. de Tapia. 4. tom. iur. Reg. fo. 122. n. 137. & 138. & nouiss. Viscon. qui alios cumulat referendo obseruantiam, & stilum M. C. V. circa hoc in concl. quæ incip. *Instrumentum quando est illiquidum* 3. col. fo. 125. & quando hæres condemnatur ad correspondendum singulis annis in futurum vide Vrsill. ad Affl. decis. 279. & Altimon in prax. liq. instrum. 2. p. 1. p. ver. aduertat ad debita, & causas num. 6. fo. 99. vbi quem effectum pariat ista prouisio.

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

1. Reliquium quid sit, & n. 2. & 9.
3. Reliquium non soluitur, vbi sit acquisitio seu di ex alieni iuris resolutione, quia soluitur iure hereditario.
Et quid in casu alienationis ibi.
Et quid in refutatione, & in venditione cum pacto de retrauendendo ibi.

D

4. Rele-

- 4 *Releuium fuit introductum ex antiquissima Regni cōsuetudine, et nō agnitiū de iure*
- 5 *Releuij materia apud quos tractatur.*
- 6 *Releuium non est onus feudi.*
- 7 *Minor an teneatur ad solutionem releuij, et quando, refertur decis. R. Cam.*
- 8 *Minor si non petat inuestituram infra annum, an restituatur in integ.*
- 9 *Releuium ad quid soluatur.*
- 10 *Releuium, an debeatur si non petitur inuestitura.*
- 11 *Releuium, an sufficiat soluere ita quod successor in feudo non teneatur infra annum petere inuestituram.*
- 12 *Releuium, an debeatur in refutatione feudi.*
- 13 *Et quid si alienatio fit in prox. successurū.*
- 14 *Tertius, an teneatur soluere releuia preterita.*
- 15 *Releuium exigitur in quocunq; possessore.*
- 16 *Releuium praesertur quibuscunq; creditorib.*
- 17 *Releuium est medietas fructuum anni quo moritur feudatarius.*
- 18 *Annus in materia releuij quomodo computetur à R. Cam.*
- 19 *Practica liquidationis medietatis fructuum posita à D. Reg. Tapp.*
- 20 *Releuium, an debeatur si illo anno nulli percipiatur fructus, & quomodo taxetur.*
- 21 *Releuium si non soluitur, quae erit pana.*
- 22 *Mortis denuntiatio à successore in feudo infra quod tempus fieri debeat, & an purgatio moris admittatur n. 23.*
- 24 *Minor, & prodigus an aduersus tempus d. denuntiationis restituantur.*
- 25 *Casus in quibus haeredes excusantur si non soluunt releuium.*

AD DECIS. VIII.

Releuium, de quo in hac decis. cuius nouissime meminit *Ricc. collect. 2515. 7.p.* vbi multa ad materiam, est praestatio quaedam quae à successore in feudo soluitur directo domino in signum deuotionis, & census, ac reuerentiae, quae illi debetur *Frecc. lib. 2. de subfeu. auth. 3. num. 3.* quem refert, & sequitur *Marchio Belmontis dignissimus Reg. Tapp. ad prag. 8. de off. procur. Cesar. in lib. 2. Iu. Reg. fo. 208. D. Reg. de pont. in tra. de pot. proreg. tit. 4. de regal. imposition. nu. 13. fo. 94.* vbi quod releuium soluitur morte feudatarii in recognitionem directi domini, recipiendo inuestituram confirmatoriam, quod solui debet infra annum, & diem, quo elapso tenetur ad duplicatum releuium, & est medietas + fructuum illius anni quo moritur feudatarius, vt inf. n. 8. vbi dicā, & ideo

3 non soluitur + vbi fit acquisitio feudi ex alieni iuris resolutione *Præses de Amat. cōf. 14. vol. 1.* quia vt ipse subdit soluitur iure hereditario, & an in casu alienationis *Mastrill d. dec. 112. Fus. sing. 16. de Fræch d. dec. 121. nu. 4. Rouit. prag. 4. de feud. n. 90. & seq. & in prag. 2. de off. procur. cas. num. 9. & 15. Thor. in ver. releuium, & Ricc. coll. 1627. & an debeatur pro refutatione feudi Rouit. d. prag. 2. nu. 10. Anna allegat. 23. De Pont. de pot. proreg. tit. de refut. feud. §. 4. nu. 3. vbi refert decisionem, quam refert etiam *Molfes. p. 3. q. 8. n. 7.* quem in hoc etiam vide *nu. 10. inf. nu. 12.* & quid in venditione cum pacto de retrouendendo. *Ricc. coll. 1627. & Rou. vbi sup. ex quib. multa.**

4 Hoc autem releuium + & illius solutio non fuit à iuris dispositione cognitum, sed antiquissima huius Regni consuetudine, vt inquit *And. in c. 1. per quos fiat inuest. nu. 7. Pasca. de vi. pa. pot. c. 1. num. 13. Nouar. ad prag. collect. 166.*

5 Et de eius materia vltra præcitatos *D. de Franch. dec. 121. et 306. & ibi adden. Amen. & Viscon. idem Viscon. in concl. in ver. Releuium, Capibl. in prag. 1. de Baron. num. 58. Thor. in Comp. decis. Reg. in ver. releuium. Mastrill. decis. 112. Campag. in cap. reg. quod incip. Apud fuggiam fo. 216. Ricc. collect. 585 1337. 1627. & 2041. Rouit. prag. 2. de off. procur. cas. Anna alleg. 95.*

N. 3. ibi ¶ cum hoc onus non sit reale, & non insit feudo ¶

6 Quod releuium non sit onus feudi *Mastrill. d. decis. 112. nu. 55. Rouit. prag. 2. de off. procur. Cesar. n. 15.*

N. 4. ibi ¶ minor in feudo non tenetur soluere releuium, sed tunc demum quando iurat fidelitatem, & inuestituram obtinet factus pubes ¶

7 Adde *tex. in c. si minori si de feud. des. sue. cōtro. & c. 1. quo temp. mil. & in c. Regni apud fuggiam*, vbi quod exactio releuij pupillis ob eorum priuilegium retardatur vsq; ad pubertatem, sed contrarium testatur decisum per *R. Cam. Ricc. coll. 2041.* quod pupilli teneantur soluere releuium non obstante pupillari ætate *Rouit. d. prag. 2. n. 4. Mormil. in suis sing. in Const. post mortem n. 8.* quem refert *Nouar. d. coll. 166. nu. 9. vide Thor. in ver. releuium, an debeatur per pupillum fo. 452. col. 2.*

8 Sed an si minor non petat inuestituram infra annum restituatur *Tapp. lib. 3. iur. reg. nu. 3. fo. 187. Ricc. coll. 1337. in fin.*

N. 5.

N.5. ibi ¶ ergo si ratione inuestitura debetur ¶

- 9 Quod releuium præstatur ad obtinendam inuestituram feudi, siue illius confirmationem, & renouationem in signum deuotionis, & reuerentia. *Novar. coll. 166. ad prag. num. 2. Præsid. de Ama. conf. 14. num. 5. Consiliar. de Georg. allegat. 18. nu. 23.*
- 10 Sed quid si non petitur inuestitura, an debeatur *Ama. d. conf. 14. n. . .*
- 11 Verum quod successor in feudalibus non tenetur mortuo prædecessore petere inuestituram infra annum, sed sufficiat soluere releuium testatur decusum *D. Consil. Rouit. prag. 4. de feud. num. 90. ex Ifern. & Capy. ibi cit. quib. add. Viscon. & per eum cit. in conclus. quæ incip. inuestitura in fin. 1. col.*
- 12 Sed an debeatur quando feudum refutatur vide *Novar. d. coll. 166. num. 10. Viscon. add. ad D. de Franch. dec. 121. Anna alleg. 23. D. de pont. de pot. proreg. tit. de refut. feud. §. 4. num. 3. vbi refert decisionem, quam etiam refert Molfes. p. 3. q. 8. n. 7. & 10. vide Rouit. in prag. 2. de off. proc. ces. nu. 10.*
- 13 Et quid si alienatio fit in proximè successorum *Rolan. conf. 41 num. 19. vol. 2. Novar. d. coll. 166. n. 10. Amat. conf. 14. n. 3.*

N.7. ibi ¶ non potest dari contra tertium possessorem, licet R. Camera de facto obseruet contrarium. ¶

- 14 Feudum si alienatur in tertium iste tertius tenetur fisco ad releuia præterita debita per antiquos possessores ipsius feudi *Affl. decif. 95. nu. 4. vbi Vrsill. Mastrill. decif. 112. num. 21.*
- 15 Et quod releuium exigitur à quocunque possessore, si successor feudatarius non est in possessione feudi *Rouit. ad prag. 2. d. feud. num. 12. Frecc. de subfeud. lib. 2. auctor. 3. cuius meminit D. Regens de Ponte vbi 16. sup. & quod pro illo præferatur quibuscunque creditoribus Mastrill. d. decif. 112. n. 23.*

N.8. ibi ¶ esse medietatem fructuum illius anni ¶

- 17 Releuium est medietas fructuum illius anni quo moritur feudatarius, vel vnus anni sup. diximus, & *D. de Franch. d. decif. 121. n. 2. & 3. & ibi Viscon. Georg. alleg. 18. nu. 23. Viscon. in d. concl. Releuium Pascal. de vi. pa. pot. p. 4. c. 1. nu. 13. Novar. d. collect. 166. nu. 2. Ifern. in c. 1. §. si mulier num. 4. de cap. Corrad. Mastrill. d. decif. 112. num. 8. & seq. vbi quid in Regno Sicilia.*
- 18 Et Regia Camera quomodo computet annum in exactione releuii vide *Authorem inf. dec. 33. n. 9.*

Practicam verò liquidationis medietatis fructuum releuii, vt coaceruentur fructus trium annorum, & ex ipsis eliciatur vnus annus cuius medietas soluitur R. C. ponit *D. Reg. Tapp. loco cit. & Capibl. prag. 1. de Baron. nu. 51.*

- 20 Quid si successor in feudo nullos percipiat fructus illo anno, an debeatur releuium, & quomodo taxetur *D. de Franch. d. decif. 121. num. 9. Frecc. & Pasca. loco cit. num. 16.*
- 21 Et si dictum releuium non soluitur, quæ erit pœna, dic quod non denuntianti mortem feudatarij, nec soluenti releuium olim erit pœna amissionis feudi, hodie tamen est duplicati releuii *D. de Franch. d. decif. 121. & 425. num. 1. D. Rouit. d. prag. 2. Capiblan. vbi sup. de Pont. decif. 1. Pasca. de vi. pa. pot. p. 4. c. 1. num. 11. & seq. Novar. d. coll. 166. nu. 3. qui num. 4. etiam videndus est; dictaq; de-*
- 22 nuntiatio mortis fieri debet infra annum, & diem, & soluere releuium, vt in c. 1. quæ sue. prima ca. benef. amict. *D. de Franch. d. decif. 425. nu. 1. De pont. d. decif. 1. vbi disputat*
- 23 articulum, an admittatur moræ purgatio,
- 24 licet minori, & prodigo detur restitutio, vt decusum testatur *Ricc. collect. 1337. & à quo tempore computetur hic annus, & dies. Rouit. d. prag. 2. n. 5. & 6.*
- 25 Causa autem 24. ponit *Capy. de prob. feud. alien. §. præterea* in quibus hæredes excusantur si non soluunt releuium quem citat *Capibl. prag. 1. de Baron. n. 57. vide aliquos per Mastrill. d. decif. 112.*

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Author in hac decif. videtur inclinare pro validitate liquidationis.
- 2 Sententia lata contra illum, qui graui morbo laborat est nulla, & quid in febricitante.
- 3 Sententia lata infra nouem dies luctus est nulla, & quomodo intelligendum num. 4. & qui Doct. loquantur de materia num. 5.
- 6 Creditor vexans debitorem moribundum, vel suos amittit ius suum. Debitor non tenetur comparere vsq; ad nouem dies luctus vbi de hac nouena.
- 7 Sententia an possit ferri contra procuratorē effectum dominum litis, si principalis est mortuus, & n. 10. & 11.

D 2 8 Sen-

- 8 *Sententia lata contra mortuum est nulla fallit ut n. 12. & nu. 24. & contra effectum monacum lite pendente, & quid si contra viuos, & mortuos nu. 12.*
- 9 *Sententia lata pro mortuo etiam est nulla.*
- 13 *Comparitio de sero, quæ fit per debitorem citatum super tenore instr.*
- 14 *Liquidationis instrumenti practica traditur quando creditor est infirmus, & debitor est infirmus, & n. 16.*
- 15 *Absentia, & infirmitas quomodo quando, & à quo allegantur.*
- 17 *Absentia, & infirmitatis impedimentum equiparantur.*
- 18 *Absens, & infirmus quando teneantur comparere, & constituere procuratorem.*
- 19 *Absentia, & infirmitas allegationis practica qui ponunt.*
- 20 *Impedimentum non sufficit allegari nisi probetur.*
- 21 *Mors non solum alleganda, sed probanda. Impedimentum quomodo probandum, & quæ impeditus probare debeat.*
- 22 *Impeditus excusatur à contumacia, & restituitur, & an teneatur mittere procuratorem.*
- 23 *Sententia, & acta non sunt nulla data Iudicis ignorantia infirmitatis, & mortis si procedit ad ulteriora.*
- 24 *Sententia lata contra prælatum mortuum, an sit nulla.*
- 25 *Ecclesia nunquam moritur.*

AD DECIS. IX.

Decisionem istam latè examinat D. Gait. pluries de illa mentionem faciendo, & multa ad propositum deducens in tract. de credit. c. 3. tit. 1. à num. 1112, quibus adde tradita per Mastrill. decis. 137. & licet punctus istius decis. † non fuerit decus, tamen Author videtur inclinare pro validitate liquidationis,

N. 2. ibi ¶ acta facta contra graui morbo affectos, & sententia inde sequuta sunt nulla ¶

- 2 Quod sententia † lata contra illum, qui graui morbo laborat est nulla, & in febricitante testatur Mysing. cent. 4. obser. 57. Mastrill. qui alios cumulat d. decis. 137. num. 4.
- 3 Idem si est sententia lata † infra nouem diem luctus quos nouenam appellant per tex. in §. Sancimus Auth. ut cum de appell.
- 4 Auth. sed neq; C. de sepul. viol. quod † intelligendum stante Iudicis scientia, secus stante

ignorantia, ut inf. num. 10. & de ista sententia † quæ fertur intra tempus luctus loquitur Rim. Iun. cons. 179. num. 34. lib. 2. Surd. cons. 99. num. 11. & 12. lib. 1. Gratian. discip. forens. 18. p. i. nu. 54. Menoch. de arb. cas. 387. num. 22. qui loquuntur etiam de vexante debitorem moribundum, vel suos, qui amittit ius suum, & tantundem vexatis restituit Farin. in tit. de delict. & pæn. num. 141. & talis † debitor, quod vocatus non tenetur comparere usq; ad nouem dies. Sebard. in lexi iur. ver. FERIA nouem dierum. Author. inf. decis. 79. prohibetur enim is, qui in luctu est in ius vocari l. 2. ff. de in ius vocam. sicuti is, qui est in letitia prout est is, qui uxorem duxit d. l. 2. vbi Doct. & Escobar. de ratiocin. c. 17. num. 30. Oinot. in §. penales inflit. de actio num. 34. & de dicta nouena luctum, & quod hæres infra illam conueniri nequeat Suarez. in l. post rem iudicatam ampl. 5. num. 3. quod intellige in hærede sanguinis secus in extraneo. Alber. in d. l. 2. Idem in eius fideiussore, qui dicta nouena gaudebit §. meminimus Auth. ut cum de app. cogn. Petr. ad Gram. decis. 82. numer. 19.

7 Sed quid si in causa fuerit constitutus † procurator effectus dominus litis, an possit contra eum ferri sententia si principalis est mortuus, scimus enim, & in ore omnium est quod sententia contra mortuum lata est nulla D. de Franch. decis. 245. & ibi Amé.

8 tradit casus in quibus sententia † contra mortuum lata valet, de quo non desinas videre Vant. de null. ex defect. iuris d. num. 106. Gait. vbi sup. num. 1136. D. Rouit. Prag. 5. de offit. S. C. num. 29. vbi limitat in prelato Ecclesiæ, quia prælatus representat Ecclesiam, & Ecclesia nunquam moritur, & alias lim. apud Gallupp. in prax. p. 2. c. 7. nu. 15. fo. 289. Mastrill. d. decis. 137. num. 2. Pute. d. decis. 586. Balb. decis. 27. Gail. lib. 1. obser. 109. num. 4. Polid. Rip. obser. 23. Ricc. collect. 341. & 1529. alios allegat Thor. in compend. decis. ver. sententia lata contra aliquem, qui lite pendente, vbi de sententia lata contra eum, qui lite pendente est effectus Monachus.

Et non modo dicta sententia est nulla si fertur contra mortuum verum etiam si fertur † pro mortuo per tex. hic alleg. per Authorem in l. in summa §. si quis ff. de re. iud. iunct. l. paulus la. 1. ff. que sent. fin. app. rescin. Capyc. decis. 1. Mysing. cent. 1. obser. 85. Viu. decis. 52. ratio est quia morte finitur iudicium Rubin. decis. 91. Ricc. collect. 341. & 1529. Cauallier. decis. 182. vbi de prædictis omnibus post scripta visus.

Modo dico sic, quod si adest procura-

tor

10 tor † dominus litis effectus, quod potest ferri sententia in damnum hæredum, sed cū distinctione, quam ponit *Guid. pap. decis. 86.* ad quem se refert *Amend. ad d. D. de Franch. decis. 245. num. 6.* de quo videndus est *Galup. ubi sup. Mantica. de tacit. & amb. lib. 7. tit. 26. num. 1. & seq. Anna sing. 336.* ad quos se remittit *Mastrill. ubi sup. num. 5. Thor. in ver. sententia, an nulla iudicari debet.*

11 Et de sententia † concipienda, & ferenda in personam procoratoris *Gail. d. obser. 109 lib. 1. num. 7. Misfing lib. 1. obser. 43. n. 3.* & quid † obseruetur in Camera Imperiali. Idem *Misfing. lib. 2. obser. 39. numer. 6. & 11.*

12 Verū dicta regula, quod sententia lata † contra mortuum est nulla fallit in multis casibus, ut supra dixi num. 8. s. fauore libertatis, fauore, & vtilitate Ecclesiæ *Veral. decis. 10. Rebuff. tit. de sent. & Corst. bull. Rubin. dec. 99. ultra Amen. ad de Fran. dec. 245. sup. cit. vide Mastrill. d. decis. 137.* qui limitat etiam d. reg. in hæreticis, qui etiā post mortem condemnantur c. a nobis de hæret. *Pegn. direct. inquis. p. 3. q. 63.* Quid si sententia feratur contra viuos, & mortuos vide *Thor. in ver. sententia lata contra viuos, & mortuos.*

An autem in casu quo sententia est nulla remaneant acta. *Crau. conf. 270.*

N 3. ibi ¶ potuisset utiq; comparere de sero ¶

13 De hac comparitione † de sero quando debitor citatus super tenore instrumenti potest facere vsq; ad primum somnum vide *D. de Franch. decis. 685. in prin. Altimon. in prax. liquid. instrum. vers. verum debitor de persona num. 3. & Carauit. rit. 206. Robert. de liq. instr. Confid. 4. in fin. vbi tradit practicam. Viscon. in conclus. qua incip. debitor aduersus requisitoriam, & D. ibi per eum cit.*

N. 6. ibi ¶ vbi quis citatur super tenore instrumenti, & est infirmus, vel absens debet mittere excusatorem ¶

14 In liquidatione instrumenti † vel creditor qui intendit liquidare est infirmus, & hoc casu non potest fieri liquidatio per accessum Iudicis ad domum creditoris *Carauit. rit. 166. num. 22. Tartagl. in prax. c. 1. post nu. 13. Altimon. in prax. liquid. instr. ver. personaliter in Curia comparens num. 17. Borrell. in summa decis. 2. p. tit. de instrumen. liquid. num. 62. nouissime Viscon. in concl. qua incip. creditor infirmus, qui in alia concl. qua incip. instrum. docet quomodo facienda est liquidatio a creditore infirmo, a carcerato, & contra carceratum.*

Si autem debitor est infirmus sit liquidatio per accessum ad eius domum secundum supradictos *Viscon. d. concl. creditor infirmus* de quibus omnibus viden. est *Robert. de liq. instr. d. conf. der. 4. n. 19. D. de Franch. decis. 676. 4. p. per tot.* de qua meminit *Altimon. in prax. liq. instr. ver. aduertat num. 20. ver. amplia 8.* Sed quod diximus de creditore infirmo, quod mediante accessu ad eius domum non potest fieri liquidatio, intellige nisi obtinuisset Regiam dispensationem, quia tunc liquidatio potest fieri domi. *Altimon. in d. ver. personaliter in Curia comparens num. 20. Io. Franc. de Leon. in prax. official. cap. 13. num. 46.* vbi testatur ita obseruatum, & circa eiusmodi dispensationem quomodo sit practica docet ibi *Altimon. nu. seq.*

N. 6. ibi ¶ excusator admittitur ad allegandam absentiam, vel infirmitatem de qua in promptu constare debet ¶

15 Absentia † & infirmitas quomodo quando, & a quo allegetur. Vide *Io. Fran. de Leonar. & D. per eum cita. in prax. official. cap. 13. n. 27. & seq. vbi ponit practicam, & vide inf. decis. 17. n. 12.*

Verum quod attinet ad materiam nostram in liquidatione instrumenti hodierna † praxis circa allegationem infirmitatis desumpta ex nouell. prag. Comit. Benauct. edita sub die 9. Iulij 1608. de qua per *Thor. in comp. in ver. instrum. an liquidari possint creditore existente infirmo. fo. 273. & per Altimon. in ver. audiantur excusatores num. 4. uers. bodie autem fo. 333.* est quod debitor infirmus mediante actu publico constituit procuratorem asserendo Notarium se ad præces accessisse ad domum debitoris, illumq; infirmum, & in lecto iacentem inuenisse, & ante lectum N. Doctorem phisicum de publico conductum, qui asseruit d. N. in dicto lecto iacentem tali infirmitate laborare, de qua sequentem fidem facit, & inserat Notarius in actu fidem Phisici, qua inserta subiungat, & quia ob dictam infirmitatem non valet personaliter interesse, & comparere in tali Tribunali in quo ad instantiam N. fuit citatus super tenore instrumenti ideo confisus de fide N. illum Procuratorem constituit cum omnimoda potestate eius iura, & exceptiones in dicto Tribunali aduersus dictum instrumentum, & creditorem opponendi inserendo in d. mandato omnes clausulas necessarias, & oportunas &c. & cū d. procuratore

D 3 proce-

proceditur ad interrogationē, ac si ipse esset principalis de qua praxi dixi *ad dec. D. de Franch. 676.* Et hoc quando sumus extra Ciuitatem, & debitor infirmus est extra illam, quando autem sumus in Ciuitate, & infirmus est in Ciuitate obseruanda sunt, quę tradidit in praxi *Altimon. in d. ver. audiantur excusatores. Circa allegationem infirmitatis num. 4.* & circa allegationem absentię quam dicit ibi num. 7. vbi ponit formulam libelli, & decreti *fo. 323. & seq.*

17 Et tantum est allegare infirmitatem † quantum absentiam necessariam, impedimentum enim infirmitatis iustum reputatur, quia infirmitas à Deo est, & comprehenditur sub impedimento absentię ideo equiparatur necessarię absentię, ex multis probat *D. Consil. Rouit. in rub. de adm. & quę person. seru. nu. 13. 14. 15. & 16. fo. 23.* qui idem repetit in *pragm. 24. de offit. S. R. C. num. 8. & seq.* & dixi *ad decis. D. de Franch. 589. n. 9.* Sicuti æquiparatur casus moris, & absentię remotę, vt est *tex. in c. 1. §. fin. ne sed Vacan. in 6. Sessa decis. Arog. 57. Giurb. decis. 9. Bouadill. lib. 2. c. 16. nu. 145. quorum meminit Rouit. vbi sup. in ult. inproff. n. 25. in d. rub. de adm. & quę person. vbi adducit etiam *tex. in l. quasitum ff. de tutel.**

18 Et quando infirmus, & absens † teneatur constituere procuratorem, & quando teneantur comparere *Masull. ad Capy. decis. 223.*

19 Et in materia criminali quando † allegatur infirmitas vide multa practicabilia *per Foller. in prax. crim. ver. audiantur excusatores, Clar. §. fi. q. 34. & ibi addent. vide D. Regem. Tapp. lib. 3. iur. regn. fo. 104. vbi an sufficiat fides vnius medici, & de alijs.*

N. 7. ibi ¶ nisi infirmitas allegetur, & probetur ¶

20 Non sufficit † allegare impedimentum, nisi etiam probetur, quod si non fuisset impeditus adimpleuisset illud, ad quod tenebatur, quod late probant *Viscon. & D. per eum allegati. in concl. impedimentum Ludou. decis. Lucen. 14. & quomodo † probetur impedimentum Ricc. coll. 2800. Seraph. de priu. iuram. priu. 35. & quę debeat probare impeditus Petr. ad Capy. decis. 123. lit. B. & ad Gram. decis. 52. in fin. & quod cessante impedimento debet adimplere ea, quę si non fuisset impeditus adimpleuisset Petr. ad Gram. decis. 52. na. 6. & de impedito quod † excusetur à contumacia, & restituatur in lapsu instantię, & quod non teneatur mittere procuratorem, & de alijs vide *Ricc. collect. 155. & Nouar. in alleg. post collect.**

Ricc. 3018. ver. effem tamen voti, & collect. 2742.

N. 10. ibi ¶ quia si iudex ignorat impedimentum infirmitatis, & procedit ad vltiora processus, & sententia non est nulla ¶

Hęc est magis recepta in praxi. opinio 23 quod data † ignorantia infirmitatis, vel mortis, & de eis iudici non constituto processus, & sententia sunt validi, quam probat *Masing. dicta obseruat. 85. Gail. d. obseruat. 109 num. 4. lib. 1. Guid. Papa. decis. 86. n. 2. in fin. V. iu. comm. opin. 710. Gama. dec. 324. Masrill. qui alios cumulat. decis. Sicil. 137. vbi testatur secundum eam decusum in Cōsistorio, & Castill. decis. eiusdē Reg. Sicil. 60. ad quem se remittit Rouit. inf. cit. Marant. 4. p. distin. 16. num. . . . & p. 6. ver. & deum fertur sententia num. 107. licet in contrarium citet Cornazz. decis. Lucen. 145. Verall. decis. 140. 3. p. Ricc. coll. 1529. in prin. vide Gratia. discep. Foren. 18. p. 1. vbi multa reperies, & Thor. in ver. sententia lata contra eum, qui lite pendente.*

24 Et ad supradicta a. Inotes, quod ea quę † dicta sunt circa nullitatem sententię latę contra mortuum ex iuribus alleg. & l. pen. ff. quę sen. fin. app. rescin. non procedunt quando sententia esset lata contra pręlatum Ecclesię idē mortuum, nam pręlatus 25 representat Ecclesiā, & Ecclesia † nunquam moritur, vt dixi sup. num. 8. ita notabiliter limitat *Rouit. pragm. 5. de offit. S. R. C. num. 29.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Nobilitas quid, & unde dicta. Nobilitas filij, an porrigatur ad patrem. Dignitas filij gloria patris.
- 2 Nobilitas patris transmittitur, ad filios, & quid de nobilitate matris n. 3.
- 3 Doctoris priuilegium transit ad filios mortuo patre.
- Delictum patris, an noceat nobilitati filij.
- 4 Nobilitas fratris, an transeat in fratrem.
- 5 Nobilitas ex quibus exercitijs amittatur, & an proprijs manibus colens agrum.
- 6 Exercitium, an sit vile attenditur reputatio illius loci.
- 7 Mercatura Ianuę non reputatur inter artes viles.

8 No-

- 8 Nobilitas quibus casibus amittatur num. 8. remiss. & an qui conducunt vectigalia amittant.
- 9 Doctoratus est dignitas.
- 10 Doctor est Illust. & dicitur habere dignitatem, & de privilegijs Doct. remiss. & num. 17.
- 11 Doctores inter nobiles à l. reputantur, & inter nobilissimos.
- 12 Nobilium ceteri qui dedignantur receptare D in nobiles male faciunt.
- 13 Nobilitas à virtute originem sumpsit.
- 14 Nobilitatem ex genere preferendam nobilitati ex scientia non reperitur determinatum imò contrarium ex multis, quae adducuntur.
- 15 Nobilitatem per doctoratum acquiri.
- 16 Doctor debet dominus appellari, & gaudet privilegijs militibus concessis.
- 18 Iniuria commissa in Doctorem dicitur grauior maxime si legerit, vel actu legat.
- 19 Doctor qui legit per xxx. ann. efficitur comes palatinus.
- 20 Doct. qui scribunt, & legunt videntur proprie assequi dignitatem Doctoratus, et non doctorelli.
- 21 Doctor subrogatus in locum nobilis habet prelationem in sedendo ceteris nobilibus ex genere.
- 22 Nobilis magis censendus est, qui nobilitatem virtute assequitur, quam qui alaris oritur parentibus.
- 23 Doctor delegatus pro delicto si caret fideiusso-
re de seruandis finibus, & iurat in casu
contrauentionis triremis si contrauenit
nata condemnatur pena triremium.
- 24 Doctor pena triremium, & si graui delicto
inquisitus non condemnatur.
- 25 Doctorum priuilegia, an extendantur ad me-
dicos.
- 26 Pœna nobilium sunt diuerse à pœnis plebeio-
rum.
- 27 Nobiles pœna capitis ignobiles pœna furea-
rum plebantur. fallit in aliquibus crimi-
nibus, predationis, lesa maiestatis, barossa.
- 28 Carceres nobilium sunt distincti à carceri-
bus plebeiorum fallit n. 34.
- 29 Carceres titulatorum, qui sunt, & an possint
carcerari in consilio pœroge.
- 30 Titulati si damnarentur ad mortem quo in
loco fiat executio iustitia.
- 31 Ioannes, & Paulus fratres Iuliani Imp.
non fuerunt publice de capitate, sed in an-
ceribus refertur dictum illius.
- 32 Patritij Neap. vulgo, Cavalieri non mul-
tantur in loco delicti.
- 33 Titulorum bastardi dicuntur nobiles, &
admittuntur ad habitum Hierosolimitanum.
- 34 Nobiles possunt pro enormibus, & indignis
delictis carcerari in carceribus plebeiortu.
- 35 Nobilitas, an amittatur per furis delictum.
- 36 Clericus pro magno furto fuit degradatus
Curia seculari traditus, & furca suspensus.
- 37 Statutum si mandet aliquem detineri carce-
ratum, an satis fiat si nobili assignatur pa-
latium, vel tota Civitas, & quid in rit.
mandante quem non audiri nisi in vin-
culis.
- 38 Nobilis, an possit renuntiare priuileg. sibi
concess. circa carceres, & pœnas ignomi-
niosas.
- 39 Nobilitatis priuilegio, an quis possit renun-
tiare.
- 40 Nobilis electus ad aliquod officium popula-
re potest cogi illud acceptare cum protesta-
tione.
- 41 Nobiles unde dicti, & quis proprie dicitur
nobilis.
- 42 Nobilis forensis in aliena patria non dicitur
nobilis.
- 43 Nobiles mitius puniri, quam ignobiles quo-
modo intelligendum.
- 44 Nobilium dicta extenduntur ad populares
diuites nobiliter viuentes.
- 45 Mulieris nobilitas nubentis viro plebeio
obumbratur.
- 46 Mulieris ignobilitas retinetur post mortem
viri.

AD DECIS. X.

D Vm in presenti decis. tractatur de nobilitate filij, an porrigatur ad patrem, sciant Tyrones quod nobilitas appellata fuit à nobilitate, quasi quod nobiles sunt, quia generis claritate, gestorum virtute, & bonis moribus noti fiunt hominibus, vt ex multis probat nouissime Gait. in tract. de cred. c. 2. tit. 7. q. 5. nu. 1085. & seq. vel secundum aliquos nobilitas per syncopen quasi notabilitas dicta est, quæ prerogatiuam aliquam astringit in subiecto. Non enim de per se quicquam est, sed alteri potius inest, qualitas scilicet bonum aliquod excellens connotans in re, quæ dicatur nobilis, quo rebus, vel alijs preferatur vt habetur in tract. de dignit. legum c. 1. in prin. Verum accedendo ad id, quod dicitur in presenti decis. Quod nobilitas filij non porrigatur ad patrem apertissime probatur in l. 1. cum ibi no. per glo. & Bar. ff. de Senat. & per Io. de Rayn. tract. de nob. in 13. q. 5. q. prin. dicit Pascal. in tract. de virib. patr. pot. p. 4. c. 2. n. 27.

Sed quod dignitas filij, & laus, & gloria patris habetur in §. generaliter in fin. Auth. consl.

- Confl. qua dig. vbi glo. & per Oinot. & My-
sing. in §. filius fam. instit. quib. mod. ius patr.
pot. solu. num. 4.* Sed quod è contra nobili-
tas patris † transfundatur, & ad filios trans-
mittatur, & dignitas patris transeat in fi-
lios. *Viscon. in concl. incip. ciuilitatis in fin.*
vbi refert decisionem factam in filio cuius-
dam Medici, & ipsum vidisse seruari in filio
cuiusdam Doctoris. Et de privilegio † Do-
ctoris, quod transeat ad filios patre mor-
tuo optimè *Barbos. in l. quia tale num. 37.
sol. matr. fo. 157.* Sed an delictum patris ob-
sit nobilitati filij *Anna. conf. 17.* & nobilitas
matris, an transeat ad filios *Gait. vbi sup. n.
2126.* Quod autem nobilitatis in causa fi-
lius non dicitur eadem persona cum patre
Gama. decis. 174. & vide *Ricc. collect. 733.* An
autem nobilitas † fratris transeat in fratre
vide *tex. in l. 1. §. fin. cum trib. seq. de lib. agnos.
Pascal. vbi sup. num. 69. D. de pont. conf. 107.
num. 4. vol. 2. Rouit. conf. 80. & nouissime
Gait. d. c. 2. tit. 3. num. 622. & Anna conf. 80.
nu. 16. & 17.*

In prin. ibi ¶ quia artem Sutoriam
exercuerat ¶

- 5 Per exercitia † artium mæchanicarum
perditur nobilitas *Pascal. d. c. 2. Tiraq. de
nobil. c. 33. Ricc. collect. 37.* & an qui proprijs
manib. proprios agros colunt *Guid. Pap.
decis. 393.* & de prædictis omnibus *Anna
conf. 34. Petra. ad Gram. decis. 34. nu. 3. Gait.
vbi sup. num. 2030.*
- Et quæ sint vilia exercitia, ex quibus no-
bilitas amittitur, vide plenè *Caphal. conf.
237. per tot. vol. 2. Tiraq. de nobil. c. 33. & seq.
Viscon. in concl. qua incip. nobilitas in fin.* &
6 quod debeat † adendi communis reputa-
tio illius loci, an illud exercitium reputetur
pro vili *Alciat. de præsump. reg. 1. præsump.
48. num. 12. Caph. conf. 612. num. 29. vol. 4.
Pascal. vbi sup. nu. 48. & seq.* prout est mer-
catura Ianuæ, Florentiæ, Venetijs, nam licet
7 † mercatura inter viles artes sit *Ricc. collect.
2177 Guid. Pap. decis. 196. D. de Franch. dec.
128. & probat Pascal. vbi sup. num. 44.* secus
tamen reputatur in aliquib. Ciuitatibus, vt
paulò ante mentionatis. *Gait. loco sup. cit. n.
2101. & seq.* vbi de Baronibus Neapolitanis
qui propter hoc dedignantur mercaturam
exercere, & ibi narrat casus in quibus ob
mercaturam non amittitur nobilitas, & vi-
de *Petr. ad d. Gram. decis. 34. nu. 3.* de Baro-
ne exercente mercaturam, an amittat no-
bilitatem, & dixi infra ad secundæ part. de-
8 cis. 80. sed si cupis habere casus † in quibus
nobilitas amittatur adeas *Ricc. collect. 278.
279. & 2177. & in suis resolutionibus reso-*

*lut. . . . Nouar. d. collect. 24. num. 8. &
quod nobilitatem amittunt, qui conducunt
vectigalia. Doct. cita. per Pasca. vbi sup. num.
65. & de vili exercitio patris, an noceat fi-
lio Anna d. conf. 80. n. 8.*

N. 2. ibi ¶ non posse inficiari docto-
ratum esse dignitatem ¶

- 9 Quod Doctoratus sit dignitas † non est
ambigendum latè .n. id probat *Pascal. p. 2.
c. 5. num. 69. D. de Franch. decis. 164. n. 3. Bar-
bos. in d. l. quia tale num. 32. ff. sol. ma.* imò
10 Doctor † quod sit illustris, & dicatur habe-
re dignitatem dicit *Bar. in l. ex. eo. ff. de test.
mil. Bal. in l. 1. C. de aduo. diuers. iud. no. in l.
prouidendum C. de postul. Saly. in prima Cõ-
stit. Cod. & ibi Bar. num. 10. Idem Bar. in l. 1.
C. de dign. lib. 12. & in l. omnes C. de decurio.
lib. 10. Affl. in Constit. constitutione num. 4.
3. lib. fo. 201. & in constit. Sancimus de iur.
protom. in pro. em. num. 3. vbi dixi, & de Do-
ctoribus, & eorum priuilegijs multa repe-
ries apud *Petr. Leuander. in tract. de Doct. &
eorum priuilegijs. 6. vol. tract. vers. 164. & apud
Salutat. in elegantissimo tract. de nobilitat.
legum. Thor. in Compen. decisio. Reg. in ver.
Doctor, qui pro suo delicto, vbi multa repe-
ries not. digna. De quo etiam non desinas
videre Muscatel. in tra. de Doct. dignit. post
prax. de appell. vnde lex ipsa connumerat
11 doctores † inter nobiles, & nobilissimos
habetur in l. 2. §. fin. & in l. diximus §. si pa-
ter ff. de excus. tut. Vbi Vlpian. propter legis
scientiam nobiles, & nobilissimos appellat
probat *tex. in l. prouidendum C. de postul.
Affl. in pro. em. fend. num. 9. & in c. quis di-
catur dux. col. 5. num. 10. Rip. in l. centurio de
vulg. & pupill. num. 15. eos illustres vocan-
dos dicit Luc. de penn. in l. mulieres col. 2.
ver. quinimò C. de dign. quod facit contra
12 cetus † nobilium, qui dedignantur accep-
tare Doctores contra omnem rationem,
13 nam ipsa nobilitas † à virtute originem
sumpsit, imò ab ipsa virtute creata dicitur
*Bar. in d. l. 1. C. de dign. & ibi Luc. de penn.
lib. 12.* omnes enim vnico descendimus ab
Adam, vnde inoleuit illos appellari nobiles
qui maiorum suorum claritate conspicui
sunt non quidem antiquitate sanguinis, sed
antiquæ denominatione familiæ, quæ suum
nomen virtute pro genitorum fama,
gloria, potentia, dignitatibus diuitijs diu fa-
mosum potuit conseruare maxime cum de-
14 terminatum non reperitur nobilitatem
ex genere nobilitati ex scientia præferen-
dam, imò cõtrarium ex *Senec. in 3. ad Ebur.*
vbi nemo altero nobilior, nisi cui rectius
ingenium est, actibusq; bonis abundet, quo
proba-***

probatu prudentiores nobiliores de quo late *Thor in ver. doct. qui pro suo delicto*, & *D. de pont. in tra. de potest. proreg. tit. 3. §. 8. num. 23. fo. 89.* dicit quod merita scientiæ nobilitant homines, & qui sua virtute meruit nobilitatem habere magis dicitur nobilis, quam hi qui descendunt ex nobili genere, de quo vide etiam omnino *Staphil. de liter. grat. fo. 137. Molf. 2. p. ad consue. Neap.* & patet ex electione, quam fecit Moyses cum diuisis tribus Israel dixit ad populum. Date nobis viros sapientes, & Gnaros, de quo *in d. tract. de nobil. leg. cap. 1.* & patet clarè ex *Proverb. c. 8. vbi nobilibus sapientia est nobilior*, & *ex l. cum acutissimi C. de fideicom. Affl. in d. c. quis dicatur dux.* decem nobilitatis species esse asserit, easq; secundum maioritatem ponendo, sapientiæ nobilitatem dicit fore primam scientiam verò legis secundam ita demonstrat *Cyn. in d. l. prouidendum, vbi Saly. & alij, & Abb. in c. venerabilis, & in cap. de multa de preb. & per doctoratum acquiri nobilitatem late Viscon. d. concl. nobilitas Pasca. loco cit.* Hinc

15 Doctor † in ciuili debet dominus appellari

16 probat *Pasca loco cit.* gaudetq; † omnibus priuilegijs concessis militibus *Gram. qui alios citat vot. 1. num. 6. vbi num. 9. & 10.* nimum Doctores extollit. De alijs autem † prerogatiuis Doct. vide *Pasca. præcit. loco. et Doct. per ipsum cit. quib. addo Molf. in addit. ad consue. Neap. in addit. ad cons. 9. num. 36. 2. tom. De pont. cons. 14. num. 42. Mastrill. de decis. 130. Guid. pap. decis. 389.* & de quinque insignibus Doctoratus *Masull. ad Capy. de 18 c. 48. num. 2. in fin.* Quare iniuria † commissa in Doctorem est grauior, & punitur *l. Iulia de vi publ. Guid. pap. q. 88. Socc. cons. 257. col. 4. lib. 2. quos refert Crau. cons. 168.*

19 post num. 168. maximè si sit Doctor † actu leges, vel qui legerit per xx. annos qui propterea est effectus Comes Palatinus *l. 2. & ibi Bar. Cod. de profess. qui in urb. Constantinop. & in d. progm. Cod. Franch. decis. 115. Ricc. coll. 1848. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. 2. p. c. 10. num. 3. Camil. de Curt. diuers. iur. feud. in c. feudorum num. 22. in fin.* quos citat *Thor in Compen. decis. vers. Doct. leges,* nam isti Doct. qui legunt, & scribunt videntur veram assequi doctoratus dignitatem,

20 non autem alij Doctorelli, siquidem illi sunt veluti stellæ in firmamento celi perpetuò permanens, vt no. *in Rub. & in c. quanto de mag. quia non solum sibi laborant, sed omnibus exquirentibus veritatem Luc. de penn. in l. mulieres C. de dign. ver. 36. lib. 12. col. pen. Cassan. in catalog. glor. mund. p. x. cōsider. 28.* & isti sunt præferendi alijs Docto-

ribus etiam antiquioribus vide *Carauit. in 21 in rit. M. C. V. 101. nu. 6. & de pralatione † in sedendo Doct. subrogati in locum nobilis alijs nobilibus ex genere Thor. in in compen. decis. in ver. Doct. subrogatus,* vbi refert *decis. R. Collateral. cons. Ricc. d. collect. 1848.*

22 Adè autem doctor consequitur † nobilitatem, vt si relegatur pro delicto, & carès cautione de seruandis finibus iuraret penam triremium in casu fractionis relegationis non posset condemnari, siue exequi pena triremium contra ipsum, vt fuit decisum in *Collat. Cons. coram Excellentiss. Com. Lemen. de anno 1610. refert Thor. in loco præcit. ver. Doct. qui pro suo delicto.* Vbi validissimis rationibus per 4. col. id cōprobat, vt ibi per eum. *Capibl. de Baro. prag. 7. n. 40. vide Bellag. ad spec. prin. de form. & ordin. rub. 6. & alios citat Petr. ad Gram. dec. 32. n. 18.*

Et in Doctore inquisito de falsa moneta,

23 quod Regentes noluerunt illum condemnare pena triremium idem *Thor. in ver. Nobilis, an debeat.*

24 Sed an prædicta in doctoribus † extendantur ad medicos vide integrum tract. de nobil. legum. dixi ad decis. *D. de Franch. 564.* vbi de Chirurgo, qui non fuit pena plebeiorum condemnatus, & vide *Anto. Fab. dec. 9. Boer. dec. 222. nu. 11. & 323. n. 22.*

N. 14. ibi ¶ quin pater cohonestetur nobilitate filij ¶

25 Adde *Anto. Gama decis. Lusit. 112. per tot. et Pasca. de vi. patr. pot. cap. sup. cit. n. 29.*

N. 15. ibi ¶ penas viles non esse infligendas personis honestis ¶

26 Penæ quibus plectuntur † nobiles sunt diuersæ ab illis quibus plectuntur plebei, *Petr. ad Gram. decis. 32. num. 14. D. de Franch. 27 decis. 452. nam quando tractatur de pena † mortis nobili obtruncatur caput in hoc regno colligitur ex prag. 8. tit. de arm. vbi Nouar. collect. 24. D. de Franch. decis. 96. num. 9. 240. num. 4. & 569. vbi dixi Thor. in Compend. decis. in ver. doct. qui pro suo delicto ver. quare Farin. de pen. temper. q. 98. nu. 98. Pascal. d. p. 4. c. 2. num. 61. late Ricc. coll. 19. et 232. Viscon. d. concl. incip. nobilitas col. 2. Capibl. sing. 122. pena verò furcarum datur ignobili, vt iidem præcitari DD. dicunt pena relegationis nobili pena triremium ignobili *Fab. de anna cons. 34. col. 1.* Verum fallit, & in crimine prodicionis *Marf. sing. 15. Rouit. prag. 1. num. 12. & seq. de pen. & in crimine lese Maiestatis pro quo nobiles fursis suspend.**

- spenduntur, vt tenent DD. citati per *Thor. in comp. decis.* & ipse refert obseruatum, & *Ricc. collet. 2. 177.* & in quodam Barone Calabro in ver. nobilitas in crimine lesæ Maie-
statis licet cōtrariū dicat hic Author, & in
causa hæresis vide *dec. Ricc. 224. p. 2.* & *col-
lect. 278. 2. p. Nouar. d. coll. 24. num. 8.* vbi
quid in crimine falsi, & ob enormia delicta
furcis fuisse nobiles suspensos in contigen-
tia facti *D. de pont. conf. 36. vol. 2.* & magi-
stratus, vide *Baiard. ad Clar. q. 62. num. 96. et
97.* & in *§ furtum ver. est igitur. Gandin. de
Malef. tit. de pēn. 2002. num. 58. vbi 8.* casus
enumerantur quibus nobiles furca suspen-
duntur apud quos multa, & ego multa ad-
duxi ad *dec. D. de Frāch. 569. vbi etiam dixi,*
quod non modo pēnæ sunt distintæ inter
nobiles, & ignobiles verum etiam carceres,
28 carceres .n. † nobilium sunt diuersi à car-
ceribus ignobilium, vt restatur *D. de Frāch.
decis. 630. Nouar. d. collect. 24. nu. 7. Carabb.
sing. 125. Thor. d. ver. Doctor qui pro suo
delicto, & de carcere nobilium loquitur Bo-
uadill. in sua polit. tom. 2. fo. 355. & 544.*
- 29 Et de carceribus titulatorum † quod hi
non possunt carcerari inconsulto Prorege
nec contra eos capi informatio, nec citari
quamuis criminibus grauioribus maculati
l. grauis C. de dign. lib. 12. Capibl. sing. 148. &
quando carcerantur, detinentur in Castro
nouo, vel Oui, & ita vidi seruari, & seruatur
hodie *Surg. de Neap. Ill. lib. 1. c. 2.* licet vide-
derim in carceribus nobilium, & in d. Ca-
stris carceratos non nullos, qui nobilitate
non gaudent, nec sunt titulati.
- 30 Et isti titulati † si damnantur ad mortem
non fit exequutio iustitiæ in publico pati-
bulo, & in loco delicti, sed in carcerib. *Surg.
de Neap. illustr. lib. 1. c. 2.* vbi subdit quod ea
- 31 ratione Io. & Paulus † fratres Iuliani Imp.
non fuerunt publicè, sed in carceribus de-
collati (Non (inquit) decet vos intra au-
lam Regiam nutritos, vt publicè occidami-
ni.) Vide quæ refert *Cassan. in Catal. glor.
mund. p. 6. confid. 38.* & *Surg. vbi sup. Bened.
jn c. Raynutius in ver. & uxorem nomine
adelasiam in materia success. ab intest. num.
808.* & de alijs prærogatiuis istorum titula-
torum *Mastrill. de mag. lib. 4. cap. 13.* ad quē
se remittit *Capibl. sing. 148. incip. persona Il-
lustres.*
- 32 Prædicta autem prorogatiua † gaudent
non modò titulati, sed etiam milites, & pa-
tritij priuati vulgò (Cauallieri) qui morte
non mulctantur, vbi ceteri facinorosi mul-
ctari solēt, sed in carcerib. *Surg. frater in an-
notat. ad fratr. lib. 1. c. 21. fo. 373. priu. 4.* vbi
refert in nobiles sedilicios ex humanitate
Comit. O. iua. Proreg. pēnam fuisse ad O-
stium Palatii M. C. V. exequutam.
- 33 Sed quid in bastardis † titulatorum vide
*Surg. vbi sup. vbi dicit quod sūt nobiles, &
admittuntur ad assumendum habitum Hie-
rosolimitanum absq; legitimatione Surg.
lib. 1. c. 23. n. 14.*
- Et vt redeamus ad carceres sicuti dixi,
quod sunt nonnulla crimina pro quib. etiā
nobiles furcis suspenduntur, & vide *Rouit.
in prag. 1. de pēn. num. 14.* vbi quod pēna tri-
remium quodoc; nobilibus imponitur, vt
illis seruiant proprijs sumptibus, & an tunc
debeant habere rationem *nu. 15.* ita etiam
- 34 poterunt † pro illis in carceribus plebeio-
rum nobiles carcerari, & ideò in crimine
furti nobilem posse carcerari in carceribus
plebeiorum dicit *Carabb. sing. 60.* quod an
sit verum, & procedere posset cogita; nam
Preses de Franch. decis. 569. nu. 6. dicit quod
pro furto nobiles puniuntur pēna capitis
per cap. Reg. quod incip. placuit, vbi Niger.
quæ est pēna nobilium sicuti plebei pēna
furcarum, & sic videtur sopita illa quæstio
- 35 † si per furti delictum amittitur nobilitas
de quo per *Pasca. de vir. patr. pot. p. 4. c. 2. n.
61. Tu vide Capibl. d. sing. 122.* & *D. de Pont.
de pot. proreg. tit. 1. § 1. & decis. D. de Franch.*
- 36 571. in qua dicit Clericum † pro magno
furto fuisse degradatum Cur. seculari tradi-
tum, & furca suspensum.
- 37 Et an satisfiat statuto † distanti quod
quis pro delicto detineatur carceratus si
nobili assignatur Palatium, vel tota Ciuitas
pro carcere, quod sic, *Ang. in l. qui in carce-
rem ff. de eo. quod me. ca. Pasca. d. p. 4. c. 2. nu.
79.* prout satisfiat etiam ritui nostro distanti
vt quis aduersus instrumenti liquidationē
non audiat nisi in vinculis, si nobili assi-
gnatur tota Ciuitas pro carcere, vt dicit
*Pasca. ibi num. 81. ex Bartholom. de cap. su-
per d. rit. qui incip. Quod si debitores num. 16.*
quod ego seruari hucusq; non vidi.
- 38 Sed an huic priuilegio † nobilis sibi con-
cesso circa carcerationem, & pēnas igno-
miniosas renuntiare possit, quod non *Ce-
uall. q. 689.* quē refert *Paschal. vbi sup. nu.
88.* qui refert ibi aliam opin. *Amesc. de pot. in*
- 39 *semet ipsum lib. 2. c. 3.* & de renuntiatione †
priuilegij nobilitatis, an possit, & valeat fieri
Capibl. prag. 7. de Baro. num. 38. Verum si
- 40 est electus † nobilis ad aliquod officium,
populare potest cogi illud acceptare, sed
debet cum protestatione. citra præiudicium
nobilitatis, vt dicit *Thor. in ver. nobilis si
fuerit electus.*
- 41 Nobiles autem † vndè dicti sunt *Surg. de
Neap. Illust. lib. 1. c. 23. n. 1. Gait. in prin. huius
decis.*

decis. cit. Et quis propriè dicatur nobilis *Paris. de Pute. tra. de re mil. vol. 6. tract. fo. 32. n. 4.* Et quod tribus modis quis dicatur nobilis *Memo. de arbitra. cas. 67.*


- 42 Et an forensis † in aliena patria dicatur nobilis quod non *Bal. in c. qua in Ecclesiarum de offit. ordin. Baiard. ad Clar. d. q. 62. nu. 93 vbi n. 95.* declarat quomodo intel-
43 ligendum quod † mitius puniuntur nobiles, quam ignobiles apud quem multa in materia nobilium reperies.

Quæ autem diximus de nobilibus de pē-
44 his infligendis † extēdas ad populāres diuites hi. n. dicuntur nobiliter viuentes *Fab. de Anna d. conf. 34. n. 5.* de quo meminit *Tbor. in d. ver. Doctor. qui pro suo delicto 3. col. fo. 151. Farin. d. q. 98. num. 99. Pascual. vbi sup. n. 62.* De Pont. de pot. proreg. tit. de diuers. prius. fier. solit. §. 2. nu. 2. fo. 11. per tex. in l. capitalium §. serui ff. de pan. *Vifcon. d. cons. nobilitas, & Capibl. d. sing. 122.* Quorum non meminit *Petr. idem tenens ex d. cons. Annæ ad Gram. decis. 32. nu. 25.*

N. 16 ibi ¶ si mulier nobilis nups-
rit viro plebeio quo casu amittit nobi-
litem ¶

- 45 Quod obumbratur nobilitas † mulieris si viro plebeio nubat *est tex. in l. fin. C. de nup. Lopez in rub. de dona. in vi. & vxor. §. 31. n. 6. & §. 32. num. 1.* & istam ignobilitatem re-
46 tinet † mulier etiam post mariti obitum. *Guid. Pap. decis. 349. & 380. Pascual. d. c. 2. n. 35.* qui refert ad alia, quæ apud eum videre poteris.

Joseph Mele.



SVMMARIUM.

- 1 Remissio an fieri possit sub conditione affi-
runtur *decis. n. 3. & 4.*
- 2 Guidatica quando sub conditione concedun-
tur, quod non accedant ad locum quomodo
observanda.

AD DECIS. XI.

- 2 **D**E hoc art. an remissio † possit fieri sub conditione vide *Tbor. in compend. decis. Reg. in ver. Remissio obtenta ab heredibus offensi fo. 459. Rouit. prag. 8. de compos. num. 16. & seq. vbi refert quid decisum Magrill. decis. 38. vbi refert plures decis. & in tra. de in-*

*dult. q. 24. à num. 34. fo. 216. Gama. decis. l. u-
sit. 63. & 368. Pasca. de vi. patr. potest. p. 2.
c. 1. n. 124 fo. 181. cum alijs per eum cita. Vin.
com. opin. 574. Farin. 3. vol. q. 107. num. 262.
cum seq. vbi diffusè. Capibl. de Baron. prag. 6.
nu. 47. fo. 164. Carauit. Rit. 275. 3. q. Baiard.
ad Clar. q. 77. in fi. Vrsill. ad Affl. dec. 350. n.
5. nouissimè Vifcon. in conclus. incip Remissio
sue pax. vbi refert decisiones sua tempe-
state emanatas latè *Giurba conf. 74. crim.*
qui alios citat, & de remissione si requirat
scripturam, & quomodo fieri debeat *Petr.
ad Gram. dec. 24.**

- 2 Et de conditione † simili, quæ apponitur in guidaticis, quod non accedat ad locum, partis offensæ observanda, & quid si non observatur vide omnino *Capibl. d. prag. 6. n. 158. & seq. Rouit. d. prag. 8. de compos. nu. 8. nouissimè Tbor. in 2. p. Compen. decis. Reg. in ver. Guidaticum, & ver. Guidatus. Nouar. lib. 1. qq. Foren. q. 130. incip. Guidaticum.*

Et quia supracitatus art. fuit olim agita-
tus tempore Regen. Salernitani in S. C. emanataq; super illo decisio, quam habeo ad pennam, & non est impressa ideò hic inferendam sum arbitratus.

- Fuit dubitatum in S. C. an ille qui remis-
3 sionem † fecit parti inquisitæ de aliquo de-
licto omnis iniuriæ passæ, vel actionis com-
petentis contra inquisitum nihil sibi refer-
uando nisi quod inquisitus non possit mo-
rari, vel ingredi in tali Ciuitate alias, quod prædicta remissio sit nulla, & inualida, & habeatur pro non facta; si demum inquisi-
tus contrauenit, possit pars offensa, quæ ta-
li modo remissionem fecit accusare, & ac-
cusationem proseguere.

Dubium facit tex. in l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. ibi (quia primo actio sublata est, & posterius pactum inefficax est ad agendum, & decisio *Bart. in d. §. pactus* vbi determinat, quod si legatus absoluat præfectum sub certis pactis alias, quod re-
incidat in pēnas prædictas si non est supe-
rior. qui potestatem legis condendæ habeat cuius contractus vim l. obtinet, vel per sti-
pulationem non adiecta pēna pecuniaria, talis adiectio clausularum nihil operatur, & idem *Bar. in l. tale pactum §. qui prouocauit ff. eo. tit. & in l. non solum §. iniuriarum ff. de iniur. & maius dubium facit tex. in l. quā-
vis C. ad Turpil. vbi videtur casus prima-
fronte. Fuit conclusum, quod aut post dictam pacem, & remissionem à parte of-
fensa habitam modo prædicto sequuta est Indulgentia Principis, qui simpliciter, & nō cum dictis qualitatibus indulgit, & tūc quia Principi placuit indulgere sine dictis relex-
natio-*

uationibus, & pōt Princeps hoc facere sine remissione partis, vt tradit *And. qua sint regal. in ver. & bona nonnulla l. col.* & tunc etiam quod sequatur contrauentio non potest pars offensa aliquid prætendere postquam indulgentia extinsit crimen, vel criminis iudicium *l. indulgentia C. de abolit.* & isto casu quandoq; S. C. iudicauit in fauorē inquisiti. Aut verò sequuta non est Indulgentia Principis, & sic remanet contractus remissionis in puris terminis prout celebratus est, & tunc si est factus sub dicta conditione, vel pacto, quod sit pars dicti contractus, sequuta contrauentione, non prohibetur pars, quæ remissionem fecit accusationē suam prosequi, nam per dictam remissionē non est extinctum delictum, sed tantum est impeditum ius accusandi, vel accusationem prosequendi, & ideo si contrahentes hoc modo voluerunt contrahere, & nō aliter nihil impedit quominus possit, quia ex eodem actu ex quo oritur remissio, oritur facultas prosequendi accusationem, & iura clamant in re propria quemlibet moderatorem, & arbitrum, & rursus id quod alicui inest non posse ab eo sine eius facto euelli, & cum consensus contrahentium sit indiuiduus infertur, qui si pro parte non sustineatur debet corrui in totum *tex. in l. tutor S. curator ff. de min. cum sim. ibi per glo. adductis.* Et illa quæ supra dubium faciebāt cessant quia *tex. in d. S. pactus* loquitur quando pactum propter cuius contrauentionē prætendebatur remitti debere actionem, fuit ex interuallo appositum, vt patet ibi (& post.) Bar. verò loquitur non in conuentione facta inter partes, sed in gratia concessa à superiore, qui poterat facere gratiā, non autem poterat providere, quod actiones reuiuiscerent, & sic eum intelligit ibi Alex. *tex. verò in d. l. quamuis* magis fundat contrarium, quia ibi loquitur in abolitione, quæ per accusatorem impetrabatur à Præfide ex causa cognita, quæ impedit quò minus agi possit iterato, quo casu licet accusator, & accusatus pacti essent de aliquo, vt de hoc facta abolitione accusatori præstaretur, vt no. ibi glos. tamen accusator erat impetraturus abolitionem à Iudice, quæ abolitio impetrabatur simpliciter, & ideo si accusator sic illam impetrauit etiam non adimpletis promissis non reddit ad accusationem, quia conuentio contrahentium nihil poterit operari ex consensu ipsorum in actu, qui non dependebat ab eorum voluntate, sed à superioris ordine concedentis abolitionem, quæ tanquam actus legitimus neq; tempus, neq; conditionem recipiebat

l. actus legitimi ff. de reg. iur. quæ omnia cessant in quæst. de qua agitur. Quare fuit iudicatum, quod dictus querelans admittatur ad faciendam partem in iudicio die primo Aprilis 1568. Hæc ille.

- 3 Mihi autem magis placet distinctio † relata per *Rouit. d. prag. 8. nu. 16. & decis. S. C.* per ipsum ibi adducta, quam sequeretur.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 *Sententia si sunt plures condemnati in certa summa, & tenebantur in solidum censentur condemnati pro rata.*
- 2 *Extenditur etiam quoad condemnatos in expen. fructus, et similia, & vide remis. n. 3*
- 4 *Tutor, quæ teneatur adimplere antequam incipiat administrare.*
- 5 *Sententia est indiuidua, & quando, & quid si continet diuersa capita.*
- 6 *Hypotecaria est indiuidua pro Affl. contra Capi.*
- 7 *Vtile per inutile quando vitietur, & nu. 8.*
- 9 *Actio hypotecaria est pedisequa actionis personalis.*
- 10 *Hæres tenetur pro portionibus hereditarijs.*

AD DECIS. XII.

- R**egula, quæ desumitur ex *l. 1. C. si plur. vn. sen.* de qua per Autho. inf. num. 2. ver. secundò dicebat, est quod plures, qui tenebatur † in solidum, si simpliciter condemnentur in certa summa, intelliguntur cōdemnari pro rata, quam regulam exornat *Ricc. coll. 246* & per d. *tex. ira* alias iudicauit S. C. de quo per *Affl. decis. 215.* quorum nouissimè meminit *Gallupp in sua recen. prax. S. C. p. 3. c. 2. n. 12.* nulla facta mentione de *Gram. decis. 68.* cuius meminit *Amend. ad D. de Franch. dec. 228. in prin.* apud quem de materia *d. l. 1. & apud Boer. decis. 59. n. 8. & 310. nu. 4. & 6. Rot. Genue dec. 28. n. 11. Causal. dccif. 38. n. 2. Cartar. decis. 28. n. 3. D. de Franch. dec. 680.* quorum neq; meminit *Ricc loc. cit.* benè tamen nouissimè illorum meminit *Viscon. in in concl. quæ incip. sententia condemnatoria fo. 258.* qui alios citat, sed non meminit *Ma full.* qui de eadem materia tractat. in *addit. ad Capi. dec. 8. num. 1. & Capibl. rub. de Baron. nu. 59.* & eam extendit etiam ad cōdemnationem in expensis ad fructus, & ad alia, vbi per eum.
- Et

3 Et de pluribus † condemnatis ad expensas, an teneantur in solidum, vel pro rata. *Borrell. in 2. p. sum. decis. tit. 39. num. 235. cum seq.*

N. 1. ibi ¶ quamvis inuentarium, & solemnina non confecerat, & proinde non poterat administrare. ¶

4 Tutor † quæ teneatur præsertim adimplere antequam administret, vide *Viscon. & DD. per cum longa serie cit. in concl. incip. tutore minus legitime constituto fo. 278. Altimon. in prax. tut. in ver. vel acceptans solemnina adimpleat per tot. Causal. de tuto. & curat. nu. . .*

N. 2. ibi ¶ quia sententia est indiuidua. ¶

5 Quod sententia est † indiuidua, & quando vide *Gail. lib. 1. obser. . . & de sententia continente diuersa capita vide Tiraq. de retra. conuen. in fi. n. 142. fo. mibi 1013. Viscon. concl. incip. sententia.*

6 Hypotecaria quoque est indiuidua † vt per *Affl. dec. 213. cōtra quam pugnat Cappy. dec. 173. qui diuiduā dicit, etiam dec. 122. & Anna sing. 73. sed magis verā dicit dec. Affl. ibi Vrsill. n. . & Gutierrez. præf. qq. lib. 1. q. 67. Capibl. prag. 8. 2. p. n. 200. de Barō. fo. 289. nō mirum igitur, si ratione hypothecæ, & indiuidui, cum hic fuerit actum, non modò actione reali, verum etiam hypothecaria, assistētia poterat executioni mandari contra possessorem, nā etiā si debitores plures essent, & obligassent omnia sua bona, sequuta sententia condemnatoria super obligatione de necessitate debet intelligi in solidum, & nō in virili ratione indiuidui, sicut est hypotheca, ita *Ludo. de peguer. dec. 181. quam re colligit vbi sup. Ricc. de quo vide Capibl. in d. rub. nu. 59. & Bombin. in repet. l. 4. §. sato nu. 53. & seq. de ver. oblig.**

N. 2. ibi ¶ quo casu vtile per inutile vitiatur. ¶

7 Vtile † per inutile in contractib. an vitietur, & quando vide multas *decis. & DD. cum mutatos per Viscon. in concl. quæ incip. vtile per inutile fo. 291. Tiraq. de retra. lig. in fi. n. 63. fo. 775. & alios cum mutatos per Petr. ad Cappy. dec. 49. in ver. vtile & c. Cartar. dec. 39. n. 11. omninō vidend. ad propositum huius decis.*

8 Et quod quando est separabile † non vitiatur idē *Tiraq. ibi et Auth. inf. dec. 22. n. 29.*

N. 5. ibi ¶ tam quo ad caput actionis realis, quā quo ad action. psonal. ¶ Adde quod actio hypothecaria † est pedisse-

qua, & sequela actionis personalis, vt dicit *Bal. nouell. in tra. de dot. p. 7. priu. 31. & in proprijs nostris terminis dicit D. de Franc. decis. 581. nu. 3.*

N. 6. ibi ¶ quod hæredes tenentur pro hereditarijs portionibus ad onera hereditaria, si fiscus sit creditor nisi intercedat pignus, vel hypotheca. ¶

10 Quod hæredes teneantur † pro portionib. hereditarijs, & quod procedit, tñ in exigendo, quam soluendo etiā si testator mandasset, vt vnus ex hæredib. solueret totū debitum cum ampliacionib. & limitationib. dixi ad *D. de Franch. dec. 681. et dicam inf. dec. 52. & materiam latē tractat Viscon. in concl. hæres est eadem persona. Bombin. vbi sup. n. 9. 75. 102. & 104. & alij in d. decis. 52. adducendi.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 *Foriudicari non pro omni crimine quis debet, sed pro quo nu. 3.*
- 2 *Citatio ad foriudicandum, vt possit expediri quomodo debet constare de delicto.*
- 3 *Foriudicari non potest percutiens cum baculo, vel lapide, & quod pena exilij puniendus venit nu. 23.*
- Quis officialis possit foriudicare.*
- 4 *Carcerum effractor indulgentia gaudere non debet.*
- 5 *Carceres frangens offendit officiales carcerum.*
- 6 *Carcerum effractorum auxilium, & opem præstantium pena.*
- 7 *Bannitos posse impune occidi dicitur Constit. Reg. cum qua concordat ius commune.*
- 8 *Banniti, an possint proditorie occidi, vel ex odio priuato, & eis auferri vestes.*
- 9 *Quid si bannum continet ista verba (in lo miglior modo che lo potranno pigliare) & an iudex possit tale mandatum concedere.*
- 10 *Banniti, an possint per pecuniam occidi, & quid in uxore patre, & filio.*
- 11 *Banniti, an appellatione pendente possint occidi.*
- Bannitorum domus destruuntur.*
- Recaptus crimen committens, an possit impune offendere.*

E

12 Ban-

- 12 Bannitus qui obtinuit gratiam, sed nondum est a banno cancellatus, an possit occidi.
- 13 Bannitorum occisio quando sit licita, vel illicita remiss.
- 14 Bannitus, an possit bannitum capere, & premium consequi.
- 15 Bannitum, qui habet guidaticum dolose occidens, an teneatur de occiso. Carceratus non potest offendi.
- 16 Bannitus iniuste, an possit impune occidi, & an extra territorium bannientis nu. 17.
- 18 Consanguineis bannitorum datur ex fractus.
- 19 Banniti quando tractatur de eorum offensione, intelliguntur y qui sunt foriudicati.
- 20 Banniti non habentur pro mortuis nisi fuerint foriudicati.
- 21 Banniuntur contumaces priusquam fiant foriudicati, & de forma banni.
- 22 Banniti in Regno differunt à foriudicatis.
- 24 Contumax præceptis Principis ex eo, quod noluit prestare cautionem de non offendendo, an possit foriudicari, & banniri, & si uult contumaciam purgare coram quo debet se presentare.
- 25 Furti pena in Regno.
- 26 Fures in Hispania non gaudent immunitate Ecclesie.
- 27 Furti pena imposita per cap. Regni, an habeat locum in crimine peculatus.
- 28 In furto quando procedatur ex officio.
- 29 Mortis pena, an pro furto magno quis puniatur.
- 30 Clericus pro furto magno fuit degradatus, Curia seculari traditus, & suspensus.
- 31 Mortis pena, an puniatur pro tribus paruis furtis, ubi de illis qui continuo furantur vulgò dieli (marioli) ad hoc, ut possint damnari quot furta requirantur.
- 32 Furtum magnum quando dicatur.
- 33 Furtum minorum commissum cum violentia, an puniatur pena mortis, & nu. 37.
- 34 Statutum habens plures qualitates omnes concurrere debent, ut habeat locum.
- 35 Furtum qualitates aggravant, & ponuntur exempla.
- 36 Furtum minimum cum violentia siue intra siue extra urbem pena mortis puniatur.
- 37 Fures scalantes domos pena mortis puniuntur.



- 1 Quid pro omni crimine quis foriudicari non debet, sed pro illo tantum, pro quo venit imponenda pena mortis naturalis, vel deportationis post Ifern. Affl. & alios tradit Reg. de pon. in suo tra. de pot. proreg in tit. de diuers. prouis. fieri solet. §. 4. nu. 47. & seq. fo. 30. Thor. in compen. decis. in ver. foriudicatio fo. 241. Molf. ad consue. Neap. p. 4. q. 47. & seq. Foller. prax. crim. in ver. banniantur num. 27. nouissime vide omnino Giurba. conf. 83. ubi nu. 4. ineminit huius decis. Campag. in c. si quis forbannitus num. 19. & in c. siue num. 2. 7. 18. & 19. D. Consil. Rouit. in pragmat. 1. num. 34. tit. de sent. foriudica. qui dicit, quod foriudicari quis debet in casu quo venit imponenda pena mortis naturalis tantum, nouissime Viscont. in concius. foriudicatus col. 2. fo. 101. & ego antequam Viscon. edidisset illud opus citavi ad decis. D. de Franch. 639. nu. 17. & apud Viscon. vide quomodo debet constare de delicto, ut possit expediri citatio ad informandum, & capitula, & deueniri ad foriudicationem, quam non admitti nisi in causis criminalibus ex reg. cap. hic cit. per Authorem dicit D. Reg. Tappia ad rit. 166. tit. de liq. instr. nu. 25. fo. 240. lib. 3. in. Reg. & vide Faller. prax. crim. ver. banniantur in prin. Leonar. prax. official. c. 13. nu. 24. ubi tradit practicam.
- 3 Vnde non posse foriudicari percutientem cum baculo, vel lapide dicit Campag. in c. si quis cum ranca nu. 5. Thor. in ver. foriudicari, an poterit. Et si fuit foriudicatus, qui ob delictum veniebat puniendus pena exilij, an si fuit captus, contra cum debeat exequi sententia foriudicationis Tho. in ver. foriudicatus si fuerit captus. Et à quo officiali possit fieri foriudicatio, an ab officialibus baronalibus quod sic Ricc. collect. 2576. 7. p. ad exornationem Const. Reg. siue quis, & ibi infra quantum tempus foriudicatus à curia Baronali per illam curiam asscurari, & à banno extrahi possit, quod infra annum id agere poterit ex Nouar. q. forens. 147.

N. 4. ibi quod magis est aufugere à carceribus, quàm citatus non comparere.

Hæc eadem verba habes apud Campag. in d. c. si quis forbannitus num. 10. 11. 12. & 13. fo. 145. à quo habuisse credo Authorem eo non citato. Et adde quod effractor foriudicatus à carceribus, & ab eis aufugiens non debet gaudere indulgentia D. de Franch. decisio. 679. in fin. D. Consil. Rouit. pragmat. 5. de abolit. num. 33. ubi quod per

5 per tale delictum † offenditur officialis carceris, quo casu non remittitur delinquens, prout ita in facti contingentia practicasse testatur in Audientia Calabria Capibl. prag. 6. p. 1. nu. 225. & de pena † fugientis a carceribus illoq; frangentis, opem praestantis, & auxilium, vide *Clar. §. fin. q. 21. vers. 3. & ibi Baiard. & alios adden. Farin. de carceribus, & carcerat.*

N. 5. ibi ¶ constitutio permittens foriudicatos occidi posse per priuatos ¶

7 Cum ista constitutione distante Bannitos posse impunè occidi, quia est † extra Principis protectionem, concordat ius commune in l. amissione §. qui deficiunt ver. sed ij quos Senatus hostes iudicauit, & ibi Bal. ff. de cap. dimin. quam exornat Ricc. collect. 291.

8 Et quod possint Banniti impunè occidi *Clar. in §. homicidium nu. 49. & ibi Baiard. num. 228. Meno. de arb. q. 90. num. 43. & seq. vide Rouit. sup. prag. rub. de exul. num. 1. Giurb. cōf. 3. vbi multa de materia. Mastrill. decis. 285. num. 14. & decis. 104. nu. 6. in qua* 8 *decis. vide an possit bannitus † occidi proditoriè, vel ex odio priuato. Giurb. d. conf. crim. 3. Greg. Lopez. l. 3. tit. 27. p. 7. glo. 4. Nell. de bann. 1. p. 2. temp. q. 12. Alber. 4. p. stat. q. 20. vbi quod taliter occidens peccat, & vide Ambrosin. in decis. Perusin. 23. nu. 25. Carauit. in prag. 1. de exul. num. 134. vbi an taliter occidens consequatur præmium Baiard. ad Clar. §. homicidium, & ibi alij adden. num. 120. Foller. d. prag. 1. de exul. & de eo qui occidit bannitum auferendo ei vestes, & de antè dictis Pascal. de vi. pa. pot. p. 4. c. 3. num. 26. 27. 28. D. de Franch. decis. 276. nu. 4. Arno. soliloq. 40. & an captus per homines priuatos resistens possit impunè occidi dic, quod sic si est notoriè bannitus. Penn. in l. quoties C. de exa. trib. lib. 10. Petr. ad Gram. decis. 41. nu. 9.*

9 Et quid † si in banno continerentur ista verba (in lo miglior modo, e forma, che potranno pigliarlo) an per ista verba poterit bannitus † vel delinquens impunè etiam per pecuniam occidi Bal. in l. addictos num. 3. C. de epis. aud. de quo videndus est in pulchro casu Meno. de arbitr. cent. 6. cas. 588. & Petr. ad d. Gram. decis. 41. num. 8. qui non meminit de Scaglione. qui videndus est circa praedicta in rub. de exulib. nu. 5. & Carrab. sing. 29. incip. bannitus.

Et an Iudex possit hoc mandatum concedere, & quando Foller. prax. crim. ver. notatos capiat de persona nu. 3. ver. si autem esset foriudicatus, quam refert Petr. vbi sup.

num. 8. vbi num. 11. quod non debet concedi partibus offensis, & vide in materia Amen ad de Franch. decis. 102. num. 25. vbi an vxor, & pater possint foriudicatum virum, vel filium occidi facere D. de Franch. 11 decis. 276. Grand. de bell. exul. fo. 161. Et an † pendente appellatione bannitus possit occidi Viu. decis. 335.

Et quod non modò banniti possunt occidi, sed eorum domus destrui Nig. in c. cum apud Trantum Boer. decis. 230. sicuti etiam domus receptatorum n. Petr. ad Gram. decis. 32. num. 5. & 71. num. 9. sicuti domus committentium crimen lesæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, vt optimè probat tex. in c. felices de pen. in 6. & Cened. qq. Cano. q. 16. num. 18. fo. 152. vbi multos cumulat ex quibus eiusmodi delinquentium domus etiam aratro subiici, et sale conspergi testatur, sed si non est quis foriudicatus, sed habetur pro ioriudicato, vt est ille, qui recaptus crimen commisit, an possit impunè occidi, quod sic, vt in Pragm. 12. de exul. quia isti habentur pro foriudicatis si non comparent inf. quatuor dies post citationē, vt in d. prag. adeò quod non est opus alia sententia declaratoria, vt distant verba dictæ Prag. & tenet ibi 12 D. Rouit. n. 3. & quid si bannitus † obtinuit gratiam, sed non dum est cancellatus a banno, an possit impunè occidi Pascal. d. c. 3. nu. 8. ad quem te remitto, de alijs, & multis q. 13 circa licitam † & illicitam bannitorum occisionem, & D. per eum adductos, nam per tot. illud caput prosequitur materiam istā, & alia per Viscò. in uer. foriudicatus, & apud Boff. et Farin. quorū meminit Viscò. in cōcl. 14 bānitus in prin. habes an bannitus † possit bānitus capere, & illū occidere, & præmiū 15 consequi; & in fin. an occidēs foriudicatum † dolosè qui habet saluum conductum, siue guidaticū teneatur de occiso, vbi citat Capibl. prag. 6. de Baro. & an consequatur præmium Clar. in §. homicidium, & ibi Baiard. n. 120. & alij adden. Carauit. & Ambrosin. vbi sup. qui alios adducunt, & de bānito carcerato, quod non possit offendi cum sit sub protectione Curie est tex. in l. fin. C. de cust. reo. Clar. d. §. homicidium ver. quero etiā Petr. ad d. Gram. dec. 41. n. 17. vide Ambrosin. dec. 16 23. & an si iniuste † quis fuerit bānitus possit impunè offendi Mago dec. 128. & an ex 17 tra territorii † foriudicantis D. de Franch. dec. precit. 276. vide D. Rou. d. prag. de exul. & 18 de extractu cōsanguineorum bannitorū, & ad quid teneatur cōsanguinei illorum latè Petr. ad d. Gram. dec. 32. n. 4. & de alijs in materia præter sup. cit. vide Ann. in conslit. terminū vita, et alios cit. per Viscò. ad d. D. de Franch.

Franch. decis. 276. quibus adde nonissimè *Ambros. d. decis. 23.* vbi multa reperies, quæ post hæc scripta vidi.

Illos autem intelligo bannitos, quando præsertim de illorum offensione, & occisione tractatur, qui sunt † foriudicati, nam in hoc Regno solum banniti † non habentur pro mortuis, nisi fuerint foriudicati *Viscon. d. concl. bannitus ex Clar. ibi cit. & Amen. ad D. de Franch. decis. 102. nu. 13. & 22.* fiunt. n. contumaces banniti priusquam foriudicentur, vt per *Foller. in prax. ver. banniantur*

21 vbi n. 4 ponit formam † banni, & banniri 22 † in Regno differunt à foriudicatis *Baiard. ad Clar. q. 96. Amē. ad d. de Frā. dec. 276. n. 6.*

Sed secundū Cōtt. Pōt. qui bāniti possint. occidi, vide *Ambros. in dec. Perus. 23. à n. 12.*

Quid de assassinis, an possint impunè offēdi remisso te ad tradita exactissimè, & copiosissimè per *D. Syluium Maranta* virum alioquin non minus eruditū, quam integerimum D. meum ad præsens R. Auditorem in Prouincia Otranti in libell. quem edidit de *impunibili assassinorum nece*, vbi etiam cumulat omnes casus in quibus à iure promittitur quis offēdi.

N. 5. ibi ¶ vt in eo tantum crimine locum habeat, pro quo si coram Iudice compareret, & de crimine conuinceretur, aut confiteretur, possit ad pēnam mortis iudicialiter condemnari ¶

Hinc dixi supra ex Thor. quod si quis fuit 23 † foriudicatus ob delictum, pro quo veniebat puniendus pēna exilij si est captus contra eum non debet exequi sententia foriudicationis, & dicit *Campag. in c. si quis cum Ronca. n. 5.* quem supra etiam adduxi, quod non potest quis foriudicari si percussit aliquem baculo, vel lapide.

24 Quid si quis est † contumax, & inobediēs præceptis Principis, vt quianoluit præstare fideiussionem de non offendendo, an possit banniri, quod sic *Capy decis. 141. Thor. in cōpē. dec. in ver. Bāniri, an possit contumax.*

Et banniti si voluerint contumaciam purgare, coram quo Iudice debent se præsentare vide *Ricc. collect. 2825. 7. p.*

N. 7. ibi ¶ statuens pēnam mortis aduersus eos, qui furati fuerint rem excedentem valorem vntiæ, & ab augustali ad vnciam pēnam amputationis manus. Hæc pēna neq; in vsu est, & illam non practicamus ¶

25 Adde *Iul. Clar. in §. furtum nu. 7. † & ibi adden. lit. K. lit. M. & N. Campag. in c. ad hoc*

n. 8. Muscatell. in prax. delict. in gener. tit. de pēn. fur. num. 15. fo. 178. & de pēnis apud Aegyptios, Germanos, Græcos, & Romanos *Meno. de arbitr. lib. 2. cas. 295. & seq. relatus à Giacch. & Baiard. add. ad Clar. d. §. furtum lit. K.* quem etiam refert *Rouit. in prag. 1. de furt. noctur. & in hoc Regno habemus multas Regni Const. & prag. de quibus per Muscatell. in prax. cogn. deli. in genere, de pēn. fur. n. 2. & seq. vbi quæ pēnæ sint in vsu.*

26 Et in Hyspania † etiam simplicem furem non gaudere immunitate Ecclesiæ testatur *Couar. var. resol. cap. 20. n. 3.* Cuius meminit *D. Regens Tappia in ius reg. in tit. de his, qui ad Eccl. confug. num. 33. fo. 68. lib. 1. Iu. Reg. & vide Viscon. in concl. incip. furtum.*

27 Sed an dispositio † cap. reg. de quo hic fit mentio imponentis furanti vltra vntiam, pēnam mortis habeat locum in crimine peculatus, quod sic *D. de Franch. decis. 315.* & quæ sit pēna peculatus *Stacca de mercatur. fo. 77. nu. 77. Menoc. de arbitr. iudic. cas. 586.* Et quod d. cap. habet locum concurrente violatione pacis, vnde non est mirandum de pēnis in eo inflictis dicit *Baiard. ad Clar. vbi sup. num. 25. vide Campag. in d. c. ad hoc D. de Franch. d. decis. 315. & 521.* vbi habes 28 etiam quando in furto † procedatur ex officio, & quomodo probetur valor rerum furto subtractarum *Amend. ad d. decis. 315.*

N. 7. ibi ¶ nisi pro furto magno ¶

29 An pro furto magno quis † mori debeat vide *Clar. in §. furtum num. 9. & ibi adden.* & pro affirmatiua *Caball. resolut. 58. Franc. Mare. decis. 6. p. 2.* quod est verum si æquiparatur tribus *Novar. ad prag. collect. 112. num. 2. & Ricc. collect. 1087.* qui refert tres casus in quibus quis pro furto punitur pēna mortis, vide etiam *Gomes. de delict. c. 5. num. 10. & seq.* Et quomodo puniantur minores pro furto vide *prag. 2. de furt. noct. & ibi Nouar.*

30 Et pro furto magno † Clericum fuisse degradatum Cur. seculari traditum, & furta suspensum dixi supra *ad decis. 10. num. 36.*

31 An autem quis puniatur † pēna mortis tam pro vno furto magno, quam pro trib. paruis vide *Novar. d. collect. 112.* & quando dicatur plura furta *Giurb. cōs. 93. n. 2. & seq. Caball. resolut. 19. Thor. in compend. decis. in ver. fur. diuersis vicibus fo. 217. Gram. d. cis. 48.* iuxta quam decisis testatur *Farin. tit. de inquisit. q. 2. num. 15. in fin. vt ibi per Thor. & Visc. in cōcl. fustigatio in fi. vbi de illis cōtinuò furantib. quos vulgo mariolos appel-*

appellamus; quod ad hoc, ut possint ad mortem damnari sufficit, quod verificentur duo, vel tria furtiva Gramat. decis. 48. quo vide etiam Drapb. add. ad Clar. in d. §. furtum lyt. 32 S. fo. 29. & quando dicatur furtum + magnū Baiard. ad Clar. d. §. furtum nu. 42. Menoch. 23 de arbitr. cas. 295. n. 10. Et quid si furtum + sit minimum commissum cum violentia in strata publica, quod pena mortis puniatur Masfrill. tra. de indult. c. 33. num. 2. quem refert Viscon. in concl. furtum col. 4. apud quē multa. Giurb. d. conf. 93. n. 3.

N. 7. ibi ¶ nisi concurrant cum furto aliæ qualitates ¶

- 34 Adde quod statutum + habēs plures qualitates omnes concurrere debent, ut locum habeat, probat Muscatell. loco cit. vbi in propria materia furti loquitur n. 40. & 41.
- 35 Sed quando qualitates + aggrauant furtum vide decis. Delph. 6. n. 4. vbi de quodam magno furto de nocte cum gladio per fenestram commissio, quæ qualitates aggrauant refert Baiard. ad Clar. d. n. 42. & de fure nocturno, qui cum armis aggreditur, pro unico furto, quod punitur pena mortis Casan. in consue. Burgun. quem refert Baiard.
- 36 vbi sup. nu. 41. & de furto minimo + cum violentia suæ intra urbem, suæ extra; quod punitur pena mortis Masfrill. decis. 147. Viscon. d. concl. furtum col. 4. Et de furibus sciantibus domos, frangentibus, & scassantibus Ianuas vide Ricc. collect. 282. & pragmat. super hoc editam de qua per Authorem infra ad decis. 78 in fi. & vide Viscon. d. concl. furtum, & Nouar. ad pragmat. collect. 205. n. 1.

Joseph Mele.

- palis mutet statum, & efficiatur clericus.
- 9 Fideiussor, an teneatur si nomen Iudicis non est expressum.
- 11 Fideiussor, an teneatur si causa remittitur ad aliud tribunal, & nu. 12.
- 13 M.C.V. & S.C. an sint idem tribunal.
- 14 M.C.V. est suprema omnium tribunalium excepto S.C. & R.C.
- 15 S.C. quis primo introduxit, & nu. 16.
- 17 R.C. quas causas cognoscat, & an causas fendi nu. 18.
- 19 R.C. antiquitus quomodo appellabatur.
- 20 R.C. olim erat iuncta cum tribunali Siela.
- 21 Carolus primus officium M. Camerarij ereauit, eiq; curam patrimonij Regij dedit, sed Rex Alphonsus primus reduxit in hanc formam nu. 22.
- 23 S.C. & R.C. cum sint sub eodem Rege non sunt tribunaia diuersa.
- 24 Recursus habetur ad ipsum Principem à tribunaia S.C. & R.C.
- 25 Tribunal S.C. & R.C. licet respectu partium sint competentia tamen respectu Principis sunt delegata.
- 26 Fideiussor de soluendo iudicatum per S.C. remissa causa ad R.Cam. tenetur.
- 27 Tribunaia Neap. quis vniuit.
- 28 Fideiussor in prima instantia, an teneatur si perit instantia, & nu. 29.
- 30 Fideiussor in prima instantia, an teneatur in causa appellationis.
- 31 Fideiussor in causa appellationis, an si appellatio declaratur deserta subsistat, vel pereat obligatio.
- 32 Fideiussori de iudicatum soluendo non competit remedium excussionis.
- 33 Sententia lata contra principalem mandatur executioni contra fideiussorem de iudicatum soluendo absq; nouo processu.



SVMMARIVM.

- 1 Fideiussionis iudicatum solui materia apud quos tractatur, & nu. 2. apud quos in terminis huius decis.
- 3 L. cum apud sempronium ff. iud. sol. lim.
- 4 Fideiubens pro sorte, an teneatur pro interesse.
- 5 Fideiussores quomodo capi debent, & si appellatio fuerit interposita, an appellatio recipienda.
- 6 Fideiubens coram primo Iudice, an teneatur coram secundo. quid si mutaretur princeps nu. 7.
- 8 Fideiussor iudicatum solui, an mutato Iudice teneatur, & num. 10. Quid si princi-

AD DECIS. XIV.

- 1 Fideiussionis iudicatum solui materiam + de qua hic, vide apud Morot. conf. 21. & 49. plenè Muscatell. in prax. fideiuss. p. 1. mod. 12. Cartar. Rot. exequut. Genue decis. 119. Masfrill. in Rub. de fideiuss. n. 350. & inf. citan.
- 2 Sed in terminis decis. nostræ vide D. de Franch. decis. 601. & propè + illos terminos vide Thor. in compen. decis. Reg. in ver. fideiussor iudicatum solui in vno tribunaia fo. 216. Ricc. collect. 620. & 2717. Martavot. 2. nu. 10. Molfes. ad consue. Neap. p. 4. q. 16. num. 30. 1 tom. & p. 4. q. 63. in 2. tom. Amend. in addit. ad D. de Franch. decis. 344. plenè idem ad decis. 228. & decis. 320.
- E 3 Pasia.

Pasca. de vi. pa. potest. p. 1. s. 4. n. 200. qui multos cumulat *Gallupp. in sua recen. prax. S. C. p. 1. c. 3. n. 38. fo. 6. v. usq; ad n. 42. Masfrill. dec. 126. Meno. de arbitr. cas. . . .*

N. 2. ibi ¶ I. apud sempronium ¶

- 3 Hanc l. limitat † *Bal. in l. fin. q. 10. C. de cōtrab. emp. Curt. Iun. conf. 36. n. 4.* quos refert *Amend. ad d. D. de Franch. decif. 208. n. 17. & ad decif. 320. vbi alios adducit.*

N. 3. ibi ¶ fideiussores tenentur, quia in omnem casum, & causam videntur intercessisse. ¶

- 4 Sed an fideiubens † pro sorte teneatur pro interesse dic regulariter, quod non, secus si indeterminatē fideiussisset, quod ex multis probat *Viscon. in concl. fideiussio prestita voce circa fin. & vt teneantur semper † fideiussores, debet capi fideiussio prout docet Boer. decif. 315.* & an talis fideiussor teneatur ad expēsas creditori *Marfil. in rub. de fideiuss. n. 187. Amen. ad d. dec. D. de Franch. 208. nu. 12.* & an si appellauerit eius appellatio recipienda *Masfrill. dec. 302. 4. p.*

N. 5. ibi ¶ quod vbi fideiussio est data coram vno Iudice, qui non iudicauit, sed successor, qui reputatur idē Iudex, fideiussores tenentur. ¶

- 6 Quod fideiubeas † coram primo Iudice, teneatur coram secundo *Franc. Marc. dec. 252. 877. p. 1. & 357. p. 2. D. de Franch. decif. 208. & 320. Rolan. conf. 18. vol. 1. Tesauro. decif. 202* quos refert, & sequitur *Amen. decif. 344. D. de Franch. nu. 9. Thor. in 2. p. compen. ver. stipulatio, an cōmittatur fo. 660.* & quid † si mutatur Princeps, an extinguatur obligatio iudicatum solui *Affl. in constit. in consiliis n. 47. Amen. ad d. dec. 208. n. 10.*
- 7 Et de mutato Iudice, & successore † in officio, si is iudicet, an fideiussor teneatur *Thor. in ver. fideiussor 1. p. compen. quem vide etiam in 2. p. nouiter impressa ver. stipulatio. an cōmittatur fo. 660. Muscatel. in prax. S. C. glo. expen. nu. 35.* & de alijs *Guid. pap. dec. 26. Ric. collect. 2717.* vbi etiam quid si mutetur actio; & quid si quis fideiusserit, & se obligauerit soluere quicquid principalis, factis computis, debere constiterit, an possit cogi ad talem solutionem faciendam mortuo principali nullis factis computis vide *Allegatio. Nouar. post d. collect. sup. cit. 2717.* Et quid si principalis mutat statum, & efficitur Clericus, an si fertur sententia contra principalem possit exequi contra Clericum vide *D. de Franch. decif. 400. Mu-*

scat. de fideiuss. p. 2. q. 9. num. 35. & seq.

N. 7. ibi ¶ si Iudicis nomen non esset expressum ¶

- 9 Quid si in stipulatione nomen † non est expressum, an pena debeat, & an fideiussor de iudicatum soluēdo possit esse Iudex, & de alijs quæst. adeas *Boer. decif. 314. & 315. Amen. ad d. decif. D. de Franch. 208. n. 4.*

N. 9. ibi ¶ quare si Iudex mortuus fuerit, vel recusatus, aut alias impeditus ¶

- 10 Quid si fideiussio † fuerit prestita coram vno Iudice, & deinde actor obtinuit coram variato Iudice *Marfil. in rub. de fideiuss. q. 7. Amen. ad de Franch. decif. 320. in fin. vbi limitat.*
- 11 Et quid si causa remittatur † ad aliud tribunal; & quid si reus esset absolutus a Iudice coram quo est datus fideiussor, *Molfes. d. q. 63. n. 2. & 3. 2. tom. fo. 167.*

N. 10. ibi ¶ de soluendo quicquid fuerit iudicatum per M. C. ¶

- 12 Si fideiussor fideiussit † de soluendo quicquid fuerit iudicatum per M. C. an si postea fuerit iudicatum per S. C. fideiussor teneatur, quod sic vide *dec. D. de Franch. 601. sup. cit.* quia M. C. & S. C. † vnum tribunal videtur, sed de veritate vide *Musca in prax. de appell. glo. tenebitur n. 27. & tradita per Tesaur. dec. 202. de qua per Rice. d. collect. 2717.*
- 13 Est verum quod M. C. suprema † est omnium Curiarum excepto S. C. & R. Cam. dixit *Borrell in sum. decif. 2. p. tit. 32. num. 271.* verū quod M. C. sit Tribunal subalternū, & subordinatum ad S. C. *D. de Franch. decif. 344.* ex quo Senatus Regis personam gerit *Affl. decif. 120. post num. 6.* de quibus meminit nouissimē *Thor. in 2. p. compen. ver. condemnatus ad remigandum 2. col. circa med.*
- 15 Sacrumq; Consil. primò † introduxit Alphon. primus, vt testatur *Marinus Frecc. de subseu. lib. 1. tit. de antiq. stat. Reg. n. 38.* vt refert *D. Reg. Tapp. de offit. S. C. in proam. nu. 6.* vbi dicit, quod licet *Surg. de Neap. Illustr. c. 17. n. 45.* dicat Ferdinandum Regem primū fuisse authorem ex *pragm. 2. de offit. S. C.* tamen Ferdinandus fuit is, qui primus in formam Consilij maiori adhibito numero cum Præsidente erexit, sed tamē Alphon. Primus instituit, consiliariosq; conuocauit, & corā ipso congregari iussit. vnde dictum est Sacrum, quia Regis Consilium erat, & ideo supplicationes, quæ porriguntur continent tit. S. R. M. quia regi porriguntur eiusq; nomine Præsidentis supplicationes decretat, & senten-

- sententia, quæ per S. C. proferuntur nomine R. Maiestatis proferuntur *Aff. decis. 1. 96. & 386. adest R. Pragm. 6. qua incip. sacrum propterea de offit. S. R. C. Maran. cons. 25. n. 2. Imbican. in tra. de primo. & secundo benefi.*
- 16 *confid. 2. n. 42. & de introductione* † S. C. quo tempore fuit introductum *Aff. in cōf. ut uniuersus n. 40. Rouit. in Rub. de offit. S. C. nu. 3. & 4. & vnde dicitur Consilium Ifern. cita. ubi sup. per Rouit. & Tapp. in Rub. de off. S. C. lib. 2. iu. Reg. ver. Consilij.*
- 17 Regia Camera quoque † est supremum tribunal, & cognoscit de causis fiscum tangentibus, & habetur in l. & proponas C. de bo. proscip. l. 2. ubi Det. & tot. tit. C. ubi caus. ff. l. 1. C. de offit. procur. Cas. Nouar. ad prag. coll. 165. siue fiscus sit actor, sive Reus Rouit. ad prag. 62. de offit. procur. Cas. n. 2. de quo per Peregr. in tra. de iur. ff. lib. 7. tit. 1. per tot. Cassan. in catalog. glo. mund. p. 7. confid. 15.
- 18 Et an dictum † tribunal possit cognoscere causas feudi Rouit. ubi sup. n. 4. ad quem te. remisto circa cōcernentes causas dicti Tribunalis in prag. 64. & alios sub tit. predicto de off. procur. Cas.
- 19 Antiquitus † autem dicta Regia Camera appellabatur Audientia rationum, vt testatur M. A. Surg. de Neap. Illust. c. 7. num. 7 fo. 20 44. Hocq; tribunal † olim erat iunctum cū Tribunali Siclæ. Frecc. lib. 1. de subfau. cap. de offit. Mag. Cam. Surg. ubi sup. nu. 2. Carolus deinde † primus officiū Mag. Camer. creauit, cui patr. monij curā comisit, sed in hanc formam Rex Alphonsus primus † reduxit, vt testatur D. Regens Tappia in rub. de offit. procur. Casar. num. 5. lib. 2. iu. regni. fo. 174. apud quem multa de hoc Tribunali reperies, ubi in fin. d. Rub. ex quot officialibus dictum Tribunal constet, & sub dicto tit. multa notatu digna à tātō viro ediscas. Tu etiam de predictis omnibus tribunalib. M. C. V. S. C. R. C. & aliorum tribunalium vide Thor. latissimè in prafat. compend. decis. 1. p. quibus adde tu accuratè, quod licet
- 23 ista tribunalia † appareant diuersa, tamen quia sunt sub vno eodemq; Rege non possunt dici diuersa, sed dumtaxat sunt diuersa pro diuersis causarum generibus, ad decidendum enim facilius lites diuersa fuerūt à Rege instituta Tribunalia iuxta l. properandū
- 24 C. de Iud. à quibus tribunalibus † ad ipsum Principem tanquam vltimum, & supremum Iudicem recursus haberetur, quorum tribunalium Iudices licet respectu partium,
- 25 competentes † & ordinarij dicantur tamē respectu Principis delegatorum vice funguntur Surg. ubi sup. cap. 27. num. 42. & c. 19. ante num. 9. & ideo in contingentia facti ex

- decis. D. de Franch. 601.* dixi quod fideiussor qui se obligauit soluere quicquid fuisset iudicatum per S. C. causa remissa ad Regiam Camerā tenebatur etiam soluere quicquid
- 26 esset iudicatum per d. R. Cameram in causa Marci Antonij Calò cum illis de brancia.
- 27 Supradicta autem † Tribunalia S. C. M. C. V. & R. C. S. in vnum, vt hodie videmus, vniuit D. Petrus de Toledo olim huius Reg. Prorex pro litigantium commoditate, vt testatur Surg. d. c. 7. n. 9.

N. 11. ibi ¶ & quando fideiussor in prima instantia ¶

- 28 De fideiussoribus † in prima instantia vide Bart. in l. græcè §. & post ff. de fideiuss. Marf. in rub. de fideiuss. n. 108. & quid si instantia perit, an pereat fideiussio de iudicio fisci, & iudicatum soluendo Bar. in l. cum lite mortua ff. iud. sol. quod sic Pascal. ubi sup. nu. 202. & 203. Musca. in prax. S. C. p. 3. glo. expens. n. 35. Amend. ad d. decis. D. de Franch. 29 344. num. 10. qui iunitat nu. 11. quando † ex dispensatione prorogatur instantia ex multis per eum allegat.

N. 11. ibi ¶ concludit durare in causa appellationis ¶

- 30 Contrarium, quod imò fideiussor † acceptus in prima causa, non tenetur in eo quod iudicatur in causa appellationis, tenet Hippol. in rub. de fideiuss. num. 208. Amen. ad d. decis. 208. num. 2. Tesaur. d. decis. 202. & vide decis. Rot. de anno 1602. coram Coccino relatum per Risc. ibi.
- 31 Et quid si in appellationis instantia † promittatur iudicatum solui, & Iudex ad quem declarat appellationem desertam, an obligatio pereat, vel subsistat *Aff. in cons. ut uniuersus n. 29. Amend. ad d. decis. 208. nu.*
- 32 11. ubi in seq. habes quod non competit † remedium excussionis huic fideiussori, &
- 33 quod sententia † mandatur exequutioni contra hunc fideiussorem absq; nouo processu dummodo sententia fuerit valida, vt ibi per eum.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Delictum morte delinquentis vna cum pena extinguitur, sed quid faciendum de cadaveribus eorum qui pendente inquisitione moriuntur, & quid de illis qui mortem sibi

- sibi confiscauerunt, & quibus casibus memoria defuncti damnari possit.
- 2 Delinquens si post condemnationem, aut delictum efficitur furiosus, an debeat in executione sententia si fuerit ad mortem damnatus super fideri.
 - 3 Delinquens damnatus ad triremes si se debilitauit, ut redderetur in utilis puniendus. Cadauera rebellium, an reducantur in Ciuitatem.
 - 4 Appellare quando liceat in criminalibus.
 - 5 Appellatio in criminalibus recipitur in regno.
 - 6 Appellatio si est interposita post tempus ad appellandum an iuuat.
 - 7 Appellatum si non fuit in criminalibus differenda est executio donec sit elapsum tempus ad appellandum.
 - 8 Appellans per simplicem appellationem interpositionem impedit executionis, & effectum sententiae.
 - 9 Appellatio extinguit pronuntiatum.
 - 10 Appellans non dicitur condemnatus, quia ex appellatione non acquiescit sententia.
 - 11 Nullitatis causa pendente supersedendum in executione.
 - 12 Appellatio de iure non admittenda si fuit admissa de facto, an suspendat executionem sententiae.
 - 13 Damnatus pena capitis, & confiscatione bonorum si appellatione pendente decesserit, an extinguatur bonorum confiscatio, & quid si decedat pendente tempore ad appellandum.
 - 14 Regnum Neap. quare latronum frequentia finestatur, & quando adest magnus incursus latronum quod teneantur ad expensas vniuersitates, vel Rex.
 - 15 Bannitum interficienti si fuerit propositum premium, & aliquis interfecerit illum, qui non erat bannitus punitur. Assassinus an possit etiam recepto pretio occidi.
 - 16 Premium quando promittitur inuenienti bannitum debet intelligi de eo qui bannum cepit.
 - 17 Premium praedictum de cuius bonis soluitur
 - 18 Premium cui debetur si duo concurrunt in captura banniti.
 - 19 Premio reuelantium delicta, & de statuto dante premium indicanti bannitum, an habeat locum in socio criminis, & an in eo qui non ultro, sed casu occidit.
 - 20 Bannitus capiens alium bannitum, an consequatur premium. Gratia concessa capienti bannitum, an concedenda ei qui post bannum commisit homicidium.

- 21 Indultus in Regno conceduntur bannitis, & extirpentur, & de impunitate promissa a Principe etiam auctori delicti ibi.
- 22 Bannitus quando possit alteri occidere, & quid si sint criminum impares, & quid si priuato odio occiderit.
- 23 Bannitus occidens alium, an possit alteri cedere beneficium sibi per bannum concessum, ut indultetur loco sui.
- 24 Latrones publicos apprehendens facile si delinquens est, Indulgentiam a Principe consequitur.
- 25 Latronum appellatione, an veniant latrones qui in mari furantur, & qui dicantur latrones.

AD DECIS. XV.

D Vm in hac decis. tractatur, an sit exequenda sententia contra cadauera inquisitorum, & delinquentium, morte naturali defunctorum. Adde quod delictum morte delinquentis vna cum pena extinguitur l. defuncto ff. de public. Iud. & l. pupillum §. in heredem, vbi Cagno. & Det. ff. de reg. iur. vbi an haeres teneatur Viscon. in concl. delictum.

Sed quæro quid de illis, qui moriuntur pendente inquisitione? dic quod si sunt insignes delinquentes cadauera suspenduntur; in frustra diuiduntur, & sepulture non traduntur. Sed bestiis traduntur, quod ex multis probat Petr. ad Gram. decis. 32. n. 3. & vide eundem ad decis. 44. nu. 5. & 6. & quid de illis, qui mortem sibi conscuerunt vide Meno. de arbitr. cas. 284. Bonacoss. com. opin. relatus 2. tom. fo. 557. n. 80. & 81. vbi adducit multas decis. Delphin. Franc. Marc. latè Viscon. in concl. incip. occidit se ipsum Mars. in l. fin. num. 40. ff. de quest. Parin. var. quest. in q. 10. nu. 77. cum seq. vbi latè, alios adducit Baiard. ad Clar. q. 51. nu. 43. Clar. d. q. 51. num. 15. ver. sic & vidi alios, & ibi alij add. & Thor. in 2. p. compen. decis. Reg. ver. condemnatus ad remigandum, vbi de ista decis. plura dicit, & si procedat, vel ne, occasione questionis, quæ contigit in facto si condemnatus ad triremes accedere debeat ad seruendum pendente reclamatione sententiae per quam fuit condemnatus ad quinquennium, reformando sententiam inferiorum Iudicum, per quas fuerat condemnatus ad decennium vide Boss. de exeq. sent. nu. 18. Gigas de crim. l. §. maiest. q. 33. Petr. ad d. Gram. decis. 44. num. 5. vide latè Guazzin. in tra. ad defens. reo. defens. 38. c. 6. & c. seq. an corpora damnatorum sepelli possint, & quid de eo qui in carceribus se interficit defens. 39.

Et

Et in quibus casibus memoria defuncti possit damnari *Cyrril. in sum. crim. in tit. ex delict. defunct. §. 2.*

2. Et an sit superfedendum † in executione si post commissum delictum delinquens efficiatur furiosus, vel debet superfederali donec conualuerit, vide *Ioseph Ludo. decis. Perus. 77. num. 7.* Et quod in hoc iudex debet diligentissime inquirere, quia multi se furiosos fingunt, ut penam euadant *Cyrril. in d. sum. tit. de pen. §. 3. nu. 8. ver. iudex.*

3. Et quid si damnatus † ad trirèmes se debilitauit, ut redderet se inutilem quomodo puniendus *D. Reg. Constantius in l. vn. C. de classicis nu. 44.* & ad materiam huius decis. vide *Cartar. de execut. sent. cap. fin. nu. 466.* *Carrer. in §. homicidium ultim. sub num. 13.* & quid dicendum de cadaueribus rebellium, & relegatorum, an possint sine licetia Principis reduci ad ciuitatem in qua uiui stare non poterant, quod non, *secundum Bar. per illum tex. in l. si quis in insula ff. de cadau. pun. Card. in clem. 1. de pen. & remis. Bal. in l. 2. C. qui test. fac. poss. Staph. in tract. de liter. grat. & iust. tit. de rescrip. in form. breu. fo. 191. ver. quando autem.*

N. 2. ibi ¶ quia pendet appellatio in S. C. quæ de iure suspendit iudicatum. ¶

4. Appellare quando † liceat in criminalibus *Clar. in §. fin. q. 94. n. 14.* & quod appellatio † in hoc Regno in criminalibus recipitur *Baiard. ad d. q. 94. n. 9.* quicquid alias seruari de consuetudine Italiae dicat *Clar. §. fin. q. 96. Farin. in prax. q. 101. n. 1.*

6. Sed quid † si appellatio fuit interposita post tempus ad appellandum *Couar. lib. 1. var. resolut. c. 1. in fin. Baiard. d. q. 94. n. 2.*

7. Et si non fuit appellatum † ad huc donec non sit elapsum tempus ad appellandum executioni sententiarum in criminalibus differenda est *Det. in l. qui ultimo ubi Bar. ff. de pan. de quo vide Clar. d. q. 96.* & ampliaciones, & limitationes ad prædicta apud *Rice. collect. 1924. Farin. ubi sup. nu. 3.*

8. Et quod appellans † per simplicem interpositionem appellationis impediat executionem, & effectum ipsius sententiarum, ut

9. hic, & appellatio † extinguat pronuntiatum *Capy. decis. 202. num. 8. Add. ad Aff. in Const. appellationum tempora ver. suspendit, in*

10. tantum, quod appellans † non dicitur condemnatus ad tex. in l. 3. ff. de pen. *Feder. de Sen. conf. 198. nu. 9.* & ex appellatione non dicitur quis acquiescere sententiarum *D. de pont. conf. 61. nu. 31. N. afrill. in decis. 166. n. 11.* multa adducit *Viscon. ad concl. in sip. ap.*

pellatione pendente, & ibi D. per eum citat. Farin. d. q. 101. apud quem multa reperies materiam cōcernentia ad eum te remitto.

11. Quid pendente causa † nullitatis, an superledendum est similiter in executione, quod sic *Boss. in tit. de null. aduers. sent. nu. 4. Ias. in l. 3. §. si seruus nu. 9. ff. de acq. poss. Clar. d. q. 94. nu. 15.*

12. Quid si appellatio † fuit de facto admissa quæ de iure non erat admittenda, an executionem sententiarum suspendat, quod sic *Gomes. tit. de delict. c. 23. nu. 32.* contrarium tenet *Boss. in tit. de appell. n. 26. vide Baiard. d. q. 94. nu. 14.*

13. Et si fuerit quis † damnatus pena capitalis, & bonorum confiscatione, & appellauerit, appellationeque pendente decesserit, an extinguatur bonorum confiscatio, & quid si decedat pendente tempore ad appellandum *Clar. d. q. 94. nu. 7. & 8. & q. 51. nu. 14.* ubi quando transeat ad hæredes hæc pena confiscationis.

N. 13. ibi ¶ delinquentibus, & publicis latronibus, quibus hoc Regnum valde abundat. ¶

14. Quod hoc Regnum † magna latronum frequentia funestatur, & quare id sit *Baiard. ad Clar. d. q. 94. nu. 10.* & quando in aliqua ipsius Regni prouincia insurgit magnus incursus latronum, an vniuersitates teneantur ad expensas erogandas, vel sit onus Regis vide *Mut. Surg. de Neap. Illust. c. 22. priu. 42. ver. ceterum, & post eum Thor. in compend. decis. Regni ver. contribuere, an teneantur vniuersitates fo. 125.*

N. 13. ibi ¶ quandoque occiduntur infantes ab his qui sperant premium ¶ Adde quod assassinatorum cedes etiam pretio recepto fieri licet *Gregor. Lopez. l. 3. tit. 27. p. 7. glo. 4. Alberic. 4. p. flatutor q. 20. Nell. in tra. bannito. l. p. 2. temp. q. 12.* quorum meminit eruditus *Sylvius Maran. in suo libell. de impuni. assassin. nec. ver. licebitq; Syluest. in sum. ver. assassinus nu. 3.* & quod premium † propositum interficienti bannitum, non modo non lucrabitur asserens mendaciter se bannitum occidisse, quinimò loco præmij morte punitur, & ita in contingenti casu decisum testatur *Parisijs Bened. in c. Raynutius in ver. mortuo itaq; testatore el. primo num. 341. de testam. Baiard. ad Clar. q. 27. num. 16. qui nu. seq. subiungit, quod quando* 16. datur premium † inuenienti bannitum, debet intelligi de eo qui bannum cepit secundum *DD. in l. 1. §. fin. ff. quod quisq; iur. &* 17. premium istud † de cuius bonis soluat *Clar.*

Clar. d. q. 27. nu. 13. ubi nu. seq. an debeat officiali de quo latè *Giurb. conf. crim. 11.*
 18 & quid si duo + concurrerēt in captura cui præmium debeat *Baiard. ad Clar. d. q. 27. nu. 25.* & de præmio occidenti bannitum quando debeat latè *Ricc. collect. 26 17. 7.*
 19 p. & de præmio releuantium delicta *Clar. ubi sup. Capibl. in prag. 6. de Baron. nu. 138. 143.* ubi an fieri possint per Barones, & an statutum dans præmium ei, qui malefactorum in dicat, habeat locum in socio criminis indicante socium criminis, quod nō *Aff. in const. si damna clandestina nu. 50.* Et an consequatur præmium is qui occidit non ultro, sed casu, & forte se defendendo, & ignorans, vide *Bart. in l. omnes populi num. 38. ff. de iust. & iur. Marant. sup. cit. ver. dum autem usq. ad fin.* qui refert duas opin.

Et de impunitate à Principe in suo banno promissa etiam authori delicti, & illius complicitibus, si author manifestat delictum & quid teneatur *Giurb. conf. crim. 22. per tot. Ricc. ubi sup.*

20 Et quid de bannito + capiente alium bannitum, an consequatur præmium à statuto promissum quid sic si verba banni id dicāt. *Maran. in sing. incip. bannitus. Viscon. in cōcl. incip. bannitus Baiard. ad Clar. §. homicidii num. 266. Petr. ad Gram. decis. 41. num. 10.* alias si verba banni generaliter loquuntur non comprehendunt bannitum, *ut ibi per Viscon. qui ad idem adducit Farin. 3. tom. q. 103. nu. 121.* Et de gratia concessa per bannum capienti, vel occidenti delinquentem, an concedenda ei qui commisit homicidiū post publicationem banni in Ciuitate Neap. ante publicationem banni in terra in qua homicidium commisit vide *D. de Franch. decis. 360. Consil. de Anna add. ad sui Genitoris alleg. 55. Nouar. in coll. ad prag. 1. de abolit. Mastrill. de indult. c. 74. nu. 91.*

21 In hoc tamen regno + conceduntur indultus bannitis altero alterum occidente, *ut in tit. de exul. Prag. Ducis Ossun.* quia hoc modo extirpantur multi cætus latronum, *ut contigit hoc anno 1627.* quod cum esset in Apulia maxima turba latronum, quæ totam infestabat Apuliam, inter se eiulmodi indulto fuit illorum maxima pars extirpata de quo vide *Ricc. coll. 2022. ubi alleg. decis. de Franch. 330. 360. & 463. 403. 433. & 468.*

22 Et quando bannitus + possit alterum occidere, & quid si sint criminis impares *Capibl. d. prag. 6. n. 147. & seq. ubi de hac materia.* & an occidens odio priuato bannitum consequatur præmium, sed solum impunitatem criminis vide omnino *Ambrosin. decis. Perusin. 23. num. 25.* alios adduceat,

& apud eum vide multa de proditoriè occidente bannitum, & de alijs dixi alia *sup. ad decis. 13.*

23 Et an occidens + alium bannitum possit beneficium sibi per bannum concessum alteri cedere, *ut indultetur loco sui Rouit. rub. de exul. num. 24.* ubi quæstionem disputat ad partes. *Viscon. ubi sup.*

24 Et quod publicos latrones + apprehendentes, delicti veniam à Principe facile obtinent *Præses de Amat. conf. 72. n. 13.* & de ista indulgentia in pluribus casib. loquitur *No-uar. coll. 1. ad prag. nu. 32. & seq.* & de omnibus supracitis, & alijs ad materiam faciētib. à num. 15. vide nouissimè *decis. Ambrosin. 23. per tot.* & an latronum appellatione veniant latrones maris vide *D. de Franch. decis. 142. nu. 2. & seq. Mastrill. in tra. de indult. c. 33. num. 10. Viscon. in cons. furtum 3. col.*

Et qui dicantur latrones famosi dixi inf. *ad decis. 58. n. 30.*

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Qualitas quando profertur à lege, statuto, vel rescripto debet probari.
- 2 Duo quando exponuntur, & unum est de per se sufficiens non refert si unum cesset.
- 3 Duo si concurrant, & unum de per se non est sufficiens, nihil operatur vinculum duorum.
- 4 Actus factus ex falsa causa non sustinetur ex vera.
- 5 Citatio si est nulla sententia, quoq. foriudicationis est nulla.
- 6 Foriudicatio sumit vires à citatione.
- 7 In citatione, qua concurrere debent.
- 8 Citationis ad informandum, & ad capitula materia apud quem tractetur.
- 9 Capitula an sint danda.
- 10 Copia citationis ad informandum, & ad capitula, an sit danda, & quomodo notificanda.
- 11 Citatio an reddatur nulla, si tempore illius fuerunt allegata iusta impedimenta, & si fuit expedita sine legitimis iuditijs.
- 12 Vagabundus quomodo citetur, & an sufficiat si citetur in domo uxoris.
- 13 Homicidium quomodo dicatur proditoriè & quomodo differat homicidium proditorium ab homicidio ex insidijs.
- 14 Vulnerus proditorium quod dicatur.

15 Alapa

- 15 *Alapa an sit grauis iniuria, & quomodo puniatur, & quid si fuerit data officiali nu. 16. etiam in sindicatu intellige, ut ibi.*
- 17 *Officiali ficas faciens qua pena puniatur.*
- 18 *Clericus alapa percussus, vel baculo, an percussus incidat in excommunicationem Papalem.*
Nobilis ad euitandam alapam à plebeio potest illum occidere.
- 19 *Proditor quis sit, & quot sint species proditorum nu. 20.*
- 21 *Proditor, an dicatur occidens amicum reconciliatum, & quid si percussit inimicum suum à retro n. 22.*
- 22 *Proditor vere quis dicatur ad finem, ut non possit immunitate Ecclesiastica gaudere, iuxta Bull. Greg. XIV.*
- 23 *Qualitas delicti si non constet à principio, an pendente iudicio, & processu poterit addi, ut pena grauatur in sententia.*
- 24 *Qualitas si non fuit probata, & sententia fecit transitum in rem iudicatam, nec scilicet, nec alia persona potest reslitui.*
Qualitas proditoris aggrauat omne crimen.
- 25 *Foriudicationis sententiae nullitas non existente carcerato foriudicato à nullo potest allegari, & quando allegantur nullitates, quae prouiso solet fieri.*
- 26 *Foriudicati agnati, an possint opponere exceptionem, & quid in exceptione clericatus, & ibi de praxi quando presentantur Bulla Clericatus.*
- 28 *Contumacia licet à statuto habeatur pro confesso, & sanuicio tamen potest probare suam innocentiam.*

AD DECIS. XVI.

- A**D hanc decis. adde ea quae DD. nostri dicunt in simili de lege, statuto, seu rescripto requirente in eorum verbis aliquas qualitates, quod quando ÷ ab aliqua lege, statuto seu rescripto profertur aliquid cum qualitate debet illa qualitas probari, ut per *Felin. in c. examinata nu. 4. & 5. de Iud. Det. conf. 49. col. 1. & Hipp. in rub. de probat. num. 437. & pluribus seq. & in sua pract. in §. quoniam n. 57. & seq. Ozasch. decis. 88. nu. 6. & probatio debet etiam plena, nec sufficit semiplena. Seraph. dec. 162. nu. 6. quae vide de qualitate probanda dec. 326. & 1058. & Gratia. decis. 71. nu. 7. 89. n. 2. & 148. n. 3. & 224. & 228. Barz. decis. 115. nu. 7. & magis ad propositum huius decis. Barz. decis. 136. num. 22. & quod quando duo exponuntur ÷ & vnum est de per se sufficiens, non refert si vnum cesset, ut hic, & explicat Ozasch. loco cit. Ita si*

- 3 vnum ÷ de per se non est sufficiens, etiam si duo concurrant nihil operatur vinculum duorum faciunt dicta per *Surd. conf. 113. vol. 2. quem ad aliud propositum citat Rouit. prag. 11. de feud. nu. 5. Sed contra praedicta videntur tradita per Masull. ad Capy. decis. 4. 162. num. 5. vbi quod actus ÷ factus ex falsa causa non sustinetur ex vera licet probata.*

N. primo ibi ¶ si illa qualitas absit reddit citationem, & sententiam foriudicationis nullam. ¶

- 5 Non est dubium, quod si citatio est ÷ nulla sententia quoque foriudicationis est nulla *D. de Franch. decis. 514. quia foriudicatio sumit vires à citatione Idem dec. 322. Ricc. coll. 140. ver. animaduertas 3. Reg. Tapp. in Conf. citationis litterae, & quae concurrere debent in citatione, ut valeat Maran. in specul. 6. p. ver. citatio Gail. pract. obser. 48. 49. 54. lib. 1. Misfing. obser. 10. cent. 1. Amen. ad de Franch. decis. 514. nu. 10. qui in prin. de hac citatione ad informandum, & foriudicandum ad Gram. in conf. 1. post decis. alias adducit Visson. ad d. decis. 514. quibus adde Thor. in cōpen. decis. Reg. in ver. citatus ad informandum & ad capitula, vbi de quadam inualiditate citationis, & de ista citatione ÷ ad informandum, & ad capitula vide Borrell. in sum. decis. tit. 44. de citatione nu. 43 & seq. Foller. in prax. ver. dentur capitula, & capitulorum*
- 9 datio ÷ quibus, casibus habeat locum Rouit. prag. 2. de iuris inui. non turban. nu. 69.
- 10 *Nig. in c. regni si iuste nu. 14. & an ÷ sit danda copia citationis ad informandum, & ad capitula vide Carabb. sing. 14. in ver. copia citationis cuius citationis formam ponit Foller. in prax. in ver. vel eos verbaliter citari faciat num. 3. & seq. & de forma citationis, quando peruenitur ad foriudicationem idem in ver. foriudicentur nu. 4. vide Rouit. in rub. de sent. foriud. nu. 3. & seq. & quod in citatione ad capitula debent adhiberi testes D. de Franch. decis. 560. Thor. in ver. citatio, & an reddatur nulla ÷ citatio si tempore illius fuerunt allegata iusta impedimenta Foller. d. ver. foriudicentur n. 34. Masull. ad Capy. decis. 131. & de validitate citationis ad informandum expedita non praecedentibus inditijs legitimis vide Clar. & Foller. cit. per Rouit. prag. 39. de offit. mag. iustit. n. 12, 3. & quomodo ÷ citetur vagabundus, & an sufficiat si fiat citatio in domo uxoris Gui. pap. decis. 445. Meda. de praesump. lib. 2. praesump. 27. Rouit. prag. 3. n. 10. de tit.*

N. 1. ibi ¶ homicidio appensato, & proditorio ¶

Homi.

- 13 Homicidium † quando dicatur proditorium Boer. decif. 217. nu. 21. quem ad hoc citat Capibl. de Baron. prag. 6. n. 164. vide Clar. in §. homicidium §. proditorie, & §. ex insidijs, vbi add. D. Rouit. prag. 11. de abolit. nu. 55. Thor. in comp. decif. in ver. proditorium D. de Franch. decif. 713. vbi dixi. Alex. Ambrosin. in commen. ad Bull. Greg. XIV. c. 6. Detian. in tract. crim. lib. 7. tit. de prodito. cum duob. seq. tom. 2. Gutierrez. lib. 1. pract. qq. c. 2. 14 per tot. & de homicidio † proditorio, & appensato Caball. nu. 471. quem citat Viscon. in concl. incip. homicidium, & quomodo differat homicidium proditorium ab homicidio ex insidijs Pasca. de vir. pa. pot. p. 3. c. 6. D. de Franch. decif. 713. & de vulnere quando dicatur proditorium Viscon. in concl. incip. indultus, omnino videndus.

N. 1. ibi ¶ alapa in faciem percussus à Loelio grauissima apud nos offensa, & iniuria. ¶

- 25 An alapa sit grauis iniuria † & quomodo puniatur Pasca. c. 10. nu. 61. & de pena alape Ricc. collect. 1782. Thor. in ver. pena qua puniri debeat, & ver. alapam, & ibi cit. per eum D. de Pont. de pot. Proreg. tit. 1. §. 2. num. 17. & seq. Gram. decif. 14. vbi pro alapa fuit data pena exilij, qui dec. 36. nu. 4. dicit quod si alapa † fuerit data officiali est pena mortis, vt etiam habetur, in prax. offit. c. . . n. 13 fo. 13. etiam si data fuisset tempore sindicatus dummodo illata ex causa officium tãgente. Mars. sing. 179. Guid. pap. decif. 557. Petr. ad Gram. decif. 7. nu. 2. & ad decif. Cappy. 27. & vide Tesaur. decif. 229. vbi de eo, qui 17 ficas † fecit in contemptum officialis, quæ pena fuit punitus. Et de clerico, qui verba in iuriosa protulit ludici laico. Ricc. collect. 2552. 7. p. quem vide collect. 2552. de pena offendentis officialem, & de materia Farin. 18 q. 105. nu. 207. Et quid si Clericus † fuit alapa percussus, an incidat percutiens in excommunicationem Papalem, vide Petr. ad Cappy. dec. 161. ver. nec est enorme delictum fo. 417. & ad euitandam alapam à Plebeio, an nobilis possit impunè occidere, quod sic vide. Viu. decif. 46. nu. 12. quem refert, & sequitur Petr. ad Gramat. dec. 98. vbi subdit quod nobilis potest cogere inferiorem ad sibi cedendum locum in Ecclesia ex Petra sancta in sing. 11. etiam quod acquisiuisset locum per appositionem chirotece per quam appositionem posse in Ecclesia locum acquiri dicit Pasca. tract. de vir. patr. pot. p. . . c. . . nu. . .

Et quod alapa percutere est maius delictum, quam percutere pugno; nam alapa,

percussus tractatur pueriliter Nig. in c. Regn. 149. num. 13. Petr. ad d. Gram. decif. 17. num. 3.

N. 5. ibi ¶ ille dicitur proditor vulgari, & communi sermone &c.

- 19 Quis sit proditor, & quot sint species proditorum vide Nig. in c. 13. Regn. quod incip. Nuper apud Trantum sub rub. de pen. & vind. prod. cuius non meminit D. Rouit. in rub. de bonis proditor. nu. 1. & 2. Luc. de penn. in l. fi. circa med. C. de delato lib. 10. & Fari. q. 18. n. 79. Petr. ad Cappy. decif. 30. in ver. qui prodit patriam fo. 354.
- 20 Et quod proditor † sit ille qui fingit se amicum, & tractat eum vt inimicum Foller. in prax. in ver. item quod commisit crimen lese maiestatis num. 9. & 10. fo. 92. vide Ambrosin. decif. Perus. 23. num. 22. Detia. lib. 7. c. 9. tract. crim.
- 21 Et an occidens † amicum reconciliatum dicatur proditor, quod non Ricc. decif. 168. p. 1. quam refert, & sequitur Nouar. collect. 2. super prag. 11. de abolit. num. 9. de quo late per Giurb. conf. crim. 60. d. n. 7. vbi an gaudeat Ecclesie immunitate.
- Et quid si quis latet in loco appensato, vt vulneret, vel occidat, an dicitur per insidias occidere Giurb. conf. crim. 2. num. 34. & 22 seq. Et quid de eo † qui percussit inimicum suum à retro Ricc. decif. 80. p. 1. Pasca. d. c. 6. num. 18. vbi alios citat, quibus adde Nouar. vbi sup. num. 10. quos ego adduxi in causa cuiusdam Clerici de Sciotto de Barulo coram Illustriss. D. Fabritio Carafa delegato S. Sedis Apost. D. meo Colendissimo Episcopo Bitontino, & annuit author noster hic, & multa exempla tradit P. Megala 3. p. iur. sit. peregr. lib. 4. c. 2. nu. 18. & seq. quis dicatur propriè proditorie occidere.
- 23 Et quis dicatur verè † proditor, vt non possit gaudere immunitate Ecclesie, & sic exceptuatus à Bulla Greg. XIV. vide late Alex. Ambrosin. ad Bull. prædictam cap. 6. per tot. & ad saturitatem multa de proditorib. reperies apud Det. & Gutierrez. locis cit. & alios D. præcit. Giurb. conf. crim. 10. d. nu. 17. & seq. vbi de vulnerante cum ictu Scoppitæ late, & de proditore manifesto quis propriè sit Rouit. prag. 1. de bon. proditor. nu. 6. & seq.

N. 15. ibi ¶ non errauit etiam cum dicta qualitate proditoria, quia constabat aliquatenus per depositionem patris matris, & fratris occisi. ¶

De qualitate probanda in delictis vide 1. tom.

1011.com.opin.ver.qualitas num.258.fo.505.

- 23 Quid si de qualitate non constat † à principio, an pendente Iudicio, & processu poterit addi, ut pena grauetur in sententia, quod sic *Gomes. de delict. c. 11. nu. 28.* vbi de comuni testatur secus post sententiam, ut idem *Gomes. d. c. 1. nu. 28.* quem sequitur *Baiard. ad Clar. §. fin. q. 67.* vnde dicit *Bertaz. conf. 196.* & 197. quem sequitur *Baiard. ad Clar. q. 85.*
- 24 nu. 20. quod si qualitas † non fuerit probata, quod nec fiscus, nec alia persona privilegiata poterit restitui si sententia fecit transiitum in rem iudicatam ad probandam qualitatem. Et quod qualitas prodictionis aggrauat omne crimen *Rou. d. prag. 1. n. 113.*

N. 16. ibi ¶ Quod pater inquisiti prædictam exceptionem allegans non erat audiendus. ¶

- 25 Sicuti non esset † audiendus neq; pater neq; alius si diceretur de nullitate sententiæ foriudicationis non existente foriudicato carcerato, quia hoc debet opponere idem carceratus foriudicatus, ut dixi *ad decis. D. de Franch. 688.* vbi an Baro pro suo interesse poterit admitti *Rouit. in rub. de sent. foriud. nu. 24.* dixi *ad decis. de Franch. 639.* & 673. et 674. & non existente foriudicato carcerato si dicitur de nullitate solet fieri pronisio, quod veniat foriudicatus ad se representandum cum guidatico duorum mensium.
- 26 Sed an agnati † ad impediendam foriudicationem possint opponere exceptionem, & quid in exceptione Clericatus *D. de Franch. decis. 329.* *Rouit. in rub. de sent. foriud. nu. 10.* *Reg. Tapp. in rit. 65 num. 4. fo. 24.* vbi
- 27 ponit practicam, & nouissimè in vltima editione *Rouit. in loco etiam cit. nu. 11.* tradit ex d. D. Prædite practicam, quod scripturæ clericatus ponitur extra processum, & super sedetur in foriudicatione, quod non solum observari dicat in clerico beneficiato, sed etiam in simplici clerico exhibita bulla Clericatus primæ tonsuræ, & fide seruitij, imò ex *Presid. eiusdem de Franch. decis. 688.* actendi solum validitatem Bullarum nulla requisita fide seruitij, quam præf. optimam, & necessariam dicit.

N. 17. ibi ¶ nisi inquisitus ipse compareat, & de sua iustitia, & innocentia doceat. ¶

- 28 Adde quod licet contumax † habeatur à statuto pro confesso, & conuicto tamen potest probare suam innocentiam *Baiard. ad Clar. in §. falsum nu. 126.* vbi refert *decis. S. C. & est de mente Arno. in Soliloq. 9.* & 14. vbi latè *Mele filius Meus.*

Joseph Mele

SV M MARIV M.

- 1 Contumax banno supponitur annotantur eius bona, & bannitorum traditur præf.
- 2 Annotatio bonorum contumacis quomodo facienda, & quorum bonorum.
- 3 Foriudicatus inter alias penas patitur publicationem bonorum.
- 4 Excommunicatus persiflens per annum in excommunicatione patitur publicationem bonorum.
- 5 Foriudicationis sententia profertur elapso anno.
- 6 Annus currit à die forbanni. Quomodo sententia foriudicationis exequutioni mandetur, & quid in committentibus recaptum.
- 7 Anno elapso fiscus poterit propria auctoritate bona annotata capere si non adest legitimus contradictor.
- 8 Foriudicati bona quomodo diuidantur, & quid in bonis Neapolitanorum.
- 9 Annus foriudicationis potest per Proregem abbreviari.
- 10 Annus foriudicationis in quibus casibus reperiatur abbreviatus, & quando abbreviatur per Reg. Coll. Conf. sub quibus verbis fiat.
- 11 Cap. post commissum per quos exornetur.
- 12 Absentia quando allegatur quomodo fiat decretum.
- 13 Absentia inquisiti si fuit allegata, & visus non gaudet.
- 14 Iudex superior si expedituit prouisiones directas Iudici inferiori, quod prouideat super grauamine absentie, an interim potest inferior procedere ad sententiam foriudicationis.
- 15 Absentia regulariter est admittenda secundam distantiam loci qualitatis personarum &c.
- 16 In criminalibus licet non admittatur procurator admittitur tamen ad allegandam absentiam, & in casibus in quibus venit imponenda pena relegationis, vel exilij.
- 17 Absentia quando allegatur Iudex attendere debet, an sit verisimilis, quia si malitiose non debet admitti, & quando malitiose censetur allegata.
- 18 Procurator an sicut admittitur ad allegandam absentiam ita ad infirmitatem.
- 19 Absentia, & infirmitas equiparantur.
- 20 Foriudicandus prius est citandus cum affinis, & consanguineis.

F

Citatio

- 2 Citatio quomodo facienda, & quomodo in beneficiis.
- 21 Citandus si non habet domum, et affines sunt absentes quid faciendum.
- 22 Citatio vagabundo quomodo fiat, & an sufficiat si fiat in domo uxoris.
- 23 Citata si fuit uxor in adibus viri, an valeat citatio.
- 24 Citatio debet fieri in loco, in quo verissimiliter perueniat ad notitiam inquisiti.
- 25 Principis potestas ordinaria ius domini tollere non potest.
- 26 Princeps quod facit in alterius iniuriam facere non debet.
- 27 Princeps quando utitur potestate absoluta sine causa peccat.
- 28 Princeps an possit tollere ordinem iudicium.
- 29 Rex nosler inuictissimus nunquam potestate absoluta utitur.
- 30 Princeps, an possit de plenitudine potestatis bona demanialia alienare.

AD DECIS. XVII.

- D**um agitur in hac decis. de anno ad foriudicandum statuto, & an possit abbreviari, sciendum est à tyronibus in praxi, quod citato inquisito, & effecto contumaci forbannitur, ut docet *Foller. in prax. crim. in verb. banniantur*, quia quoniam quis reputatur contumax dicitur banno esse supponendum ut ibi per *Foller. in prin.* & post sententiam forbanni condemnatoriam annotantur bona, ut per *Peregr. de iu. fis. lib. 1. tit. 1. nu. 196.* quem citat *Rouit. in rub. de sent. foriud. nu. 12.* ubi adducit tex. in l. si quis intra prouintiam C. de bon. pro scrip. docentem quo pacto sit facienda et annotatio predicta, & quæ bona confiscantur *Rouit. ubi sup. n. 15. Foller. ver. annotentur nam 6. & seq.* est. n. inter alias et penas foriudicati publicatio bonorum, ut in constit. Regni incip. Grandis utilitas, sed *Foller.* prius ponit annotationem bonorum in ver. Annotentur bona, deinde bannum, quod idem est et in excommunicato persistente per annum in excommunicatione, ut per *Viscon. in conclus. incip. excommunicati* deinde statuit per annum quo lapsa profertur sententia foriudicationis *D. de Franch. decis. 515. n. 4. & 589. num. . . Foller. in prax. crim. in ver. banniantur nu. 1. Masull. ad Cap. dec. 131. & adest Reg. constit. incip. foriudicatorum; Rouit. ubi sup. n. 2.* qui etiam dicit ille 6 annus currit à die forbanni, & annotationis facta, ut in d. constit. Grandis utilitas *Ric. col. lect. 1401.* & quomodo sententia foriudicationis est executioni demandanda tradit *Petr. ad dec. Gram. 24. nu. 7.* quod facta reco-

gnitione personæ sunt foriudicati morti tradendi pro executione sententiæ foriudicationis, sed an hoc procedat in committentibus crimine recaptus qui si non comparent infra quatuor dies post citationem habentur pro contumacibus. & foriudicatis iuxta *prag. 12. de exulib.* vel sit opus sententiæ declaratoria, vide *D. Rouit. d. prag. 12. à n. 3. usq. ad fin.* & de illis personis, quæ committunt recaptum, & quomodo contra eos procedatur, quod procedatur leuato velo ad modum belli, & manu militari *Mastrill. de indul. c. 33.* ubi quod sunt exclusi ab indulto, ~~et alia notata de~~ *Viscon. in concl. incip. furtum col. 4.*

Quid si nulla est facta annotatio, an currat annus à die forbanni, quod sic, ut in cost. penam eorum in prin. ibi (à die banni edicti) *D. de Franch. d. dec. 515. Rou. ubi sup.* & quod elapso 7 anno et fiscus poterit bona annotata propria auctoritate capere si non adest legitimus contradictor, qui alias esset audiendus *Rouit. ubi sup.*

Quomodo autem et diuidantur foriudicatorum bona in hoc Regno, & an stante gratia Neapolitanis concessa remaneant penes eundem foriudicatum, vel applicentur successoribus *Pascal. de viri patr. pot. p. 4. c. 5. n. 43. D. de Franch. decis. 563. nu. 1.*

Et dum hic tractatur abbreviatio illius anni post quem fertur sententia foriudicationis, & quod et possit abbreviari per Proregem adde *Masull. ad d. Cap. dec. 131. & 141. Molfes. ad consue. Neap. p. 4. q. 47. nu. 10. D. de Pont. dec. 22. num. 1. Mastrill. de indult. c. 30. Carauit. prag. 1 de exul. nu. 12. & seq. Ricc. col. 1401.*

In quibus autem et casibus ille terminus anni possit abbreviari vide *Rou. ubi sup. nu. 6.* qui adducit primum casum in crimine osculi violenti *Masull. ad d. Cap. dec. 131. n. 4.* secundum in duello. Tertiū in recapto, ut est prouisum per d. *pragm. 12 sub tit. de exul.*

Adde quartum in actu scoppiæ, ut per *prag. Com. de Lemos in anno 1616. & Duc. Of. sume.* & in supradictis casibus vide *pragm. cita. per Viscon. ad dec. D. de Franch. 213 nu. 35.* ubi quando abbreviatur istud tempus à Collaterali Cōf. dicitur pro ista vice tantum in alijs autem delictis arbitrio Proregis, siue per eius commissarios quibus talis potestas quandoque ab eo conceditur, abbreviatur, ut per *D. de Franch. dec. 213 n. 6. hic cit. n. 15.* & tali abbreviatione facta elapso termino habetur pro mortuo *Ricc. ubi sup.*

N. 9. ibi et cap. Regni post commissum denegans audientiam excusatori. et
11 Cap. hoc et ultra Campag. exornat *Ricc. col. lect. 2318. Baiard. ad Clar. q. 34.*

N. 9.

N. 9. ibi ¶ quando inquisitus fuit visus tempore delicti. ¶

- 12 Absentia quando ¶ allegatur fit decretum hoc modo. Fuit reputatus contumax verū infra dies tot. comparuerit deleatur &c. si fuerit visus, vel captus non gaudeat, vide *Amen. ad decis. D. de Franch. 327.* vbi annuit dictam decreti formulam, & aliam adducit practicum quando allegatur absentia, & *Nig. d. c. post commissum n. 7. Foller. in verb. audiantur excusatores num. 12. fo. 63.* Vnde quando allegatur absentia, & in decreto ap ponitur illa clausula, si fuerit visus, vel cap tus &c. si inquisitus fuit visus ¶ in die delicti, vel post quod absentia non est admitten da, si id constiterit iudici coram quo allega tur absentia, vt ponit practicum, *Amend. ad d. D. de Franch. decis. 327. num. 2.* quam de cis. vide cum alia *D. de Franch. 589.* Sed si fue rit aditus Iudex ¶ superior qui prouisiones expediuit, quod prouideat Iudex inferior su per grauamine absentię non admittē, an pos sit per Iudicem inferiorem procedi ad sen tentiam foriudicationis, vide *D. de Franch. d. decis. 327. Baiard. ad Clar. q. 34. n. 9. Thor. in compen. decis. ver. absentia Ricc. coll. 472.*
- 13 Verum quod absentia ¶ nō aliter constituto de prædictis Iudici est admittenda secundū distantiam loci, & qualitatis personarum, alias terminus angustus esset nullus, *Carabb. sing. 2. Baiard. d. q. 34. n. 3.* & secundum qua litatem personæ, vt per Authorem hic in fin. & de alijs materiam concernen. vide *Baiard. loco sup. cit.*

N. 9. ibi ¶ tunc benè admittitur, & audietur excusator allegans absen tiam inquisiti. ¶

- 16 In criminalib. ¶ licet non admittatur pro curator, admittitur tamen ad allegandā ab sentiam, *Masull. ad Cappy. dec. 5. nu. 3. & seq. Clar. d. q. 34. Baiard. ad Clar. q. 32. & 34.* vbi de omnibus casib. in quib. procurator admi ttitur in criminalibus, *Ricc. collect. 856. 1035 & 2622. Foller. d. ver. audiantur excusatores n. 1. & seq.* & tu nō. quod circa hoc dicit *Ro uit. in prag. 2. de iurisd. inui. nō turb. n. 59. in allegat. pro nostro deuotissimo S. Nicolao Ba rensi,* quod Procurator interuenire pōt in casib. in quib. venit imponenda pēna relega tionis, vel exilij, secus si venit imponēda pē na corporis afflictiva, & non modo procu rator, sed quilibet ad allegandam absen tiam admittitur, *Baiard. d. q. 34. nu. 7.*
- 17 Et circa absentia, Iudex ¶ attendere de bet, an sic verisimilis, & annuit *D. de Fräch. dec. 589.* nā si videt malitiosē allegari illam

non debet admittē, & quando absentia præsumat malitiosē allegari, *Baiard. loco cit. nu. 15. & seq.* vbi ponit multos casus in ter quos est, si quis personaliter fuit citatus, *Carauit. rit. 266. nu. 7.*

- 18 Et an sicuti admittitur ¶ procurator ad allegandum absentia ita quoq; ad allegandū 15 infirmitatem cum absentia, & infirmitas equiparentur, c. cū in tua qui ma. accus. poss. & *Bar. in l. is potest ff. de acq. her. nu. 7.* po teris hanc q. decidere ex adductis per *Cossa. de portio. rata. q. 117. & Clar. d. q. 34.*

N. 12. ibi ¶ vbi citandus de persona reperiri non potest, citari possit domi in qua vxor filij, vel alia specialis fami lia commoretur &c. ¶

- Nullus foriudicari potest nisi prius citetur *And. in sup. cit. cōst. D. de Franch. dec. 514.* re quiritur etiam consanguineorū cit. & affi nium qui omnes debent specialiter, & sin guli citari, nec sufficit citatio generalis per proclama *D. de Fräch. dec. 516.* & in faciēda citatione. Primo debet de iure diligentia fie ri ¶ si quis potest citari de persona, deinde debet citari ad domum, vt probat iurib. & authoritatib. *Vāt. in tra. de nullit. tit. de nul lit. ex defect. citat. n. 83.* quē vide etiā *n. 93. co. tit. & nu. 88.* & præsertim in benefitialibus *Fräch. Marc. dec. 121. p. 2. Amend. ad dec. D. de Fräch. 515. n. 7.* & quomodo faciēda est cit. domi *Amēd. ad d. D. de Fräch. dec. 515. n. 1. et seq. & n. 11. & 17. Thor. in cōpen. dec. ver. Re latio nuntij omnino, & in 2. p. ver. citatio ad informandum col. 1. in fi.* vbi meminit huius decis. sub hoc nu. 12. & in fin. illius verbi.
- 21 Quid si citandus ¶ nō habet domū, & af finis, & cognati sūt absētes, vel sint in pro uincia in qua M. C. V. non habet iurisdic tionē quomodo prouidēdum *D. de Fräch. dec. 516. Amend. ad d. dec. 515. nu. 13. Ricc. collect. 1401. Thor. qui alios citat in ver. citatio ad*
- 22 foriudicandum, & quomodo fiat citatio ¶ vagabundo, & an sufficiat si citatio fiat in domo vxoris, *Guid. Pap. dec. 45. Meno. lib. 2. presump. 27. Rouit. pragm. 3. nu. 10. de cit.*
- 23 vbi num. seq. dicit quod si vxor ¶ citetur in ædibus viri valet citatio, etiam si vxor alibi habitaret, & quis dicitur vagabundus *Ro uit. in rub. de vagabun. nu. 1. Gail. lib. 1. obser. 1. nu. 34. & co. lib. obser. 57. nu. 4.*

N. 12. ibi ¶ non refert quod citatio non perueniat ad notitiam inquisiti. ¶

- 24 Sed quod aliās citatio debet ¶ fieri in loco in quo verisimiliter citat. possit puenire ad notitiam citati *D. de Rot. decis. 5. de recep.*

in nouiss. Amen. ad d. decis. 515. num. 5.

N. 16. ibi ¶ malè fa cit Princeps vtē do potestate absoluta, quia peccat cum debeat vti ordinaria. ¶

- 25 Adde quod Principis † potestas ordinaria ius dominij tollere non potest Capy. decis. 69. Ioseph Ludou. decis. Perus. 45. quod enim
- 26 facit Princeps † sine alterius iniuria facere debet Affl. decis. 186. debent. n. sui actus regulari à iustitia poli, & fori, & sibi placere debet, quod iustum, & verum est Gail. obser.
- 27 14. & quando vtitur † potestate absoluta, sine causa, & non ordinaria licet nemo possit dicere Principi cur ita facis, tamen peccat apud Deum Capy. decis. 196. quem cum supradictis refert Ricc. collect. 2428. vbi multa subdit concernentia dicta hic, & Capibl. prag. 1. de Baron. nu. 167. & seq. Pascal. de vi. pa. pot. p. 1. c. primo nu. 87. & seq. vbi multa reperies.
- 28 Et an Princeps † possit tollere ordinem iudicarium Ricc. coll. 2108. & an possit rem alteri tollere coll. 1858. 1952. & 1966. & de Principis potestate, & autoritate eundem collect. 407. & 2022. Capiblan. de Baron. prag. 6. nu. 131. & seq. & prag. 14. num. 25. Pascal. vbi sup. p. 1. c. 1. vbi num. 104. quod
- 29 Rex † noster inuictissimus nunquam absoluta potestate vtitur, & ibi plenissime
- 30 disputat, an Princeps possit † de plenitudine potestatis bona demanialia alienare. Super quo Bambacar. edidit pro Ciuitate Bitonti Ciuitatis demanialis tempore quo venditio tractabatur cum Principe Hostiliani.

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Homicidium commissum ab iniuriato post quatuor annos à die recepte iniurie quæ pena ordinaria, vel extra ordinaria puniendum.
- 2 Iracundia tempus quanto tempore durare, presumatur referuntur opin. num. 4. & 5. 6.
- 3 Apostoli dictum. Sol non occidat super iracundiam vestram explanatur.
- 7 Honor omni commodo preferendus æqualitate perpenditur cum vita num. 6. rebus, & vitæ præponitur num. 9. nihil est homini carius nu. 10
- 11 Homicidium commissum in personam illius

qui homicidam prius alapa percussit, quæ pena puniatur.

Nobilis ad euitandam alapam à plebeio potest illum occidere.

- 12 Homicidium commissum pro defensione vitæ, & propter inimici insidias quas sine magno periculo vitæ occisor euitare non poterat excusat etiam à peccato, & restitutione.
- 13 Defensio membrorum licita.
- 14 Defensio pro rebus licita.
- 15 Defensio pro honore, & pudicitia licita.
- 16 Defensio pro amicis, & proximis licita.
- 17 Defendere tenetur Vassallus dominum vir uxorem pater filium, & è contra consanguineus consanguineum affinis affinem cognatus cognatum &c. num. 18.
- 19 Iniuria facta patri censetur facta filio, & facta uxori censetur facta viro, & vni de agnatione omnibus, et ob iniuriam factam filio offenditur pater sine cuius consensu remitti non potest.
- 20 Defendere potest filius patrem etiam aduersus Clericum, & è contra absq; censura. Inimicus consanguinei mei, an sit meus inimicus.
- 21 Defensio in continenti, paribus armis, & cum moderamine inculpatæ tutela non diuertendo ad extraneos actus cum defensio sit omni iure ciuili naturali, & diuino permessa non est punibilis.
- 22 Homicidium committens solam defensionem intendens non peccat, nec tenetur restituere.
- Et quid de occisore, qui grauiter prouocauit occisum nu. 23.
- 24 Prouocatus primo quando possit prouocantem offendere, & quis dicatur, & presumatur aggressor, & quod mitius punitur prouocatus ad delinquendum.
- 25 Homicidium committens post receptam iniuriam ex intervallo diuertendo ad extraneos actus punitur, et peccatū nō euitatur.
- 26 Verbum (in continenti) quas interpretationes recipiat, & nu. 28. & 29.
- 27 Homicidium quando dicatur præmeditatum, vel ex impetu, & rixa.
- 30 Iniuria, an possit ulcisci ad defensionem.

AD DECIS. XVIII.

AD hanc decis. vide tradita per Giurb. cons. 86. vbi nu. 8. meminit huius decis. quæ quidem notabilis est dum in ea concluditur, qd committens † homicidiū post 4. annos à recepta iniuria puniendus sit pena extraordinaria, & qd post dict. tēpus dicatur incontinenti patra-

- patratum homicidium, cum magis larga licet communiter recepta opinio in hac materia sit illa *Luc. de penn. in l. omnes C. de de-curio lib. 10.* extendens tempus + calor iracundie vsq; ad 30. dies, quā sequutus est *Dec. in l. quicquid calore ff. de reg. iur. per tex. in l. si vindicari C. de pen. Farin. conf. 2. num. 8.* quanquam nonnulli ab ea discesserunt putantes calorem iracundie non posse ultra 12. horas durare iuxta illud *Aposl. sol non occidat super iracundiam vestram Barz. decis. 132. nu. 26.* Verum ista autoritas + parum suffragatur illi opinioni, Apostolus .n. his verbis non decedit, quod iracundia non potest ultra 12. horas durare, sed consulendo illis verbis (irascimini, & nolite peccare sol non occidat super iracundiam vestram) suadet, quod unusquisq; temperet iram suā, nec ultra progredi faciat, unde nonnulli arbitrati sunt iracundiam illam + posse durare vsq; in sequentem diem, de quo per *Menoch. conf. 107. num. 4. vol. 1.* alij vsq; ad tres dies proximos *Gail. lib. 1. pract. obser. obser. 16. num. 1. & 13. Barz. d. decis. 132. num. 29.*

Verum quia secundum *Bar. in l. 2. §. cum igitur ff. de vi. & vi arm.* arbitrio Iudicis + id semper remittitur pro personarum, & rerum qualitate *glo. in c. an sit ubi no. & ibi add. de appell.* Ideo iste qui recepit iniuriam habito respectu ad qualitatem personæ offensæ honoris sui causa vlciscendi, illam iniuriam continuo præ oculis præsumitur habuisse, illamq; ruminasse seruando sub pectore vulnus iuxta illud *Virg. lib. 1. Æneid. de Iunone.*

- Oeternum seruans sub pectore vulnus. Fuit conclusum, & arbitratum per S.C. illud homicidium etiam post longum tempus commissum à die receptæ iniuriæ fuisse in continenti commissum, nam alias extendi posse ad spatium decem annorum dicit *Barz. d. dec. 132. ante num. 32. Vrsill. ad Affl. decis. 289. num. 36.* vide omnino *Giurb. conf. crim. 86. nu. 20. & D. de Pont. in tra. de potest. proreg. quod vis in continenti propulsari dicitur, & si ex intervallo quando vis est continuata, & permanens tit. 2. §. 3. num. 21. & Guazzin. in tit. ad defens. reorum defens. 29. c. 4. num. 9. & 31.* fuit .n. habitus + respectus ad qualitatem personæ, & defensionem honoris, qui omni commodo + est præferendus *Carauit. rit. 5. nu. 11.* imò æqua lance + perpenditur cum vita *Gram. decis. 98. no. in l. isti quidem ff. quod me. ca. Barz. d. decis. 132. nu. 13.* vbi quod honor + rebus, & vitæ præponitur *l. Iulianus ff. si quis omiff. ca. testam. 10* & honori + nihil est homini carius nihil

præciosius *Laderch. conf. 182. num. 4. Bertaz. conf. 111. nu. 5. & 135. nu. 15. Gram. conf. 29. nu. 5.* multos cumulat *Pascal. de vi. pa. pot. p. 3. c. 6. num. 23.* vide *Vrsill. ad affl. decis. 289. num. 36.*

N. primo ibi ¶ alapa in faciem percussus. ¶

- 11 De eo qui + occidit percutientem cum alapa vide *Socc. lun. conf. 117. vol. 3. per tot.* quæ refert *Pasca. d. c. 6. n. . .* & quod nobilis ad euitandum alapam à plebeio potest illum occidere impunè *Bero. conf. 173. Viu. decis. 46. nu. 12.* quos refert *Petr. ad Gram. decis. 98. nu. 1. dixi sup. ad decis. 16. nu. 18.*

N. 2. ibi ¶ pro defensione vitæ. ¶

- 12 Homicidium commissum + pro defensione vitæ etiam propter inimici insidias quas sine magno periculo vitæ occisor vitare non poterat excusat etiam à peccato, & restitutione *Reu. P. Megala instit. Per. 3. 1. 2. lib. 3. c. 1. n. 10. & 11. Pascal. d. c. 6. n. . .*

N. 2. ibi ¶ & corporis proprii ¶

- 13 Adde quod etiam defensio + membrorum licita est prout licita defensio vitæ *Megal. d. c. 1. nu. 7. Pascal. d. c. 6. nu. 1.*

N. 2. ibi ¶ rerum ¶

- 14 Adde quod defensio pro rebus etiam + licita est *Megal. d. c. 1. nu. 8. Pasca. d. c. 6. n. 36.* qui declarat quomodo id procedat *Anna conf. 7. nu. 16. & 17.*

N. 2. ibi ¶ honoris ¶

- 15 Sicuti pro vita licita, & necessaria + est defensio ita pro honore, vt enim supra diximus honor vitæ æquiparatur *Megal. d. c. 1. nu. 6. 7. 8. Pascal. ubi sup. num. 23.* idem pro tuenda pudicitia dicit *Megal. d. c. 1. n. 9.*

N. 2. ibi ¶ amicorū, & proximorū. ¶

- Adde quod sicuti personam nostram tueri possumus, ita proximorum consanguineorū filiorum, & vxoris, imò amicorum *Ann. cōf. 7. Pascal. ubi sup. cit.* Sicut .n. metus amissionis vitæ propriæ dicitur iustus, ita vitæ, & Affiniū *Meno. de arb. cas. 135. nu. 8.* Et si licita est defensio + pro amicis, & proximis, vt per *Megal. d. c. 1. nu. 17. & lib. 2. c. 18. nu. 10. Pascal. d. c. 6. n. 28. & seq.* tenebitur etiam 17 Vassallus + defendere dominū suū *Pascal. d. c. 6. n. 32.* etiam contra proprium patrem fratrem vel filium *Clar. in §. feudū q. 21. ver. sed nunquid Petr. ad Gram. dec. 67. nu. 1.* sed quod Vassallus potest se contra dominum defendere *Ann. d. cōf. 7. n. 25.* vbi alios allegat,

18 & multò magis † vir vxorem pater filiù ,
 & è contra , cum illi sint vna , & eadem ca-
 ro, isti vna eadèq; persona *Anna d. conf. 7. n.*
13. & consanguin. consanguineum affinis af-
finem, cognatus cognatum , & sic deinceps
 19 cum iniuria † facta patri censeatur facta fi-
 lio imò ex iniuria facta filio, magis offendi-
 tur pater , quam filius *l. in personam ff. de*
pact. vbi D. qui dicunt quod filius non po-
test remittere eam, sine consensu patris, vt
per Petr. ad Gram. decif. 13. n. 4. qui alios ad-
ducit, & ibi limitat, quibus adde tradita per
Consil. Pascal. in tra. de uir. pa. pot. p. 1. c. 20. n.
3. & sequen. & iniuria facta vxori censeatur
facta viro Viu. decif. 167. n. 3. & 322. per tot.
Barz. d. decif. 132. nu. 1. 2. 3. & seq. Petr. qui
de prædictis non meminit , solum de supra-
dicta decif. Viu. 167. ad dec. Gram. 23. nu. 3.
 sed quod vxor non agat pro iniuria viri vi-
 uentis, sed benè post mortè viri vide *Consil.*
Theod. alleg. 9. nu. 3. & iniuria facta vni de
agnatione censeatur facta omnibus Ozasch.
decif. 104. nu. 3. & Barz. d. decif. 132. num. 5.
 quod ampliat *Pascal. d. c. 6. n. 33. & quod èt*
 aduersus clericum , vt quis † teneatur ad
 20 defensionem patris , filij & similium perso-
 narum absq; censura. *Anna d. cõf. 7. n. 8. Hinc*
 sicut oritur inimicitia capitalis ex offen-
 sa propriæ personæ, ita ex persona consan-
 guinei *Gig. in tra. de crim. lese ma. tit. quom.*
& per quos q. 2. & propterea inimicus con-
sanguinei mei dicitur inimicus meus Bar. et
add. in l. tutor §. si tutor ff. de sust. tuto. cum
alijs alleg. per Petr. vbi sup. nu. 2. vbi idem in
 consanguineo inimici mei & ibi nu. 1. an di-
 catur fractor pacis , qui offenderit consan-
 guineum illius cum quo facta est pax, & an
 consanguineum percutiens clerici illius in-
 tutu excommunicationem incurrat.

N. 3. ibi ¶ & dicitur incontinenti
 facta defensio quando extraneus actus
 non intercessit. ¶

21 Quando defensio † iuxta not. in Vulg. *l. vt*
uim ff. de iust. & iur. sit in continenti, pari-
bus armis, & cum moderatione inculpatz
tutelæ non diuertendo ad extraneos actus ,
 cum defensio sit de iure civili , naturali , &
 diuino, ne per *Affl. in constit. pacis cultum 6.*
no. post nu. 50. & in const. asperitatem nu. 18.
 cum alijs latissimè cumulat per *Vifcon. no-*
uissimè in sua concl. incipit defensio, eo modo
 facta defensio non est punibilis *Meno. de*
arbitr. cas. 277. & 278. Guazzi. in tra. ad de-
fens. reor. defensio 27. c. 5. num. 2. vers. si circa
 22 tempus . Hinc etiam homicidium † com-
 mittens solam defensionem intendens non
 peccat, nec restituere obligatur etiam si ip-

se prius aggressor fuerat *Megal. 1. 2. lib. 3. c.*
 23 *1. nu. 4. Idem est si occisor † fuga propriam*
 vitam saluare poterat dummodo ipse occi-
 sor ad offensionem occisum grauitè non
 prouocauerit, vt idem *P. Megala d. c. 1. n. 16.*
 24 Et quando prouocatus † qui primò fuit
 possit impunè prouocantè offendere *Barz.*
decif. 133. Tira. de pen. temperan. caus. 1. nu.
10. Pascal. vbi sup. nu. 7. Et est optimus tex.
in l. quoniam multa C. ad l. Iul. de vi. pub. què
 adducit *Mastrill. decif. 292. n. & de prouoca-*
 to ad delinquendum, quod mitius puniatur
Marf. in l. 1. ff. de fcar. Petr. ad Cap. decif. 58.
 & ad *Gram. decif. 5. post nu. 1. qui dicit ad id*
 conferre *decif. Boer. 168. Et quis præsuma-*
 tur aggressor si vnus ex rixantibus reperiatur
 mortuus. *Idem ad decif. Gram. 25. nu. 6.*
vers. verum si quis latè Ambrosin. mox vi-
sus, & post hac scripta dec. Perus. 22. tot.

25 Verum si quis ad extraneos † actus diuer-
 tendo post receptam iniuriam ex interual-
 lo se defendit, seu maioris iniuriæ vliscitur
 ista defensio est punibilis, & in hoc versatur
 arbitrium iudicis , an iste excessus ex inter-
 uallo factus sit puniendus pœna ordinaria ,
 vel extraordinaria actenta qualitate perso-
 narum, & rerum *per glo et Abb. in dicto c. an*
sit, si fuit in continenti facta per iniuriatum
ultio, & si calor iracundiæ tempore patrat
delicti durare poterat de quo latè per Me-
no de arbitr. cas. 361. Tesaur. decif. 178. Viscò.
in concl. Homicidium Pascal vbi sup. Farin.
de pen. temper. q. 91. Gail. lib. 2. obser. 110.
Barz. d. decif. 132. omninò viden. vbi latissi-
 me explicat illud verbum in cõtinenti quas
 26 interpretationes recipiat. *Ascia latè in tra.*
de solut. in durior. caus. glo. 4. per tot. & de
 isto ver. in continenti omninò *Crauet. conf.*
156. nu. 18. & 19. & hoc casu non euitatur
 peccatum quando pro reintegrando hono-
 re amisso sit homicidium nisi in consulto ca-
 lore id faciat *Megal. vbi sup. n. 12. ad quem*
 recurras ad sciendum quando defensio sit
 licita, vel non.

N. 4. ibi ¶ homicidium factum ex
 causa. ¶

27 Homicidium † quando dicatur præmedi-
 tatè factum, vel ex impetu , & rixa declarat
Mastrill. omninò viden. decif. 297. Giurb.
conf. 2. nu. 29. & 44. & conf. 63. num. 20. &
conf. 51. nu. 2.

N. 5. ibi ¶ quia illud in cõtinenti, ¶

28 Hoc verbum (in continenti) † secundum
 materiam huius decif. vltra *Barz. sup. citat.*
 qui vt dixi, latissimè explicat, *Meno. d. cas.*
361. Tesaur. decif. 178. circa fin. ver. intra
 quot

quot dies. *Pascal. d. c. 6. Giurb. conf. crim. 86. num. 4.*

N. 5. ibi ¶ illud in continenti etiam in causis ciuilibus ¶

- 29 Hoc verbum † in continenti, quid importet in causis ciuilibus vide optimum tex. quem tex. ego appello tex. & glo. idem. n. tex. est glo. in l. fin. C. de erro. adu. quem post hæc scripta reperij cita. à *Morot. conf. 8. num. 32.* quem vide de hoc ver. (in continenti) vide *Affl. in constit. Reg. lib. 1. rub. 31. de cultu iustitie nu. 8. Barz. d. decis. 132. nu. 32. Scraph. decis. 660. Petr. qui multos enumerat casus ad decis. Capy. 167. lit. D. Amen. ad decis. D. de Franch. 289. n. 10. latè de dicta dictione (incontinenti) Cened. sing. 56.*

N. 5. ibi ¶ dicatur in continenti se vindicasse. ¶

- 30 Vide optimum tex. † in l. scientiam §. in aliter, & ibi glo. in ver. vlciscēdi ff. ad l. aquil. vbi habes, an possit vlcisci iniuria ad defensionem.

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Pactum in capitulis matrimonialibus, vt vir faciat perpetuum incolatum in aliquo loco, an sit validum, & de statuto simili.
- 2 Roma erat communis patria.
- 3 Vrbs Constantinopol. quoque suo tempore communis patria.
- 4 Neapolis bodie cum sit Metropolis Regni, & ibi resideat Vicarius Principis, & tot supremi Magistratus, dicitur communis patria.
- 5 Regnum Neap. dicitur pratiofa hereditas pomerium, & Iardenum amenissimum.

AD DECIS. XIX.

- H** Vius decis. meminit nouissimè *Tbor. in compen. decis. 2. p. ver. pactum fo. 409.* vbi multas alias decis. & authores adducit, & *Apicel. alleg. 6. num. 11.* post hæc scripra vilus, sed
- 1 contra decis. istam, quod imò pactum † in capitulis matrimonialibus de perpetuo incolatu appositum sit inualidum multis rationibus probat *Petr. ad Capy. decis. 135. lit. D. per duas col. contra dictam Capy. decis. idè quod in ista concludentem. Cuius Capy.*

decis. licet corruptè meminit *Tbor. in compen. decis. Reg. in ver. Maritus, & pater, & ver. pactum*, & rationibus adductis ibi per *Petr.* ad stipulantur rationes adductæ licet ad aliud propositum per *D. Consiliar Scip. Rouit. in prag. 8. de comp. à nu. 8. vsq; in fin.* quorum dicta de seruēt hic pro additione.

& de statuto contra libertatem matrimonij, ne possit mulier viro extero nubere vide *Pascal. de vi. pa. pot. p. 3. c. 2. nu. 30.*

N. 27. ibi ¶ cum sit hæc Ciuitas Metropolis, & domicilium totius Regni ¶

- 2 Sicuti Roma † quando erat caput mundi erat communis patria l. *Roma communis*
- 3 patria ff. ad municip. & vrbs † Constantinopolitana suo tēpore, quoque communis patria dicebatur, vt per *Bal. in rub. C. quā accus. non poss. nu. 11. Det. in c. 1. nu. 1. de præben.* cum id extendatur † ad locos, vbi residet Cur. & vbi residet princeps, vel eius Vicarius e. fin. de foro comp. vbi *Abb. Castr. in l. 2. C. de iuris. omn. Iud. nu. 5.* Et in Ciuitate, Neap. residet Principis Vicarius, & tot supremi Magistratus, vt Author noster dicit hic possumus iure merito Ciuitatem Neap. dicere cōmunem forum, vt probat *Capibl. Pragm. 8. de baronibus p. 2. nu. 66. fo. 271. in vltima impress.* maximè cum sit Metropolis totius Regni *Pragm. 1. de immuh. Neap. contes. D. de Franch. decis. 360. nu. 4. Tbor. in 2. p. compen. ver. Baro externa nationis 1. col. circa fin. fo. 38.* quod Regnum † dicitur pratiofa hereditas, quia in eo adest abundantia victualium, & fructuum secundum *Affl. in prag. constit. §. cū igitur, & in cap. reg. 110.* dicitur hoc regnum pomerium, & iardēnū amenissimum de quibus, & de alijs laudibus huius Regni vide *Viscon in concl. sua. Cuius est initium Regnum Neapolitanum.*

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Resoluto contractu, an debeantur vsure conueniente ex illo contractu.
- 2 Interesse an debeat. contractibus habitis pro rescissis in graduatione.
- 3 Rescisso contractu tertia non vocatur tertia, sed interesse.
- 4 Agi an possit exequuti: de pro interesse post liquidationem.
- 5 Contractu annullato, an debeantur fructus.
- 6 Interesse debetur etiam post sententiam ex mora

mora debitoris condemnati, & non soluentis intellige nu. 7.

- 8 *Moram quando quis ipso iure in currit, illa mora non operatur effectum producendi interesse nisi sequatur sententia declaratoria.*
- 9 *Interesse absq; mora non debetur, & mora sine scientia, & interpellatione non committitur.*
- 10 *Interesse ex quotuplici mora debeat, & quando contrahatur.*
- 11 *Morosus debitor, an teneatur soluere interesse lucris cessantis, & quid si ob paupertatem soluere non potuit debitum principale.*
- 12 *Creditor plus debito petens non constituit debitorem in mora etiam ratione partis vere debite, & nu. 12.*
- 13 *Creditor plus debito petens in expensis condemnatur, & amissione iurium num. 19. & 21.*
- 14 *Quid si petijt, & non exegit cum effectu.*
- 15 *Apocae falsas presentans, & pecuniam non exigens, an incurrat penam.*
- 16 *Petens debitum solutum si effectualiter non exegit, an incurrat penam prag. 7. de fals. & quid si est deuenitum ad actum executionis.*
- 17 *Petere, verbum quid importet.*
- 18 *Creditor plus debito petens si non est in dolo non condemnatur, Idem si adejt clausula saluo iure, vel omni modo meliori & c. nu. 20*
- 21 *Probatio que fieri debet per scripturas, an sufficiat si fiat per testes.*
- 22 *Debitor citatus super temore instrumenti si appellet a citatione quas prouisiones obtinebit a tribunal superioribus.*
- 23 *Creditor petens totum cum debeat petere partem, an incidat in penam prag. 7. de fals.*
- 24 *Et quid si petat partem debiti, quod fuit integre solutum.*
- 25 *Creditor petens ante tempus plus petere dicitur, & quam penam patiatur.*
- 26 *Debitor fauore publice utilitatis possunt, ante tempus conueniri.*
- 27 *Carcerary plus debito peten. possunt puniri, & qua pena.*
- 28 *Officiales debent sportulas iuxta pandectam exigere Idem in actuarijs contra quas sunt emanata R. Prag. & c. Reg. que recensentur.*
- 29 *Actore petente plus in qualitate, an reus possit totum negare debitum.*
- 30 *Actore agente assistentia, & peten. plus debito, an sententia sit nulla.*

N. 1. ibi ¶ resolutio contractu non debentur amplius vsuræ conuentæ & c. ¶

- 1 **A**N resolutio + contractu debeatur vsuræ conuentæ ex illo contractu videatur omnino D. Conf. l. Scip. Rouit. in prag. 1. de cens. nu. 35. & in prag. 1. de cessio. bono. num. 21. & a nu. 12. quid in contractibus + pro rescriptis habitis in graduatione quid in debitore de cocto, & quomodo vocentur + illæ vsuræ rescripto contractu, quod non dicantur amplius tertiæ, sed interesse, & quare, & quod + exequutiue pro illis agi non poterit post liquidationem Carauit. rit. 167. Rouit. d. nu. 39. Capibl. prag. 1. de Baro. nu. 292. & seq. vbi de supradicta principali q. de qua etiam Viscon. in concl. incip. interesse. 3. col. vbi non meminit de Rouit. solum adducit conf. Lanar. 63. Mariscott. var. resolut. c. 63. quem adducit Capibl. d. loco apud quem quid de fructibus + annullato contractu a n. 221. & an fructus debeantur ex nunc, vel vt ex tunc nu. 275.

N. 2. ibi ¶ quia contractus resoluitur culpa debitoris morosi, ¶

- 6 Quod interesse + debeat etiam post sententiam ex mora debitoris condemnati, & non soluentis Capibl. vbi sup l. Kalendis ff. de rei iud. c. mora vbi Dyn. de reg. iur. in 6. intellige tamen quando sententia + continet certam, & liquidam quantitatem, secus si incertā, & liquidandā, vt Gallupp. declarat in recent. prax. S. C. p. 3. c. 2. num. 39. & seq. fo. 237. cui addo Viscon. in concl. mora purgatio circa med vbi adducit Assl. & Versill. decis. 205. Lanar. conf. 28. num. 24. Surd. decis. 179. nu. 13. Fab. de ann. conf. 93. nu. 23. tu vide Ricc. collect. 2401.
- 8 Et quando quis + incurrat moram ipso iure, vt in casibus no. per Meno. de arbitra. cas. 220. lib. 2. nu. 8. & seq. tunc illa mora non operatur effectum producendi interesse, nisi adhuc sequatur sententia declaratoria iudicis, vt per Meno. ibi nu. 7.)
- 9 Et quod interesse + absq; mora non debeat, & mora sine scientia, & interpellatione non committatur, quoniam solus aduersus eum locum habet, qui in dolo presunto, siue lata culpa versatur Rot. diuers. decis. 771. p. 4. quam adducit Ricc. collect. 2464. ver. aduerte, vbi in seq. interesse + ex quotuplici mora debeat, & quando illæ contrahantur Verall. decis. 108. p. 2.
- 11 Sed an debitor + morosus teneatur soluere

re

re interesse lucri cessantis vide *Vise n. in ver. interesse in suis conclus. cum D. per eum adductos*, & quid si ob eius paupertatem solvere non possit debitum principale *Aff. dec. 20. num. 3.* quem cum alijs adducit *Viscun. loco ante cit.*

Verum magis propè addicta in hac de-
12 *cif. descendendo dico, quod dum t creditor plus debito petat, non constituit debitorem in mora Consil. de Georg. alleg. 1. nu. 27. etiam ratione partis, verè & realiter debet nisi protestetur separatam recipere aliam partem iux. doct. Bar. communiter receptam in l. qui solidum vers. aliter ff. de leg. 2. de qua per D. Gizzarell. inf. nu. 16. Praes de Amat. conf. 92. nu. 22. ubi n. seq. respondet doctrina eiusdem Bar. in l. 1. §. si stipulanti ff. de ver. obl. dicentis ratione partis non verè non posse totum negari, vide omninò quia nimis erudite loquitur more suo.*

N. 9. ibi ¶ quod qui per dolum plu-
debito petit cõdemnatur in expen. ¶
Adde *Rot. Auenio decif. 35. Tesaur. decif. 231. Masull. ad Capy. decif. 49. nu. 3.* alios refert *Carrabb. sing. 191. incip. petens plus debito*
13 Et quod iudex t plus vero peten. debeat in expen. condemnare vide *Viu. decif. 340. ad quam se remittit Nouar. coll. ad prag. 93. num. 1. & 141. nu. 5. Caball. resol. 260.* quod
14 limitat *Barz. decif. 76.* in eo t qui petisset tamen non exigisset cum effectu etiam si ad actum exequutionis deuenisset, & ita decifum testatur in *S. C. Nouar. collect. 93. & alteram decisio. Ricc. 70.* loquentem de piz-
15 sentante t Apocas falsas banci, & non exigente pecuniam nulla facta mentione de *D. Rouit. à quo habuit d. decif. quam idem Rouit. inf. cit.* dicit obtinuisse ipso Aduoca-
16 to. Idem in petente t debitum solutum, vt non incidat in crimen de quo per *prag. 7. de fals. nisi effectualiter exegerit Ricc. decif. 40. p. 1.* etiam si ad actum exequutionis deuenit esset probat latè *Rouit. ad d. prag. 7. nu. 4.* vbi testatur decifum *Gennarell. in sommen. ad eand. prag. nu. 25. ubi num. 24.* quid importet illud verbu t petere de quo in nouissimo tract. de assisten. glo. 8. num. 1. & seq.

Aliam limitationem adducit *Nouar. ibi*
18 vbi non adesset t dolus quia cessante dolo, vt ex his verbis elicitur, plus debito petens non condemnatur imò excusatur *Barz. d. decif. 76.* quam sequutus est *Rouit. d. prag. 7. de fals. nu. 6.* nulla facta mentione *Gennarell. ad d. prag. 7. nu. 16.* qui idem copiosè probauit, & *d. Gennarell.* fuit primus commen-
nator *d. prag.* vt ibi per eum *num. 3. Viui.*

decif. predicta 340. Ricc. collect. 1781. Capy. decif. 49. Ricc. collect. 437. vbi in fin. adducit
19 *decif. Viui. 427.* si petens t plus debito debeat ultra condemnationem in expen. puniri in amissione suorum iurium.

Præterea aliam lim. adducunt *Nouar. ubi sup. in fin. & Ricc. d. collect. 1781.* quan-
20 do t in libello apponitur saluo iure superflui ambo adducunt *decif. Ludo. Pertusini 51.* qui *decif. 117.* dicit idem procedere quando in libello fuit apposta clausula omni modo meliori in quo *Nouar.* adducit etiam *decif. Rot. coram Blanchetto; & præter Ludo. d. decif. 51.* dicit *Gennarell. d. prag. 7. nu. 35. in fin.* quem vide in materia petens debitum iam satis factum ad Satisfactum.

N. 9. ibi ¶ & priuatur iure suo. ¶

21 Qua pena t puniatur plus debito exigens dixi sup. vbi vide supra cit. *DD.* quibus addo *Menoch. de arbitr. cas. 443.* & creditor plus petendo ad hoc, vt debitum amittat quatuor requiruntur de quibus per *Thor. in compen. decif. Reg. in ver. creditor petens plus debito* vbi adducit *Capy. decif. 49. nu. 4. Ricc. d. collect. 437.* & vide *Add. ad d. Capy. decif. 49.* Et quia ad hoc, vt incurratur pena prag. debet satisfactio probari per scripturas, vel per apocas de iure validas, vt ead. prag. dicit; adhuc si probatur satisfactio testibus non est exclusa pena à iure communi statuta, quia generi per speciem non derogatur *Foller. in prax. crim. ver. audiantur excusatores num. 135. Petr. ad decif. Capy. 49. à nu. 3. & ad decif. Gram. 28. num. 27.* verum quod supradicta prag. Ducis Oxunæ non habeat locum quando satisfactio probatur per testes *Galter. in prax. liq. instr. ver. aut facta liquidatione nu. 58. in fin.* quem refert, & sequitur *Carabb. d. sing. 191.*

N. 12. ibi ¶ nisi præstet cautionem de parendo mandatis S. C. ¶

22 Hæc praxis t in oleuit in omnibus tribunalibus superioribus, ad quæ cum appellatur à citatione super tenore instrumenti expediuntur prouisiones in hanc formam. Comparsante N. debitore personaliter, & præstante cautionem de parendo mandatis v.g. M. C. V. vel R. A. & de se presentando coram Iudice declarando transmittat acta, & per dies, & ita praticatur vide *prag. 9. S. item vogliamo de off. mag. Iust.* & ibi *Rouit. & dixi inf. decif. 72.*

N. 15. ibi ¶ in debitore à quo creditor petat totum cum non debeat nisi partem. ¶

23 An creditor ꝑ petens totum cūm debeat petere partem incidat in pēnam supradictæ *pragm. 7. de fals. quæ imponit pēnam peten. bis debitum vide Gennarell. ad supradictam*
 24 *pragm. 7. nu. 34. vbi etiam quid si creditor ꝑ petat partem debiti, quod fuit integrè satisfactum.*

25 Et quia qui petit ꝑ antè tempus plus petere videtur, quæro quid sit statutum contra creditorem, qui antè tempus petit, dic, quod debet stare alterum tantum tempus ad conueniendum debitorem *Alex. conf. 9. vers. unde videmus nu. 1. Causal. de tuto. num. 194. fo. 387.*

26 Verum licebit ꝑ fauore publicæ utilitatis antè tempus petere, debitores .n. publici possunt antè tempus conueniri si publicam exactio concernit utilitatē, vt firmat *Loff. in tract. de iur. vniuers. p. 3. c. 6. in prin.*

N. 16. ibi ꝑ ex communi opin. ab omnibus recepta in d. l. qui solidum quo loci Bar. & c. ꝑ

Istam Bar. opin. latè defendit *Ama. conf. 92. nu. 22. vt dixi sup. ad nu. 2. ver. verum magis omnino vident.*

N. 27. ibi ꝑ iura communia tam antiqua, quam noua, ac iuris nostri interpretes detestati sunt creditores peten. plus debito. ꝑ

27 Non modo iura ꝑ loquuta sunt contra creditores, sed etiam contra alios petētes plus. vnde carcerarij petentes plus, possunt, & debent puniri, & qua pēna, vide *Capiblan. de*

28 *Baron. pragm. 19. nu. 41. & ab officialibus ꝑ sportulæ non sunt exigendæ plus quàm dictat Pandectæ, vt per Thor. in compen. ver. sportulæ: quod malè seruatur, & maximè ab actuarijs, contra quos est emanata Reg. Pragm. 38. de off. mag. iustit. quæ pragm. continet pandectam, emolumentorum, & dirigiuum spectantium ad officium magistri actorum, qui exigentes vltra dictam pandectam puniuntur etiam pēna corporali arbitrio Proregis, vt in c. ult. de gratijs concessis per Ducem Ossunæ in anno 1585. inter capitula, & Priuilegia Neap. vt notat ibi Rou. qui subdit, quod actuarij neq; à spontè dantibus possunt vltra illam taxam exigere.*

N. 27. ibi ꝑ licitum esse reo negare totum propter partem plus debito petitam. ꝑ

29 Sed quid de actore ꝑ plus re in qualitate petente, an liceat reo negare totum debitum. *Tesaur. decis. 291. quam sequitur Nozar. ad pragm. collect. 141. num. 6. vbi etiam*

30 quid de actore ꝑ qui egit assistentia, & petijt plus debito, quod illa sententia non dicatur nulla per *Capy. decis. 51.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Beneficiorum petendorum practica.
- 2 Beneficia introducta causa an putantur, et quid hodie nu. 3.
- 4 Beneficia, vt possint obtineri, an requiratur lēsonem probare.
- 5 Beneficijs, an possit minor renuntiare in prejuditium aduersariorum, & an minor cōuentus ex contractu paterno, vel minor succedens maiori habeat beneficia.
- 6 Vniuersitates habent restitu. in integ. et gaudent omnibus priuilegijs minorum.
- 7 Vniuersitates habent fori electionem.
- 8 Vniuersitas 30. foculariorum, an habeat beneficia.
- 9 Beneficia, an possit quis cogi ad petendum praxis.
- 10 Preceptum vnicam, vt quis petat beneficia, an sufficiat, vel requiruntur plura, & n. 13.
- 11 Monitio vna, an trina requiratur, vt quis amittat beneficia ob non residentiam.
- 12 Precepta plura requiruntur in recognitione apoca.

AD DECIS. XXI.

H Vius decisionis meminit D. Marchio Belmontis Regens de Tappia in *Const. minorum iura nu. 10. 3. lib. iur. reg. fo. 196. vbi tradit ꝑ practica circa petenda beneficia, & Viscon. in additio. ad decis. D. de Franch. 261. vers. in eadem decis. nu. 9. ex qua D. de Franch. decis. 2 nu. 9. & 10. habemus, quod causa ꝑ introducta neq; scripturæ presentantur neq; beneficia conceduntur quanquam contrarium admiserit *Minado. decis. 15. quam adducit Author hic, & ita his temporibus seruati te statur D. Reg. Rouit. prag. 53. de offit. S. C. nu. 2. qui de materia remittendo se ad Tesaur. decis. 33. dicit opin. primam de qua in d. decis. 261. esse veriore ex pragm. 63. S. per lo presente ancora, de offit. Procur. Cef. & illam sustinuisse, Affl. in constit. obscuritatem q. 9. n. 13. Carauit. rit. 71. verum idem Rouit. super pragm. 11. incip. cursu dilationum sub tit. de ord. Iud. dicit, reperijse tempore Antonij Capicij post latam sententiam, & intimatū mandata-**

mandatum de parendo fuisse concessa ista beneficia retardando executionem sententiae de anno 1533. auctor. Cioffo. Sed per aliud decretum S. C. latum post Capy. de anno 1535. fuisse prohibita beneficia post descriptam causam in lista, & de anno 1579. in causa Dianæ Carafæ cum multis creditoribus auctor. Roppulo fuisse per S. C. decretum referente Lanario procedendum esse ad expeditionem causæ, ut testatur Gallupp. in sua recenti prax. S. C. p. 2. c. 29. n. 15. Tu vide Thor. in Compen. decis. in ver. beneficium, an sic concedendum, & in ver. minor, siue pupillus. Sed ego in causa propria cum Illust. Comitissa Briatici Delia Sanseuerina practicaui referente Fabio Riccardo in anno 1601. quod introducta causa fuit dictæ Comitissæ ex cuius parte in Rota fuit petitum beneficium concessum auctuario Vaxallo, non obstante, quod fuerit replicatum non concedendum esse, quia erat introducta causa patrocinante pro me Domino Io. Vincentio Macedonio Aduocato acutissimo, & eruditissimo Domino meo Colendissimo, sed de prædictis omnibus vide Imbrian. in tra. de primo, & secundo benef. consid. 5. per tot. & præsertim à num. 15. fo. mihi 136. Amend. ad d. D. de Franch. decis. 261. & 421. nu. 5.

3 Hodie verò per prag. Eminentiss. Card. Zapata videtur sopita questio, statuitur enim per illam terminus 20. dierum ad petendum beneficium à die publicationis, & secundum 30. dierum sequentium de qua Pragm. meminit Gallupp. p. 2. c. 29. nu. 18. fo. 222. Idem Madritia lege terminatum testatur Conar. pract. qq. c. 14. n. 3. Imbria. d. considerat. 5. nu. 34.

4 Et quia per pro obtinenda restitutione in int. requiritur lesio, ut per Gallupp. p. . . . n. 6. fo. 281. an ad obtinendū beneficium necesse sit probare lesionem, quod non Rouit. d. prag. cursu dilationum n. 27. late Imbrian. in d. tra. consid. prima nu. 51. usq; ad nu. 67. vide Capy. dec. 109. nu. 7.

N. 3. ibi ¶ si minor ipse repudiat restitutiones, & beneficia. ¶

5 Sed an minor per possit renuntiare beneficijs in præiudicium aduersariorum Affl. in Consist. obscuritatem nu. 78. & seq. Vrsill. ad Affl. decis. 89. & de Franch. decis. 269. quos refert Gallupp. ubi sup. num. 14. Nouar collect. 171. nu. 7. vide Thor. in ver. beneficium concessum Illud autem est vulgatum apud causidicos, quod pupillo conuento ex contractu paterno non competit restitutio in integrum de iure Regni, ut per Rit. M. C. V. 234. D. de Franch. decis. 234. & 364. Idem quando mi-

nor succedit maiori, Affl. decis. 212. Viu. dec. 250. quod intellige quando cum pupillo nullus est actus factus, ut per Petr. ad Gram. dec. 52. nu. 1. & 2. quod not. quia non omnes, ita intelligunt; unde Petr. ibi damnat quendam D. qui non ita intelligebat articulum istum.

N. 8. ibi ¶ an vniuersitates restituantur iure minoris, vel iure maioris ex generali clausula. ¶

Adde Losæ. in tract. de iur. vniuers. p. 3. c. 18. fo. 220. & quod vniuersitas per gaudet omnibus privilegijs minorum l. respub. ex qui cau. 7 maio. unde habet per fori electionem, quod late probat, & decisum refert Gallupp. p. 2. c. 6. nu. 58. sed non omittas videre Pasca. de viri. patr. pot. p. 2. c. 2. nu. 103. vbi refert contrar. opin. & ex Carau. refert decis. sed quod vniuersitas per etiam si esset 30. foculariorum habeat beneficia Affl. in præiud. consid. q. 5. nu. 4. tu vide Losæ. d. tract. p. 3. c. 18. nu. 16. & Gallupp. p. 2. c. 28. nu. 8. qui subdit secus esse quando causa esset cum aliquo prætendenti se esse de nobilibus de quo per Thor. in ver. Restitutio in integrum, an competat legiti. vide eund. Gallupp. qui dicit aliud verbum circa prædicta p. 3. c. 7. n. 21.

N. 12. ibi ¶ & decreta quod peteret secundum beneficium. ¶

9 Praxis quomodo per versetur, ut quis possit cogi ad petendā beneficia, & que personæ cogi possint traditur à D. Reg. Tapp. loco sup. cit. nu. 12. Gallupp. ubi sup. nu. 7. & alij citat. per Thor. in compend. decis. in ver. mulier inuita, & in ver. minor, siue pupillus, an cogi possit Capy. dec. 110. vide Imbrian. in d. tract. de primo, & secundo benef. consid. 5. num. 22. vbi quod Iudex, & parte instante, & ex officio poterit mandare parti, quod beneficia petat cum comminatione, & qualiter comminatio fieri debeat ibi docet nu. seq. & vide inf. decis. 85. & de prædictis vide etiam Rouit. prag. 11. de ord. iudit. nu. 39.

10 An autem quando sit præceptum personæ privilegiatæ, quod petat beneficium, alias præcludatur via sufficiat vnicum præceptum, vel requirantur plura præcepta, nemo ex nostratibus, quos vidi id tangit, sed dubium facit decis. Capy. 205. ego in ea sum opinio. quod non requiratur nisi vnicum præceptum, vnicæq; monitio; binæ n. monitio requiritur in illis casibus in iure specialiter expressis, qui præsertim sunt quando quis venit à principio, & deinde, funditus priuatus iure suo, ut videtur Idem Capy. sentire contra Ang. opin. in d. decis. 205. ut est in casu priua-

pruuationis principalis actionis, vel accusationis iuxta terminos *l. diffamari C. de ingen. & man. vltra quod contra Ang. dicentem* requiri binam monitionem tenet *Alex. in l. titia C. de accus. Rom. in l. quandiu S. i. ff. de acq. poss. per multas rationes, & regula est in contrarium, quod sufficit vna monitio per Fel. in c. ex literis col. 6. de confit. & ego in S. C. ita practicaui.*

- 11 Faciunt ad prædicta tradita per *Oced. in tract. de incompatibil. benef. i. p. nu. 12. 24. 25. & 26. vbi vtrum vna monitio requiratur ad incurrendam amissionem beneficiorum ob non residentiam, vel requiratur trina.*
- 12 Post hæc scripta vidi *Apicell. in opere, quod inscribitur tutam. pauper. tit. de dilatio. Quinquenn. nu. 14. vbi in præceptis pro recognoscenda apoca dicit duo requiri ex glo. in S. si quis aut. ver. admonitus Auth. de her. & falsid. vel vnicum cum contumacia, ex Cart. in l. 2. nu. 26. C. de aden. Sed in recognitione apocæ tria requiri præcepta, & ita seruari in prax. & dixi inf. ad decis. 49. num. 16. & nouissimè reperij *Imbria, in d. tra. de primo, & secundo beneficio in d. confid. s. nu. 23. vbi in terminis nostris, quod vna sufficit cōminatio dummodo fiat cū illis verbis (alias non audietur) secus si fiat cum verbis (alias prouidebitur, vt iuris, nam tale præceptum non dicitur vim peremptorij obtinere, vt præcedens ex doct. Bar. in l. si apparitur C. de Cobortal. lib. 12. Bal. in l. ad peremptorium ver. 2. quaro ff. de Iudit. Marant. de multipl. alie. nu. 341.**

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 *Æstimatio an debeatur feudo donato sine assensu sicuti legato feudo dec. 22. num. 1. & quid si donatur contemplatione matrimonij n. 2.*
- 3 *Æstimatio loco rei quando sit prestanda.*
- 4 *Æstimatio, an debeatur legatis bonis emphiteuticis.*
- 5 *Promittens impetrare assensum, an teneatur ad interesse si non impetrat, & fecit suum posse.*
- 6 *Promittens factum alienum quando teneatur ad interesse si promittit se facturum curaturum, & ibi de marito promittente renuntiationem uxoris, an teneatur si nolit renuntiare.*
- 7 *Donator, an teneatur de euictione, & quid*

in donatione remuneratoria.

- 8 *Impossibilia, quæ dicantur, & quot modis sumatur impossibile, et impossibilitas à quibus excusat.*
- 9 *Donatio matrimonij dicitur ob causam, & est irreuocabilis. Et non potest præiudicari illis quibus est ius quesitum nam. 10. & 13. & quid si matrimonium declaratur inuolidum num. 14.*
- 11 *Donatio contemplatione matrimonij computatur in legitimam.*
- 12 *Donatio contemplatione matrimonij, an dicatur facta filio, vti filio, vel vti heredi, & num. 16.*
- 15 *Matrimonium, an sit causa finalis, vel impulsiva donationis.*
- 17 *Antiphera unde dicitur.*
- 18 *Antiphatum unde dicitur.*
- 19 *Donatio matrimonij contemplatione, et propter nuptias quomodo differant.*
- 20 *Donationis remuneratoria materia.*
- 21 *Donatio si sit ob remunerationem adhuc mediæ estimationis debetur.*
- 22 *Donatio remuneratoria habetur pro contractu oneroso.*
- 23 *Donatio contemplatione matrimonij non potest reuocari vitio ingratitudinis.*
- 24 *Donatio quando reuocatur vitio ingratitudinis qua actione agatur.*
- 25 *Donatio contemplatione matrim. an rescindatur prætenu atatis metas reuerentialis lesionis, vel per superuenientiam liberorū.*
- 26 *Tenor inuestitura non est mutandus, sed sensu seruandus.*
- 27 *Patronus beneficii patr. an possit mutare tenorem foundationis.*
- 28 *Clausula non aliter, nec alio modo.*

AD DECIS. XXII.

IN nouissima editione commen. super Pragm. D. Consiliar. Rouit. meminit huius decisio. in pragm. i. tit. de abus. in scrib. subl.

N. 1. ibi ¶ an æstimatio deberetur, vbi pater donat filio primogenito feudæ. ¶

- 1 An donato feudo † sine assensu debeat æstimatio quemadmodum, & legato feudo debetur æstimatio, de quo inf. decis. 36. tractarunt multi ex nostratibus questionē istā s3. Anna in Constit. diuæ memoriæ nu. 139. cl. seq. & alleg. 126. & seq. Anna filius conf. 81. vbi allegat decem. & septem DD. tenentes quod legato feudo non debetur æstimatio quibus adde, *Surd. conf. 327. num. 54. vol. 3. Memo. conf. 986. n. 28. vol. 10. & alios. Camill. de*

de Curt. diuers. iur. feud. in cap. incip. multo-
ties num. 83. cum seq. Orlau. Bambacar. in c.
omnes filij num. 68. si de feud. fuer. controu.
& omnino Thor. qui refert decisiones in
ver. estimatio feudi legati, & in ver. estima-
tio, an debeatur fo. 23. & in puncto huius
decis. vide omnino D. Consil. Rouit. in d.
pragm. 1. in tit. de abusu in scrib. sub. num.
129. cum multis seq. usque ad fin. ubi de-
fendit late validissimis rationibus, quod

2 donato † feudo etiam contemplatione
matrimonij non debeatur estimatio, cuius
scripta deseruiunt pro add. ad presentem
decis. omnia enim tacta per authorem
hic reperies apud eum, ibi enim sunt al-
legationes factae per dictum D. Rouit. in hac
eadem causa eo patrocinante pro Cliente
donante.

3 Extra tamen materiam huius decis. quan-
do praestanda sit estimatio † loco rei de-
bitae, quae praestari non potest vide cumu-
latas decis. per Ricc. collect. 1315. Et in
materia ultimarum voluntatum, Peregr.
de fideicommiss. artic. 10. numer. 97. & se-
quen.

4 Et si legatis bonis † emphyteuticis de-
beatur estimatio vide Ama. decis. 39.

N. 6. ibi ¶ & quoad assensum
quem impetrare promissit dicebat se
porrexisse preces suae maiestati, & fe-
cisse suum posse, sed sua Maiestas no-
luit assentire. ¶

5 An promittens † expediri facere regium
assensum a Prorege, vel eius Vicario teneat-
ur ad interesse? quaestio ista distinctione
absoluitur, aut enim promittitur super
solitis, & tunc si promittens non adimplet
promissionem tenetur ad interesse, aut
super insolitis, & quia tunc videtur pro-
mittere, quid impossibile a Principe, &
non tenetur tex. est in l. apud Iulianum
§. fin. ff. de leg. 1. ubi not. D. Ann. alleg. 140.
num. 15. Surd. decis. 183. num. 5. Molfes.
conf. 12. num. 18. & seq. D. de Pont. decis.
6. num. 10. & seq. alios nouissime cumulat,
Viscon. conclus. promittens expediri, ubi ad-
ducit etiam Rouit. loco cit. num. 135. quo
loci Viscon. declarat conclusionem, & do-
cet, quid facere debeat promissor etiam
quando promissio super insolitis versatur
ne sibi imputetur. Vide etiam Medi. exa-
mi. 17. num. 77. Viscon. in concl. assensus Re-
gis col. 3. ubi citat Lantar. conf. 32. num. 4.
& 5. omnino videndus, & Io. dom. de ann.
post alleg. Ann. in suo conf. nu. 10.

Et quando super impossibili, & impossi-

bilitas fuit prauiſa, Rouit. d. pragm. 1. preser-
tim nu. 178. & seq.

N. 6. ibi ¶ quia docuit fecisse suum
posse. ¶

6 Promittens † factum alienum, & se factu-
rum, & curaturum quando teneatur, vel
non, ad interesse, & excusetur a periurio,
Carocc. late in tract. de loca. tit. de facti alien.
promissore omnino videndus fo. 215. vide
decis. D. de Franch. 624. Maran. disp. 7. Pa-
sca. de uir. pa. pot. p. 2. c. 9. numer. 120. in
allegario. ibi positus. Viscon. qui alios cu-
mulat in concl. incip. Promittens factum
alienum D. Regen. de Pont. de pot. proreg. tit.
de successionibus mulier. num. 11. & in conf.
153. num. 3. vol. 2. Masull. ad Cap. decis. 93.
Molfes. p. 4. tit. de renuntia. q. 10. numer. 24.
& conf. 11. num. 45. & in tit. de renun. q. 11.
numer. 24. Thor. ver. promittens. Muscatell.
in prax. de fideiuss. mod. 19. per tot. Regul.
in 2. tom. regular. in ver. permissio facti alie-
ni.

Et quod promissio facti alieni absq; iura-
mento non tenet est tex. in l. cum qui §. Iu-
lianus el. 2. ff. de Constit. pecun. D. de Pont.
loco supr. cit. & in dict. reg. promissio.
dixi ad dict. Domini de Franch. decision.
624.

Et de marito, an teneatur ad interesse
si promissit, quod vxor renuntiaret, & no-
lit renuntiare vide supra citatos, & D. de
Franch. decision. 625. Gram. q. 2. post eius de-
cision. quibus adde Valenz. conf. 14. addu-
ctus nouissime per Mauris. Apicell. in add.
ad tutam. paup. sui Genitoris nu. 695. post hanc
scripta vltim.

N. 7. ibi ¶ donatorem de euictione
non teneri. ¶

7 An donator † teneatur de euictione vi-
de Ricc. collect. 1030. an debeatur euictio ex
donatione remuneratoria Thor. cum D. per
eum cit. in ver. euictio an debeat. vide eundem
in ver. euictio, an sibi locum vendicat fo.
182. & ultra alios innumeros ibi cit. Viscon.
in concl. euictio 2. col. in fin. fo. 73. & quid in
donatione reciproca. Scraph. decis. 534
num. 3.

N. 8. ibi ¶ impossibilium nulla est
obligatio. ¶

8 Quae impossibilia † dicantur, & quot mo-
dis sumatur impossibile. Cagno. in l. impos-
sibilium num. 2. ff. de reg. iur. Pract. pap. in
form. excipiend. contra posit. num. 1. fo. 109. &
ad reg. principalem Peregr. ubi sup. & vide re-
gulistas in ver. impossibilium.

G

Et

Et à quibus impossibilitas excuset, *Marsil.* recenset omnes casus in l. 1. §. *præterea. n. 120. cum seq. ff. de questio.* quem refert *Petr. ad Gram. decis. 52. num. 6.* & quod impossibilitat d cuntur, quæ pendent à potestate Principis, *Medi. examin. 17. nu. 78.*

N. 14. ibi ¶ ex causa necessaria nempe contemplatione matrimonij, ¶

- 9 Quod donatio + contemplatione matrimonij dicitur ob causam probat, *Pasca. de vi. pat. po. p. 1. c. 4. n. 39. Ann. conf. 73. & Morot. conf. 43. nu. 7.* ubi ex hoc per superuenientiam liberorum non reuocari firmat idem *Morot. D. de pont. decis. 39. nu. 28.* quem sequutus est *Molfes. 4. p. q. 25. ante nu. 8. in comen. ad consue. Neap.* cuius dicta deseruiunt per addit. ad dicta hic sub .n. hoc 14. à nu. 7. vsq; ad num. 9. add. *Fab. decis. 2. C. de reuo. donat.* quem citat *Ricc. coll. 463. vide Viscont. ad decis. D. de Franch. 205. ver. an donatio facta, qui multos adducit decisionantes, & cōsulentes, & quod eiusmodi donatio + sit irreuocabilis Mastrill. decis. 211. num. 4. & 12.* vti pars ipsius contractus matrimonialis ad quod multos citat *Pascal. ubi sup. nu. 36.* vide etiam *Molfes. conf. 2. & 17.* ubi de materia huius donationis, & *Regen. de pont. de pot. proreg. tit. de assen. super dot. 8. 2. num. 21.* ubi eruditissime fundat, quod nec pater, nec filij possunt aliquo modo præiudicare vxori, & alijs, quibus est ius quesitum ex tali donatione, *Thor. in ver. donatio facta à patre, & seq. fo. 166.* & quod talis + donatio sit irreuocabilis, & computetur in legitimam donatario. *Tesaur. decis. 45. num. 11. & an facta + filio dicatur facta filio, vti filio, vel filio, vti hæredi De Pont. d. dec. nu. 2. et conf. 80. Perreg. de fideico. art. 36. post nu. 134. Mastrill. d. decis. 211. num. 16. & an reuocari + possit, Cappell. Tolosan. q. 454. Anna conf. 53. vol. 1. num. 22. Reg. de Pont. conf. 25. & d. conf. 80.* Et quid si declaratur + matrimonium inualidum, an valeat donatio facta contemplatione illius matrimonij, vide *Viscont. in concl. qua incip. donatio omnium bonorum inter viuos fo. 57.* Et an + matrimonium sit causa finalis, vel impulsiva donationis, vide *Molfes. & D. sup. cit.* quibus adde tradita per *Surd. dec. 322. num. 84. Mastrill. des. 301. num. 9. & 11. seq. 4. p. Amen. ad d. D. de Franch. decis. 205. & aliqua per eundem ad dec. eiusdem Domini 436. à num. 19. & per Viscont. ad d. decis. 205. & an intelligitur facta + filijs, vti filijs, vel vti her., & an pater disponere possit de tali donatione, & de alijs *Mastrill. des. 301. 4. p. Molf. conf. 10.**

N. 17. ibi ¶ huiusmodi donationes antiphernas nuncupat Imperat. ¶

- 17 Antipherna + dicitur ab anti, quod est contra, & pherna, quod est idem, quod dos quasi contra dotem data, vt exponit, *glo. in l. cum multa hic cit. C. de don. ant. nup.* sicuti dicimus in Regno antipharam ab anti + quod est contra, & phatum idest mortem quasi contra mortem, quia vxor lucratur ob mortem, ita explicat *Molfes. p. 7. q. 1. num. 12.* de quo vide *Schard. in suo lexi. iur. ver. antipherna.* Quomodo autem + differat donatio ob causam matrimonij à donatione propter nuptias, vide *Mastrill. d. dec. 211. nu. 19.*

N. 17. ibi ¶ esse donationem antidoralem, & remuneratoriam. ¶

- 20 De remuneratoria + donatione, *Petr. ad Cappy decis. 121. ver. reuocari fo. 307. & ad* 21 materiam, quod si donatio fit + ob remunerationem adhuc medietas æstimationis debetur cum ius illud antidorale à matrimonio absit, & decisum testatur, *Ann. sing. 202. Ama. conf. 6. num. 13. ubi numer. 14.* quod interesse illius æstimationis non debetur ex *Minad. in constit. in aliquibus in 1. p. rub. numer. 30. & fin.* 22 Et quod donatio + remuneratoria habetur pro contractu oneroso, *Magon. decis. Florent. 77. num. 22. & vide alia dicta per Thoro in ver. donationes immense fo. 167.*

N. 20. ibi ¶ prædicta donatio non potest reuocari vitio ingratitudinis. ¶

- 23 Quod donatio + contemplatione matrimonij non potest reuocari etiam ingratitudinis vitio. *Fab. decis. 1. C. de reuo. don. quam adducit Ricc. coll. 467. in prin. Molfes. p. 4. q. 25. num. 27.* Sed qualiter procedat explicat *conf. 2. num. 10. 50. & seq. Nouar. collect. 139. num. 7.* ubi quod donatio ob causam, vt est illa non reuocatur ob ingratitudinem, *Boer. decis. 27.* Et quia regulariter donatio + ingratitudinis vitio reuocatur, qua actione possit agere ille, qui illò vitio intendit reuocare donationem, & contra quem tradit, *Viscont. in concl. incip. donans licet fo. 57. & de reuocatione donationis ingratitudinis ob vitium, Pasca. de vi. pat. pot. p. 1. c. 8. num. 103. & seq.* Et an, 25 eiusmodi donatio + rescindatur prætenu ætatis, motus reuerentialis, & lésionis, & an per superuenientiam liberorum, *Thor. in ver. donatio contemplatione matrimonij facta fo. 162.*

N. 25.

N.25.ibi ¶ & mutantes inuestiturę tenorem. ¶

26 Adde quod tenor † inuestiturę non est mandandus sed semper seruandus, vt probat *Viscon. in concl. incip. Tenor inuestitura*, vbi multos adducit, vide tradita per *Ric. collect. 1625. Capibl. in pragm. 8. de Baron. num. 13. & seq.*

27 Sed an compatronus † beneficij possit mutare tenorem foundationis, & de iure patro. hæreditario facere gentilitium scripsi multa pro D. Antonia Labini pro negatiua contra D. Lucretiam Labini, & licet Cur. Episcopalem Bitonti fuerit decisum pro dicta D. Lucretia, tamen pendet appellatio, vide Allegationes positas *inf. ad decis. 28.*

N.33.ibi ¶ talem protestationem non aliter, nec alio modo. ¶

28 De ista clausula † multa dixit sup. author sub num. 5. quib. adde tradita per *D. Consiliar. Rouit. loco citato sup.* & quod inducat formam *Benuen. Stracc. de mercato. fo. mibi 116. num. 7.* & de ista clausula vide *Seraph. in decision. 114. 483. 838. & 1063. Ricc. collect. 526.*

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 *Exulatus à propria patria dicitur exulatus ab eius territorio, & districtu.*
- 2 *Patria, & Ciuitas licet idem sunt, tamen latius est verbum patria, quam Ciuitas, & num. 3.*
- 4 *Prohibito ingressu in propriam patriam prohibetur ingressus in Ciuitatem.*
- 5 *Guidatus prohibitus intrare in Ciuitatem si fuit captus extra muros est excarcerandum.*
- 6 *Interdictum Ecclesiasticum extenditur etiā ad suburbia Ciuitatis.*
- 7 *Exulatus à Ciuitate si accedit ad suburbia, & portas Ciuitatis, an incidat in exilium.*
- 8 *Extensio non fit in penalibus de persona ad personam, nec de vno casu ad alium fallit, vt nu. 9. & 10. & 13.*
- 11 *Pañum penale per quod interdicatur pomerium, aut suburbium extenditur ad Ciuitatem.*
- 12 *Prohibitus per sententiam ab honore minori, censetur etiam prohibitus à maiori.*

- 14 *Vsus communis loquendi plus est, quam quęlibet propria verbi significatio, & est seruandus etiam in materia odiosa, & penali num. 15.*
- 16 *Ciuitas, & patria sicut sunt vnum, & idem ita, & municipium.*
- 17 *Ciuitatis appellatione venit districtus, & territorium.*
- 18 *Probatio, quod locus sit in districtu, quomodo fit.*
- 19 *Villa, castra, territoria adiacentia quando veniant appellatione Ciuitatis in materia fauorabili.*
- 20 *Ciuitas est caput territorij.*
- 21 *Ciuitas, & casalia sunt vnum corpus, & quę appellatione ciuitatis veniant.*
- 22 *Territorium quod dicatur.*
- 23 *Feudo vendito veniunt casalia, & suburbia solita accedere.*
- 24 *Territorium, an contineat mare.*
- 25 *Bannitus à territorio, an censetur bannitus à mari adiacenti, & nu. 27.*
- 26 *Testamentum factum in lictore maris, vbi factum censetur.*
- 27 *Mare eius est imperij cuius est territorium illi adiacens.*
Natus in territorio dicitur natus in Ciuitate.
- 28 *Territorij ambitus, quę comprehendat.*
- 29 *Captus in territorio quando quis dicatur.*
- 38 *Ecclesia an dicatur de territorio, & habeat territorium.*
- 31 *Bannitus captus extra territorium bannientis, an valeat processus, & executio contra bannitum.*
- 32 *Territorium quomodo distinguatur à districtu, à comitatu diçessi, & alijs.*
- 33 *Exulatus an possit per mania, et territoria à quibus fuit exulatus permanere per modicum tempus, & per diem, & noctem, & 37.*
- 34 *Transitus simplex exulatis non censetur prohibitus.*
- 39 *Exulati animus quomodo possit probari.*
- 36 *Guidatus an possit transire per loca prohibita.*
- 38 *Exilium, vt quis dicatur fregisse quid requiratur.*
- 39 *Extensio fit quando tractatur de delictis puniendis.*
- 40 *Alex. Turam. laudatur.*
- 41 *Exulare, an possit Iudex aliquē extra suam iurisdictionem.*
- 42 *Exulatus finito tempore exilij potest redire ad locum à quo fuit exulatus absq; licentia & decreto.*
- 43 *Relegationis, & exilij à loco fugientis pena.*

G 2 Fugiens

- Fugiens à triremibus qua pœna puniendu s.*
 44 *Nobilis exulatus, vel relegatus si in casu fractionis exilij. vel relegationis iurasset triremes, an possit ad triremes cum effectu condemnari.*
 45 *Nobilis quo ad se potest renuntiare nobilitati, secus quo ad alios.*
 46 *Exilium frangens pietatis, vel amoris furore an excusetur à pœna.*
 47 *Amoris furore facta excusantur. Exilium frangenti ex probabili causa, an duplicetur.*
 49 *Exilium unde dicatur, & an si simpliciter proferatur intelligatur de perpetuo, vel temporali.*
 50 *In exilium condemnato, an possit dari facultas redimendi.*

AD DECIS. XXIII.

Huius decif. nouissimè meminit, *Ro ut. prag. 1. de delegat. nu. 6. in ult. impress. Risc. nouiss. collect. 2680. 7. p. vbi multa reperies ad materiam huius decif.*

- In qua duplici ratione concluditur, quod
 1 *exulatus à propria patria dicitur exulatus ab eius territorio, & districtu. Primò quia in sententia precedebant illa verba à Ciuitate Neap. eius territorio, & districtu, quæ censentur reperita in illis verbis (à propria patria) Secundò quia etià circumscriptis prædictis exulatus à propria patria cèsetur exulatus etiam ab eius districtu, & territorio,*
 2 *quia licet patria, & Ciuitas † idem sint tamè latius est verbum patria, quam Ciuitas, & in plus se habet, quàm Ciuitas, & idèò continet etiam territorium per alleg. hic per Authorem n. 9. alias exilium redderetur elusorium, quib. adde tradita per Pasca. in tra. de vi. pa. pot. p. 4. c. 3. nu. 23. vbi per dvos tex. probat,*
 3 *q̃ patria, & Ciuitas † sunt sinonima, cuius dicta videntur aduersari huic decif. dum cōcludit, quod prohibito † ingressu in propriam patriam, quod prohibetur ingressus intus Ciuitatē, & dicit, quod cum à R. A. Salerni fuisset captus de anno 1596. guidatus † extra muros Ciuitatis, quā fuit prohibitus intrare fuit per Excellētiss. Com. Mirandæ tūc huius Reg. Proreg. eiusq; Coll. Cōs. ordinatū quod si fuerat captus extra muros Ciuitatis statim excarceraretur, & ita exequutum.*
 4
 5

Verum id fuit, quia fuit prohibitus intrare, & accedere ad Ciuitatem, de quo in guidato vide *Nouar. ad prag. coll. 113. n. 3. et seq.* secus est per hanc decif. quando quis exulatur ab aliqua Ciuitate, quia alias exiliū red-

deretur elusoriū per tradita hic per Authorem, quæ adiuvantur ex c. si Ciuitas de sen. excom. in 6. vbi Ecclesiasticum interdictū tētiā ad Ciuitatis suburbia extenditur, ea ratione particulari ne illius edicti sententia vilipendatur. Verum adhuc, *Capibl. in prag. 7. de Baron. nu. 47. fo. 193. in nouiss. impress.* tenet quod si aliquis † fuit exulatus à Ciuitate, & ille accedit ad suburbia, vel ad portas, quod non incidit in exilium si præcisè non fuit interdictum territorium per doctrinam *Bart. in l. 1. ff. de Cloacis §. hoc interdictum l. 2. ff. de ver. sig. & Meno. de arbitrar. q. 99.* Sed an patriæ appellatione veniant suburbia, vide *Graff. conf. 5. num. 21. sub tit. de regular. tom. 2.*

N. 3. ibi ¶ in pœnalibus non fit extensio. ¶

- 8 In pœnalibus † non fit extensio de persona ad personam, *Farin. conf. 85. num. 72. Giurb. conf. 41. num. 1. & seq.* quod declarat *num. 20. et 22. nec de vno casu ad alium not. scriben. in l. si verò §. de viro ff. sol. ma. in auth. quas actiones C. de Sacros. Eccl. in Clem. 1. de elect. & est tex. not. in l. at si quis in §. diuus autem marcus ff. de relig. quem tex. extollit, Bal. in l. 3. in prin. C. de epif. & Cler. Dec. & Gagno. in l. factum suum §. pœnalibus col. 2. ff. de reg. iur. & communem dicit, Ias. in l. cum quidam num. 10. & 24 ff. de liber. & possib. latè *Crau. de antiq. p. 5. nu. 17. Viu. com. opin. ver. extensio ver. in odiosis innumeros cumulat, Giurb. conf. crim. 6. num. 17.* Quos consultò omitto. Prædicta tamen regula
 9 non procedit quādo † est eadem ratio, quia tunc in pœnalibus fit extensio de vno casu ad alium ex identitate rationis expressæ, *Giurb. d. conf. 6. num. 7. & probat tex. in l. cum mulier, vbi Alex. ff. sol. matr. Gem. in d. c. si Ciuitas §. 1. in prin. de sen. excom. in 6. Det. in d. l. si factum §. in pœnalibus in 7. Fallen. Ias. in d. l. cum quidam §. fallen.* quos vide circa alias fallen. d. regul. & vide alios nouissimè adductos per *Apicell. in comm. de suspit. offit. num. 117. & filium add. ibi num. 815. fo. 70. post hac omnia scripta visi,* inter quas illam non omittant, quia facit aliquāliter ad hanc decif. & est, quod non solum ex identitate rationis, & in pœnalibus
 10 fit extensio, verum etiam à maioriore † rationis, vt inquit *Vrsill. ad Afff. decif. 334. in fin. & 369. num. 4.* alios cumulat, *Giurb. d. conf. 6. num. 17.* præter quos vide, *Alex. in addition. ad Bald. in l. mancipia ver. turbans de ser. fugit. Rocc. de Curt in repet. c. fi. de consuet. in 7. lim. facit tex. in l. cui pactio*
 11 *ff. de ser. aspor. vbi pactum † pœnale*
 per*

per, quod interdicatur alicui pomerio, aut suburbij extenditur ad Ciuitatem, vt à fortiori ad Ciuitatem accedere non valeat, & tex. similiter in l. relegatorij §. potest ff. de in-
 22 ter d. & releg. vbi prohibitus † per sententiā ab honore minori à fortiori censetur prohibetur à maiori. Et quamuis glo. & scrib. in d.
 23 Auth. quas actiones tenent † quod in correctorij non debeat fieri extensio à maiori-
 tate rationis, & sit communis, vt inquit Det. in l. non debet cui, quod plus ff. de reg. iur. nu. 4. tamen dubium non est, quod talis extensio fieri debet quando si non fieret, resul-
 taret absurdum, prout concludunt, Doct. in l. in suis ff. de lib. & postb. Det. in c. quia in-
 tantum de praben. nu. 6. & concludit Author noster hic nu. 12.

N. 6. ibi ¶ & si aliter esset communis vsus loquendi. ¶

24 Adde quod communis † vsus loquendi plus est quam quauis propria significatio vocabuli l. labeo ff. de supell. legat. c. 2. et c. quauis, & ibi Abb. de verb. signific. tex. in l. librorum §. quod tamen cassius ff. de leg. 3. Euerar. in centiloq. argumen. in loco à commun. vsu loquen. Mozz. de contract. tit. de stipulatio. nu. 33. fo. 70. Pecch. de testam. coniug. lib. 5. cap. 2. nu. 1. vbi multos cumulat, & in fin. d. lib. 5. & omni regulæ omniq; cōstitutioni derogat in interpretationibus faciendis, glo. in l. libro-
 rum hic alleg. §. quod tatem cassius ff. de leg. 3. cum alijs alleg. quibus adde c. 1. de in iur. & dam. dat. lib. 6. Alex. conf. 69. in fin. lib. 6. incip. perspectis bis, & conf. 25. consideratis vtr-
 bis nu. 13. vol. 7. Soc. conf. 152. in prin. incip. casus iste vol. 1. Estq; communis vsus loquen-
 25 di tanti momenti, vt etiam in materia odiosa, & pēnali seruandus sit, Abb. in c. 2. de arb. in prin. Crauet. omnino viden. conf. 166. n. 10. & conf. 293. nu. 6. Ac etiam in statutis communis vsus loquendi proualeat, licet statuta strictè intelligantur, & quando id procedat Giurb. consue. Messin. glo. 1. n. 9. p. 1. c. 1. quera vide in alijs locis ad d. consuet. cit. per Apicell. fil. in add. ad cōm. de susp. off. n. 320. fo. 70

N. 9. ibi ¶ Ciuitas, & patria idem sunt. ¶

Adde Pasca. d. p. 4. c. 3. nu. 23. Lofe. in tract. de iure vniuer. p. 1. c. 2. nu. 30. fo. 30. & sicuti Ci-
 26 uitas † & patria idem sunt ita etiam municipium, & Ciuitas dicit ibi Lofe. apud quem multa similia.

N. 9. ibi ¶ & ideo comprehendit territorium, & districtum. ¶

17 Adde quod etiam Ciuitatis † appellatione venit districtus, Rice. collect. 1387. ver. nota-
 samen, & quod venit Ciuitatis appellatione territorium glo. in l. 2. C. de mun. & orig. lib. 10. vnde consuet. Civ. Neap. comprehendit etiam casalia, & districtus D. de Franch. decis.
 18 604. vbi etiam habes quomodo admittatur probatio, quod locus sit in districtu ex Se-
 19 raph. decis. 1370. Et quando Villæ † Castra, territoriaq; veniant adiacentia ad ipsam Ciuitatem in materia fauorabili, Lofe. d. tract.
 20 p. 3. c. 3. nu. 2. vbi nu. 4. quod Ciuitas † est ca-
 21 put territorij, & quod Ciuitas † & casalia sunt vnicum corpus Consil. de Georg. alleg. 15 in prin. & vide quæ dicam inf. ad decis. 74. & latè quæ veniant appellatione Ciuitatis, & si veniant suburbia, & quod in hoc standum est vsui communi D. Iaco. de Graff. in conf. 5. sub tit. de regular. ferè per tot. vol. 2. & an appellatione patriæ suburbia sup. nu. 7.

22 Quod autem dicatur † territorium, Rice. collect. 1633. vbi latè de territorio, Meno de præsump. lib. 3. præsump. 97. num. 3. & 6. & quod sit nomen generale, Affl. inf. cit. & quomodo differat à districtu, Capibl. de Baron. prag. 8. p. 2. num. 14. & 15. fo. 265. vbi
 23 vendito † feudo veniunt casalia, suburbia, solita accedere. De Pont. conf. 57. Capibl. vbi sup. in prin. & num. 13. Et an territo-
 24 rium † contineat mare vide DD. quos adducit, Affl. in conf. si damna clandestina nu. 9. D. Regis Cōstan. nouissimè in l. vn. C. de clas-
 25 si lib. 11. fo. 173. vbi bannitus † à territorio non dicitur bannitus à mare territorio adiacenti de quo ibi per eum num. 6. apud quem multa similia num. seq.

26 Et testamentum factum † in lictore maris, vbi factum censeatur decis. Delphin. 346. nam mare eius est imperij, cuius est territorium illi adiacens, vt latè probat nouissimè, Giurb. conf. 79. num. 30. vbi subdit, quod propterea bannitus à territorio dicitur etiam bannitus à mari, Felin. in c. Rodolphus num. 12. de rescrip. Mars. de banni. ver. Ciuitate nu. 150. & natus in territorio dicitur natus in Ciuitate probat, tex. in l. qui ex viro ff. ad municip. glo. in l. 2. C. de mun. & orig. lib. 10.

28 Quæ autem comprehendat † ambitus territorij docet Bal. in c. licet causam ante num. 7. & ibi Felin. ante num. 2. de proba. & in c. Rodolphus de rescrip. ad sciendum, an quis capiatur † in territorio, vel extra, & an captus in Ecclesia dicatur captus in
 30 territorio, & Ecclesia dicatur † de territorio, & habeat territorium Pasca. vbi sup. nu. 25. & seq. vbi refert decis. S. C.

G 3 Et

31 Et de bannito capto ꝛ extra territorium bannientis si valet processus, & executio contra bannitum *Reg. Constan. vbi sup. num. 225. fo. 206. Pasca. de vi. pa. pot. p. 1. c. 1. n. 1.*

Quomodo autem ꝛ distinguatur territorium à districtu vide *Benedict. de iur. protom. in prin. constit. Sancimus nu. 16.* vbi quid sit territorium, quid districtus quomodo vnum distinguatur ab altero, & à Comitatu diocesis, & alijs & addde dicta per *Schard. in suo lex. iur. in ver. districtus, & ver. territorium.*

N. 10. ibi ¶ quod esset si extra mēia patriæ complere posset exilium. ¶

33 Sed an possit exulatus ꝛ per mēia, & territoria à quibus fuit exulatus, vel in illis permanere per modicum temporis spatium, ut per diem, & noctem, quod sic, quia non dicitur venisse, qui non stetit *1. de iud. & fingitur non fuisse in loco*, qui ibi breui tempore permansit *1. ex factio ff. de her. inst. cum alijs alleg. per Pasca. p. 4. c. 3. nu. 22.* vbi subiungit, quod simplex transitus ꝛ nunquam censetur prohibitus, *Viu. decis. 505. Petr. ad Gram. decis. 34 n. 2.* quod varijs modis probati idein tenet *Foller. prag. 1. de exul. nu. 45.* & post eum, *Rouit. prag. 1. de Guida. nu. 45.* & nouissime, *Capibl. de Baro. prag. 7. nu. 43. fo. 193.* qui ex multis docet quomodo

35 possit ꝛ probari illius exulati animus *n. seq.* & in guidato vide, *Petr. ad Casy. decis. 155. Nomar. ad prag. collect. 113. num. 3.* &

36 si guidatus potest transire per loca prohibita, vel non, & quia *Pascal. exemplificando loco sup. cit. moram ꝛ modicam illam exemplificat in quatuor dies*, ego valde dubito de hoc exemplo, redderetur *n. exilium elusorium* si quis posset stare per spatium quatuor dierum in loco à quo fuit exulatus vnde per transeo cum *Rouit. & Capibl. firmantibus*, quod transiens non incidat in exilium dummodo appareat de animo, poteris cogitare.

38 Vt autem quis dicatur incidisse in exiliu ꝛ an debeat capi, & comprehendi intra confinia ei prohibita, vel sufficiat esse visum in loco prohibito vide *Capibl. loco cit. num. 42.* & quod requiratur apprehensio dicit seruari in *M. C. V. Viscon. in concl. incip. relegatus si nō exulatus*, vbi idem dicit tenere, *Viu. decis. 505.* licet aliter seruari in Regno Cataluniz testetur *Peguera decis. 90.*

N. 11. ibi ¶ nē delicta remaneant impunita sit extensio, ¶

39 Quod fiat extensio ꝛ quando tractatur de delictis puniendis, & coercendis *Franch. de 40 c. 315. num. 8.* si delicta ꝛ remaneant impu-

nita extensione nō facta. *D. Alex. Turanin. preceptor meus lector Primarius tempore quo Il. studio in Ciuitate Neap. operam nauabam in Alma Academia Neap. vir celeberrimus in l. non puto ff. de tu. ff. p. 1. c. 3. n. 64. Farin. fragm. p. 1. num. 148. & seq. Ofasch. decis. 67. num. 6.* cum alijs nouissime cit. per *Giurb. conf. crim. 6. nu. 18.*

N. 13. ibi ¶ tam à propria patria, quam eius territorio, & districtu exilium censeri datum. ¶

41 Sed an iudex ꝛ possit exulare, vel relegare aliquem eius subditum extra prouinciam, & locum suæ iurisdictionis non subiectum *Clar. & ibi Baiard. q. 71. nu. 12. Rouit. prag. de contumat. & Farin. 6. vol. fragm. p. 1. num. 69. & 70. Apicell. alleg. 3. nu. 23. Rice. decis. 28. p. 2.* ad quos se remittit *Viscon. in d. concl. exu-*

42 *latus*, vbi etiam quod exulatus ꝛ potest finito exilio recedere, & ad patriam reuerti absque licentia, & decreto superioris, quia dies illa vltima licētiat relegatum, siue exulatum ex *decis. Surd. 75. num. 3. & 244. Rice. lect. 72. & 139. p. 2.* & alijs, quos cumulat *Amend. ad decis. D. de Franch. 116. nu. 3.* vbi ex *Franc. Marc. decis. 362.* dicit quod exulatus debet probare seruasse fines exilij.

43 De pena autem ꝛ fugieatis ab exilio de iure communi, & Regn. *Amend. vbi sup. nu. 9.* vide *Clar. Gomes. Gaball. & Farin. cit. per Viscon. vbi sup. quibus adde Giurb. nouissime cum alijs per eum cit. conf. crim. 47. num. 1. & seq.* & de pena rumpentis deportationem vide *Thor. in compend. decis. ver. deportati rumpentes fo. 146. Nomar. collect. 202. nu. 3. Petr. ad Gram. decis. 6. nu. 4.* vide *inf. decis. ult. n. 1.* & de iure regni quomodo infligatur pena exilium frangenti *D. Rouit. prag. 2. de relegat. num. 2. & 44. in 3. & vlt. impress. Capibl. vbi sup. n. 35. & seq.* vbi de pena fugientium à tryremibus, & deportatione ex Prouisione *R. Pragm. vbi nu. 38.* habes quod si nobi-

44 *lis* relegatus ꝛ vel exulatus iurasset tryremes in casu fractionis relegationis, vel exilij quod potest ad tryremes condemnari, nam 45 potest nobilis ꝛ quoad se priuilegio suę nobilitatis renuntiare secus in preiudiciu aliorum, vt ibi *nu. 39.* & an debeat puniri vnica pena, vel duplici scilicet pena prag. & fideiussionis *Petr. vbi sup. nu. 3. & 5. vide Pasca. post alios in tract. de iur. patr. pot. p. 4. c. 2. nu. 88.*

46 Et quid si quis frangit ꝛ exiliu n pietatis causa puta videndi parentes infirmos, an puniatur pena frangentis exilium, vel excusetur, vide *Anna alleg. 40. & Petr. ad Gram. decis. 6. nu. 3.* post hæc scripta visus.

Et quid si rumpat exilium furore amoris,

an excusetur à pena, quod sic Giurb. d. conf. 47. per tot. Clar. q. 60. nu. 37. & q. 68. n. 11. & amoris & furore facta, quæ defendunt recen- set Ricc. collect. 2. l. 17. & 2706. & quod amo- re captus æquiparatur furioso, & quod mitius puniatur si deliquit Pascal. d. p. 4. c. 5. num. 61. adde latè tradita per Oino. in 9. erat inslit. de success. subl. num. 7. & per Felician. tract. de censib. lib. 2. c. 2. n. 15. fo. 16. & amor, affectio, affinitas, & sim. quam excusationem præbeant à delicto Tirag. de pen. temp. caus. 22. Petr. ad d. decis. Gram. 6. nu. 2. In illis au- tem, qui ex probabili causa frangunt exiliū sit provisio, quod redeant in causam suam absq; additione duplicationis exilij, vel alte- rius penæ prout tradit D. Rouit. in prag. 7. de condemnatis in fin. in ult. editione, & quando tractatur de duplicatione exilij, quod non duplicetur in pena remigationis ultra decen- nium vide Reg. Pragm. 4. sub tit. de releg.

Et quid si fracto exilio, vel relegatione efficiatur clericus de Franch. decis. 395.

49 Exilium & verò unde dicatur, & an pro- lato verbo exilium intelligatur de perpe- tuo, vel de temporali tradit D. Reg. Tappia in Const. ea que in tit. de official. in Regn. con- sist. num. 31. & 36. D. Rouit. in prag. 2. de iurisd. iniu. non turb. & aliqua in materia exi- lij per eundem in d. prag. 1. de releg.

50 Et quando quis & condemnatur ad exu- landum, an possit ei dari facultas redimendi dic, quod non si non adest remissio partis prohibente Regia prag. 45. sub tit. de offit. mag. iust. secus existente remissione partis, quia tunc loco compositionis habetur, & ita in dies practicamus, & testatur, Petr. ad Gram. decis. 37. nu. 6.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

1. Rit. M. C. V. 49. est triplicatus sub nu. 51. & 61. & loquitur de excessibus officialium puniendis ab ipsa M. C. cuius materia apud quos tractetur.
2. An extendatur ad omnes officiales, etiam actuarij.
3. Actuarij sunt officiales, & quomodo, & an sint annales, & nu. 44. & an possint esse in propria patria.
4. Sindaci electi, camerarij, & bagliui officia- lium nomine non comprehenduntur n. 45.
5. Officialium nomine comprehendantur solent illi qui iurisd. habent.
6. Officialium nomine, an comprehendantur actuarij, an seruientes, & quando, & nu. 7. & an comprehendantur scriba nu. 8. & an ciues associantes fam. Curie nu. 6. Et an scriba possint acta scribere.
10. Actus qui sunt rogati à scribis substitutis si ab actuarijs signantur sunt, ac si ab eisdem actuarijs fierent.
11. Scribe possunt omnes actus facere præter ob- ligationes penes acta, contrarium tamen seruatur.
12. Instrumenta, an possint liquidari contra Mag. actorum S. C. & an contra eorum scri- bas refertur decisio.
13. Actuarij S. C. non recognoscuntur à M. C.
14. Regij Consil. non cognoscuntur à M. C. vide n. 16. Sed visitantur à Regio visitatore n. 16.
15. Barones, an recognoscantur à M. C. & quid in R. Consiliarijs.
17. Præsidum, & Reg. Auditorum delicta, an re- cognoscantur à M. C.
18. Officiales conueniuntur sub quo militant.
19. Officiales, an cognoscant de delictis eorum ser- uientium, & iniurijs eisdem illatis.
20. Officialis procedens, uti delegatus à quo co- gnoscatur.
21. Officialis delinquens intuitu officij recogno- scitur à M. C. & non aliter extende, siue delictum fuit passiuum, siue actiuum n. 22.
23. Gratia facta inquisito de diffida data contra officialem extra officium, an valeat.
24. Offensa que dicatur facta officiali, & an de- beat esse grauis, vel sufficiat minima, & quando dicitur facta ob officium nu. 27. & qua pena puniatur offendens officialem.
25. Officiales quando dicantur delinquere in of- ficio, vel intuitu officij.
26. Officiales qua pena puniuntur in statu Ec- clesiastico.
28. Officialis delinquens in officio intuitu officij, an possit post officium finitum recognosci à M. C. & an in propria patria.
30. Officialis si durante officio inquiratur, an- erit officio, & exercitio officij priuandus.
31. Officialis delinquens non intuitu officij, sed extra à quo cognoscendus distin. usq; ad num. 37.
32. Præses potest cognoscere de delicta commissio per officialem non intuitu officij dummodo id faciat cum licentia D. Proregis.
33. M. C. V. quando citat Reg. officiales id facit cum licentia Proregis.
34. Reg. Audientia badiæ cognoscunt de delictis officialium, & an de delictis Baronū. n. 35.
35. Reg. Audientia Baren. & Hydruntina ha- bent titulum Sacra, & possunt spiritum insufflare.
37. Officialis delinquens extra officialem non- priuatur officio.
38. Ba-

- 38 Baronibus, an sit concedenda remissio per Vassallos offendentes officiales latè.
- 39 L. nullum C. de test. in quibus casibus procedat.
- 40 Officiales baronum, an possint dici Regij. Barones Regij officiales dicitur.
- 41 Baro quod non possit cognoscere de delictis officialium quomodo intelligendum.
- 42 Curialium appellatione veniunt advocati, procuratores, actuarij, & scribe.
- 43 Actuarij destinati ad conscribendum acta cum ludicibus faciunt unum corpus.
- 45 Castellani, & Iudices Baiulorum a quibus cognoscendi.
- 46 Officiales non debent secreta reuelare, quod procedit in actuariis.
- 47 Secretum quod dicatur.
- 48 Actuarij male faciunt propalando inquisitis processus informatiuos, & tenentur pena falsi.
- 49 Actuarij ante publicationem processus in civilibus non possunt parti ostendere articulos partis aduersa, sed debet penes se secretò retinere articulos, & examen alias pena falsi tenebitur.
- 50 Actuarius Syndicatus non potest querelas pendente termino ad porrigendum demonstrare sindicando, & partibus sub pena falsi.
- 51 Actuarius secreta reuelans Iudicis arbitrio punitur, ubi de Consiliarijs assessoribus Iudicibus, & sim.
- 52 Secreta Principis reuelans dicitur proditor.
- 53 Fideiussiones capiuntur per actuarios, & modi fideiussionum diuersi.
- 54 Obligationum penes acta, & fideiussionum capiendi modus nouissimè Reg.
- 55 Fideiussiones capiuntur risiko actuatorum, secus si mandato Iudicis nu. 56. & quomodo de tali mandato debet costare n. 57.
- 58 Casus, in quibus actuarius non recipiendo idoneum fideiussorem excusatur.
- 59 Idoneus fideiussor quis dicatur.
- 60 Fideiussionum, quæ stipulantur penes acta, et illarum, quæ stipulantur per Notarium & per actum publicum differentia.
- 61 Assertioni Notarij, vel actuarij asserentis hæc verba. Talis de tali fideiussit pro tali, an credatur.
- Iuratoriæ ad cautionem quibus casibus quis amittatur.
- 62 Obligationes penes acta per actuarium capiuntur, & scribuntur, & nõ perscribas 63.
- 63 In obligationibus capiendis actuarij semper dicuntur habere mandatum Iudicis.
- 64 Actuarij debent conficere librum in quo tales obligationes scribant, & quomodo iste liber confici debeat.
- 65 Obligationes penes acta accusantur nulla præuia citatione etiam a creditore in cuius absentiam fuerunt stipulata, & de parata illarum executione, & quod liquidantur etiam per procuratorem.
- 66 Obligationes penes acta, an habeant executionem contra heredes, & quid si est obligatus laicus, qui postea est effectus clericus num. 67.
- 67 Obligationes penes acta, an semper, & omni tempore habeant executionem paratam, et quid si opponatur executio nullitatis, & hostica.
- 68 Instrumenta elapsis annis triginta a die nate actionis liquidari non possunt.
- 69 Obligationes penes acta habent executionem paratam si tamen sint liquide, & quid in obligationibus Cur. Baiulorum.
- 70 Actuarij in capiendis obligationibus penes acta quid obseruare debeant, & nu. 73.
- 71 Notarij, & actuarij de iure communi non tenentur ad aliud, quam ex eorum assertionibus cognoscere contrabentes.
- 72 Testes an teneantur cognoscere contrabentes.
- 74 Obligationes penes acta, an die feriato capiuntur, & extra curiam.
- 75 Obligationum penes acta non modo originalia, sed exempla habent executionem paratam intellige, ut nu. 76.
- 76 Obligationis penes acta si presentatur copia, & originale non reperitur, copia nõ probat.
- 77 Obligatio penes acta si capitur per actuarium alterius territorij, an habebit executionem.
- 78 Actuarius Vassallus, an prohibeatur capere obligationes pro suo Barone assertur decis.
- 79 Actuarius secundarum causarum, an possit capere obligationes penes acta.
- 80 Obligationum penes acta, & instrumentorum discrimen.
- 81 Actuarius de mandato Iudicis examinat testes, etiam ab futuros nu. 83.
- 82 Testium examen an, & quando possit per Iudicem actuario committi.
- 83 Testibus in recipiendis examinatore non potest alium substituere, sed proprijs manibus scribere, & in quo examinatore procedat num. 84.
- 85 Actuarij in criminalibus quomodo testes recipere debeant.
- 86 Actuarij dicta testium, tam pro, quam contra fiscum scribere integre debent inuicem contra illos, qui contrarium faciunt.
- 87 Actuarius in criminalibus, an possit cogere testes ad testificandum extende nu. 88.
- 89 Iudex sine magistro actorum etiam non potest, quia nulla sunt acta ab actuario non scripta.

- 90 *Dicta in officialibus militant in actuarijs.*
 91 *Actuarij debent esse annales.*
 92 *Officiales non possunt esse in propria patria, item actuarij.*
 93 *Regina Ioanna, de qua meminit Author in hac decis. quæ fuit.*
 94 *Actuarium interficiens, an gaudeat indultu.*
 95 *Officiales, & ministros offendentes, & occi-
 dentes non gaudent indultu.*
*Et de quibus ministris intelligitur, & an of-
 fensio intelligenda intuitu officij.*

AD DECIS. XXIV.

DE hac decis. cuius meminit, *Viscon. ad D. de Franch. decis. 407. ver. adde, & Mari. Giurb. conf. crim. 89. nu. 6. Ricc. collect. 2658. et & 2776. Thor. in compend. decis. in verb. occi- dens magistrum actorum fo. 399. in ver. remis- sio, & in ver. actuarius, an officialis dicatur, vbi testatur nouissimis temporibus fuisse per plures decisiones S.C. per eum relatas iudi- catum contrarium. Et dum in hac decisione fit mentio de Rit. M. C.V. sciendum, quod dicti Rit. sunt secundum ordinem Carauit. 49. 51. & 61. iisdem verbis compositi, & tri- plicari, & hæc verba continent omnes. (Itē quod Curia ipsa, & quælibet ipsarum cogno- scat de excessibus officialium aliorum delin- quentium in eorum officijs ea exercendo, & non aliter.) hæc sunt verba d. Rit. quorum materiā exornat Ricc. collect. 433. & 2285. illosq; in viridi obseruantia esse in hoc regno testatur *D. de Franch. in cit. hic decis. 407. & 274. de qua materia vide Masfrill. decis. 147 nu. 26, & 188. num. 21. D. Reg. de Pont. in tra. de potest. proreg. fo. 84. num. 3. D. Reg. Tappia in constit. magister num. 1. lib. 2. l. reg. fo. 261. Nouar. in prag. coll. 164. Baiard. ad cla. q. 16 nu. 10. fo. 125. & q. 35. num. 10. fo. 179. Gallup. in recen. prax. S.C. p. 2. c. 6. nu. 103. fo. 100. Capibl. prag. 5. de Baron. nu. 57. qui ex- tendit d. rit. vt intelligantur de omnibus & officialibus etiam in actuarijs in presenti de- cis. quos officiales etiam & esse Thor. in ver. actuariorum delicta. De Ponte conf. 53. nu. 19. Carabb. de Sind. p. 1. nu. 162. Et quod actuarij sint officiales videtur posse suaderi ex eo, quia sunt annales sicut ceteri officiales, vt per Ann. sing. 369. Nouar. collect. 31. n. 7. Viscon. ad de Franch. decis. 407. Ricc. coll. 2008. Bene ueram, quod absolutus in Sindicato pro vno anno potest exercere pro sequenti No- uar. vbi sup. nu. 8. vbi refert decis. Capibl. d. prag. 5. num. 129. Sed nouissimè vide eundē, Thor. 2. p. compen. decis. Reg. Si actuarius sit officialis in ver. actuarius, an officialis dicatur**

fo. 6. vbi refert multas decis. vbi meminit huius decisionis. Item hoc ex alio suaderi, quod sicut ceteri officiales non possunt esse regulariter in propria patria. *D. de Franch. decis. 98. Ricc. coll. 1358. lim. 1. Capibl. in prag. 5. de barō. n. 57. Thesaur. decis. 268. Amē. decis. 98. n. 6. sic actuar. Et quomodo actuarij sint officia- les, vide Carau. rit. 9. n. 4. Petra ad Capy. decis. 121. Maur. Apicell. alleg. 3. nu. 29. & alios per eum alleg. in addit. ad comm. sui Genito- ris de suspit. offit. nu. 716. Amend. addit. ad de Franch. decis. 407. D. Reg. Tapp. quem refert Capibl. prag. 5. nu. 518. de Baron. vbi sup. nu. 12. ver. intellige primo, vbi licet dicat varie fuisse decisum tamen, quia per prag. Com. 4 Oliuares fuit declaratum inter officiales & non comprehendi Sindicos electos, Came- rarios, & Balliuos; tenet ipse, quod inter of- ficiales includantur actuarij de qua prag. nouissimè meminit, & ei dat intell. Petr. ad Gram. decis. 40. nu. 17. & Capibl. in prag. 1. de Baron. nu. 60. & ita seruari in M.C. affir- mat, Rouit. in comm. ad prag. in rub. de offi- tial. & qua ijs prob. nu. 4. quod licet *D. de Franch. d. decis. 407. & Carau. d. rit. dixerint* 5 comprehendere & officiales iurisdictionem habentes, & propterea dubitauerint, an actuarij comprehendantur in d. rit. 49. Petra vbi supra, nihilominus fuit interpretatus, 6 quod etiam actuarij & seruientes cōpre- hendantur quando intuitu officij commissū est delictum, & in sequelam iurisdictionis, & & in tribunalibus dictam interpretationem receptam, & secundam eam iudicatum re- fert in S.C. Anna sing. 48. circa med. quem sequitur nouissimè, Viscon. in add. ad d. D. de Franch. d. decis. 407. ver. adde, vbi vt dixi me- minit huius decis. & nulla de hac decis. facta mentione idem, Viscon. in concl. qua incip. Actuarius, sequitur Rouit. vbi supra, & Ca- pibl. vbi sup. num. 69. & practicari etiam cir- 7 ca seruientes & officialium testatur Masfrill. d. decis. 147. nu. 26. & illos qui in contrariam iuere sententiā recēset, Viscon. d. cōcl. Actua- rius, & vide nouissimè, Ricc. 7. p. collect. 2502. Maur. alleg. 77.*

Sed retenta prima opin. in tribunalibus 8 recepta, an quod diximus & de actuarijs ex- tendatur ad eorum scribas? dicerem, quod sic hi .n. seruiunt etiam officialibus in omni- bus prout actuarij, & si dictus rit. per supra- dicta habet locum in seruientibus porterijs, & alijs huiusmodi, & Rouit. vbi sup. nu. 5. ex- 9 tendit & etiam ad Ciues associantes familiā Curiae de quo etiam Capibl. d. prag. 5. n. 69. multò magis in istis actuariorum scribis sine quibus maximè in magnis Ciuitatibus actuarij eorum officium complere non pos- sunt,

sunt, multoties. n. per scribas eorum officium exercetur in capiendis informationibus, obligationibus actitando, & alia faciendo, quæ recenseret hic author quando loquitur de illis, quæ actuarij facere valent, verum isti scribæ non possunt acta scribere si actuarius est absens, vel impeditus, aduertit *Petr. ad Gram. decis. 27. nu. 9.* vnde si acta scribuntur ab illis debent semper ab ordinario actuario signari, & sic habebuntur acta illa, ac si facta essent ab actuario ad latè tradita per eundem *Petr. ad Gram. decis. 50.* omnino videndum omnes .n. actus † rogati à scribis substitutis si ab actuarijs signantur, sunt, ac si ab eisdem actuarijs fierent ad quod vide omnino, quæ latè tradit *Petr. ad d. Gram. decis. 50. à nu. 2. vsq; in fin. & D. ibi per eum cit.* quibus adde, *Moheda decis. 347.* quam adducit *Novar. collect. ad pragmat. 4. num. 1.* vbi notandum quod omnes † actus possunt fieri à scribis exceptis obligationibus penes acta ita dictate *prag. 9. sub rub. de actuar. & scrib.* quod ego non vidi vnquam obseruari maxime in partibus, vbi indistinctè obligationes penes acta capiuntur ab actuarijs, & eorum scribis.

Sed prædictis videntur aduersari dicta per *Thor. in Compen. decis. Reg. in ver. instrumenta, an possint liquidari contra mag. actort.* S. C. vbi dicit, quod licet alias per S. C. fuisset alias decisum, quod sicuti instrumenta † non possunt liquidari contra mag. actorem S. C. alibi, quam in dicto tribunali, vt per *D. Reg. Tapp. ad pragmat. 24. incip. magistros actorem num. 3. de offit. mag. iustit. fo. 201.* & testatur decisum idè de anno 1602. die 6. Martij *lib. 2. Iur. Regn. fo. 281.* In comment. ad rit. incip. *presentationibus instrumentorum*, de quo *Thor. ibi* non meminit, ita etiam contra eorum scribas non alibi, quam in eodem S. C. instrumenta liquidari non posse, tamen ultimo loco contrariū testatur decisum. cogita.

13 Ex cuius dictis est notandum quod † actuarij S. C. non recognoscuntur à M. C. & de Regijs

14 † consiliarijs loquitur, *Capibl. prag. 12. de Baron. nu. 6.* vbi quid † in Baronib. & quod

15 Regij † Consiliarij cognoscantur à M. C. vide *tex. in l. Curiales C. de decurio. lib. 10. add. ad Capi. decis. 9. Anna sing. 57. Nouar. collect. 37. ad pragmat. in fin.* quod mihi videtur non obseruari, nam hi visitantur à Regio Visitatore, qui mictitur à Regia Maiestate singulis quindecim annis, licet prius omni triennio visitabantur, vt per *Surgen. de Neap. illustr. fo. 161. Capibl. de Baron. pragmat. 5. nu. 150.* de qua visitationis materia, vide *Mastrill. in tract. de magistr. lib. 6. c. 2.*

17 Et an cognoscat † M. C. de delictis Præsi-

dum, & Auditorum prouintialium, inclinatur in affirmatiuam, *Capibl. d. pragmat. 5. n. . . vbi dicit pendere in facto.*

18 Et quod officiales † conueniantur sub quo militant, loquendo de maioribus, vel minoribus ludicibus, *D. de Pont. decis. 36. n. 38.* & an Baro possit punire Nuntios, & Commissarios Regios delinquentes in eorum terris extra officij causam *Capibl. sing. 12.*

19 Et an magistratus † cognoscat de delictis eorum seruientium, & iniurijs eis illatis, vide *Leonard. in prax. offit. cap. 9. nu. 11. Ricc. collect. 2362. Mastrill. decis. 300. Viscon. in conclus. quæ incip. officialis maioris in fin. fo. 209.*

20 Et quid si officialis † processit, vti delegatus à quo cognoscatur. *Viscon. loco cit. Carabb. sing. 180.*

In prin. ibi ¶ vbi magister actorum deliquit in officio ipsius officij intuitu. ¶

21 In hoc dumtaxat casu M. C. † cognoscit de delictis officialium nempè quando intuitu officij committuntur, verba sunt clara d. rit. ibi (delinquentium in eorum officijs ea exercendo, & non aliter) vt obseruauit, *D. Præses de Franch. in decis. 274. nu. 7.* & post eum *D. Consiliar. Rouit.* dicta verba ponderando in dicta *Rub. de offit. nu. 4.* cuius dicta vide etiam in *pragmat. 5. de abolitionib. nu. 7. D. Marchio. Belmontis Regem. Tappia. lib. 2. Iur. Regn. in comment. ad Consil. Magist. nu. 20.*

22 Id autem, quod diximus, quod M. C. † cognoscit de delictis officialium intelligat Tyrones, tam de delictis actiuis, quam passiujs, vt M. C. cognoscat, tam de delictis per ipsos officiales commissis, quam de delictis per alios in personam officialium commissis, vt per eundem, *D. Regem. Tapp. in Consil. excusantes nu. 41. fo. 39. lib. iur. Regn. & per Dom. de Franch. cit. decis. 274. nu. 4. & 505. num. 6.* cuius in hoc meminit dictus *D. Tapp. in dicta Consil. magister num. 10.* & affirmat author noster hic *nu. 1. & Capibl. d. prag. 5. nu. 70. Nouar. ad pragmat. collect. 164. nu. 1. Ricc. collect. 433. in prin. & collect. 2285.* & ira passim praticari testatur *Rouit. loco cit. nu. 6. Nouar. vbi sup.* dummodo committantur, vt supra dictum est intuitu officij, vt per *D. de Franch. d. decis. 274. nu. 7.* licet dubitauerit *d. dec. 407. D. de Franch.* si dictus ritus sic debebat interpretari, sed deinde decidit punctum cum *Carauit. in d. decis. 505.* dummodo offensa, & delictum sit ex causa officij, vt aduertit, *Capibl. d. prag. 5. num. 71.* & quod Gratia

23 † facta inquisito de diffida data contra officialem

- stialem extra officium valeat non obstante Regia pragmat. loquēte de offensis officialium ut opus sit etiam partis remissione refert decisum *Thor. nouissimē in 2. p. compen. decis. ver. Gratia fo. 254.*
- 24 Et quę dicatur ꝑ offensa *Rouit. pragmat. 5. de abolit. nu. 32.* & quod debet esse grauis nō minima *Capibl. loco paulō ante cit. num. 72.* & qua pena puniatur offendēs officialem, *Ricc. collect. 2552. 7. p.*
- 25 Et quando officiales ꝑ dicantur delinquere in officio, & intuitu officij, *Ricc. ubi sup.*
- 26 vide *Clar. q. 73. ubi n. 4.* qua pena ꝑ punitur in statu Ecclesiastico, vide *Viscon. cum ibi cit. in concl. incip. officialis maioris fo. 209. Rot. Rom. decis. 754. p. 1 in nouiss. ad quam se remittit D. Consil. Rouit. ubi sup. nu. 8. Ama. dec. 36. vide Carauit. rit. 99. in fin. ad quem se remittit D. Reg. Tapp. d. Consil. magister in ff. ubi allegatur vitio impressoris Carau. d. rit. 99. voluit. n. allegare rit. 49. ubi optimē declarat quando officialis dicatur delinquere in exercitio officij nu. 27. *Viscon. ubi sup. & Giurb. conf. crim. 65 nu. 47.**
- 27 Et quando offensio ꝑ dicatur facta ob officium *Farin. q. 19. nu. 41. Capibl. loco cit. nu. 71. Ama. d. decis. 36. nu. 10. & seq. cuius nouissimē meminist. Ricc. 7. p. collect. 2552.*
- 28 Sed quid si quis ꝑ officialis delinquat in officio intuitu officij, an possit post officium finitum à M. C. cognosci de illo delicto tempore officij commissio, vide *Capibl. in d. prag. 5 nu. 60. ubi refert decis. affirmat. ex Affl. & Ifern. in consil. magister Iustitarius D. de*
- 29 *Franch. d. dec. 407. ubi Amēd. n. 4.* Et an officialis absolutus in Sindicatu possit in propria patria conueniri, & de ordine Proregis iterum conueniri, *D. de Pont. dec. 36. Petra. ad Gram. decis. 40. nu. 5.*
- 30 Et si officialis ꝑ inquiritur durante officio, an erit officio, vel exercitio officij priuatus, an pena incurratur ipso iure, vel requiratur declaratoria, *Gabr. comm. opin. concl. 8. de probation. D. de Pont. conf. 1. 42. 66. Petr. ad Gram. d. decis. 40. nu. 1.* Et in quibus delictis officialis pendente administratione inquiratur, & ei debeat administratio officij interdici optimē declarat *Viscon. post D.* per eum cumulos quos vide in *d. conclus. officialis, quibus adde Petr. ad Gram. decis. 40. nu. 7. & per eum cit. Nouar. collect. 198. & Capibl. d. prag. 5. nu. 56. Giurb. nouissimē conf. crim. 65. nu. 45. & seq. omnino videndus præsertim in eo quando officialis delinquens priuatus, & puniendus veniat, vel non.*
- Verum quod accusato Barone suspendatur iurisdicatio, *Gram. conf. ciu. 162. Cappy. dec. 231. ubi Petr. Idem Petr. ad Gram. d. decis. 40. nu. 8.*
- 31 Sed quid ꝑ si officialis non intuitu officij deliquit, sed extra à quo erit cognoscendus? In hoc distinguendum, quod aut officialis est officialis Regius, aut Baronalis. Primo casu distingue, aut deliquit non in terra, aut Ciuitate in qua est officialis, sed in terra Baronis, aut in Ciuitate quam ipse regit. Primo casu ille officialis, & si Regius poterit puniri per Baronem, seu eius officialem secundum, *Carau. d. rit. 49. nu. 14.* dummodo id notum faciat superiori suo, *Baiard. ad Clar. q. 38. n. 89. cum alijs alleg. per Viscon. in d. concl. officialis maioris.*
- Aut deliquit ꝑ in illa Ciuitate, cuius est officialis, & eo casu, quia non obstant rit. prædicti deciderem, quod spectat delicti cognitio ad Præsidentem per ea, quę tradit *Carau. d. rit. 49. nu. 1.* ad quem ante rit. spectabat cognitio per iura, & authoritates per eum alleg. cum hoc tamen, ut faciat cum licentia, D. Proregis Regni eiusq; Collater. Conf. nā si id facere debet M. C. ꝑ quando vult citare Regios officiales quorum cognitio ex d. rit. spectat ad ipsam, ut per *D. Tapp. loco cit. num. 21.* quanto magis præses? licet hodie, etiam R. Audientię ꝑ cognoscant etiam de delictis officialium, ut testatur *D. Tapp. practicasse in R. A. principatus citra, ubi sup. n. 3. & seq. tempore quo erat Auditor in illa Prouincia de quo videndus est Petr. ad Grā. d. decis. 40. nu. 16. & seq. qui post hæc scripta cōpleta ad meas manus per venit, vide etiā Capibl. ubi sup. num. 70. & de Leon. in pract. official. c. 3. nu. 67. & seq. ubi quod R. A. sicut M. C. cognoscunt de delictis officialium maxime in hac Prouincia Baren. & Hydrunt. R. A. cognoscunt de delictis officialium, & ita multoties vidi practicari, & contra Officiales capi informationes de quibus certioratur deinde S. E. habent. n. hæc R. Audientię ꝑ Baren. & Hydruntina, quę erant prius vnitz, titulum Sacrę dicebatur. n. S. C. quæ R. A. Hydruntina residere prout hodie residet in Ciuitate Litij, vti Metropoli illius partis huius Regni, quæ contigerat in portionem Regis Catholici in diuisione facta cum Rege Gallorum, ut per *Rouit. ad pragmat. in Rub. de Instan. caus. non reslit. num. 27. & 18.* ubi quod illæ R. Audientię possunt insufflare spiritum vitæ, & *Capibl. pragmat. 8. p. 1. num. 264.* In istis. n. Audien. præfuit Rex Alphonsus II. ut testatur *D. Tapp. lib. 2. l. 1. Reg. Rub. de off. S. C. nu. 40. fo. 142.* dixi ad decis. 593. *D. de Franch. nu. 31.* Quod ego nunquā vidi practicari circa insufflationem spiritus. Et non modo officiales possunt, vti delinquētes à præside cognosci, sed etiā Barones, qui alias sunt Ciues Neap. & illorum forum*

forum fortiuntur, vt per *Capy. decis. 59. Anna fing. 57. Thor. in compen. in prin. ver. Baro. & in 2. p. ver. Baro extera nationis 2. col. circa med.*

- 36 Aut sumus † in officiali baronali, & tunc quando delinquit extra officium, aut est vna iurisdicatio, & tunc cognitio spectat ad Baronem, *Capibl. vbi sup. nu. 75.* aut sunt duæ iurisdictiones, vna v3. civilis, altera criminalis, si delinquit officialis iurisdictionis civilis potest cognosci à criminali, *Rouit. vbi sup. nu. . . Capibl. d. prag. 5. num. . D. Reg. Tapp. in d. constit. magister iustitarius Capy. decis. 27.* alias decis. cumulat *Nouar. d. collect. 164. nu. 6. Ricc. d. collect. sup. cit. & vide Baiard. ad Clar. q. 35. nu. 11.*

Si verò delinquit officialis criminalis, delicti cognitio spectat ad civilem *Nouar. d. collect. 164. num. 6. in fin. & vide Gail. de arrest. imp. c. 4. num. 7.* quando confors officij possit consortem delinquentem punire. & quid si Baro delinquit in territorio alterius Baronis cuius ipse est Vassallus, an possit peti remissio à Vassallo domino, & ad quem delicti cognitio spectat, vide latè *Thor. in comp. decis. 2. p. ver. Baro. extera nationis per tot. fo. 38.*

- 37 Illud tamen sciendum, quod quando † officialis delinquit extra officium, quod non priuatur officialis officio, vt per *Giurb. conf. crim. 65. num. 50.* & quando dicatur officialis delinquere extra officium, *Baiard. d. q. 35. nu. 13. Capibl. vbi sup.*

In prin. ibi ¶ & inclinatur pro Barone, cui hoc casu remissionem faciendam esse annuit. ¶

- 38 An Baronibus † sit concedenda, vel deneganda remissio per Vassallos offendentes officiales cum vt dictum est de his solis sola M. C. cognoscat? *Thor. in compen. decis. 2. p. ver. remissio.* Et quod regulariter sit deneganda talis remissio Baronibus fundat *Mastrill. decis. 147. nu. 16. & seq. per tex. in l. nullum 39 C. de testib.* per quem tex. derogatur † omni priuilegio speciali, qui tex. licet loquatur in teste falsum deponente, & per eius falsum testimonium iudicem coram quo deponit offendente, tamen semper ille tex. fuit intellectus quomodo cunq; iudex offendatur, vt per *D. de Franch. dec. 722.* vbi subdit quod in isto casu erit maior ratio, vbi factio officialis offenditur, quam in casu d. tex. vbi verbis dumtaxat offenditur, & propterea ita decisum ibi testatur *d. D. de Franch. per S. C. secundum*, quam decisionem testatur in Regno Siciliæ etiam decisum, *Mastrill. d. decis. 147. num. 17.* vbi dicit fuisse denegatam remissionem Comiti Moac prætendep. remis-

sionem nonnullorum Vassallorum ob offensionem, & resistentiam factam cuidam portorio M. C. & duas alias decisiones refert *Amen. add. ad D. de Franch. decis. 407. nu. 1. & latè Garau. d. rit. 49. Rouit. vbi sup. num. 8. Alcia determ. 107. Campag. in c. ad quietem D. Reg. Tapp. in d. Constit. magister nu. 15. & seq. vbi dicit quod licet fuit decisus articulus iste in d. decis. D. de Franch. 274.* tamen in aula nostri Authoris pluries fuit decisum pro illis Baronibus, qui in priuilegio habebant clausulā, quod possint cognoscere de omnibus, etiam de quibus sola M. C. cognoscit, *Ricc. collect. 433. ver. limita secundo, & collect. 2285.* cum virtute huius clausulæ videatur communicata illa præheminentia licet postea idem *D. de Franch. in decis. 458.* articulum istum fuisse controuersum, vt ibi per eundem *D. Tapp. quem sequitur Capibl. d. prag. 5. nu. 63.* de quo vide *Nouar. d. collect. 164. n. 5.* vbi refert decis. S. C. de anno 1580. Circumscriptis tamen priuilegijs continentibus d. clausulam quam habent nonnulli barones, quos enumerat *Capiblan. vbi sup. officiales Baronum comprehenduntur in d. rit. Nouar. d. collect. 164. nu. 3. & seq. vt per Carauit. ibi, quem sequitur Tapp. loco cit. nu. 4.* vbi reprehendit *Foller.* aliter sentientē; pos-

- 40 sunt .n. † officiales Baronum etiam dici officiales Regij *Carau. d. rit. 49. nu. 7. Affl. in tit. qua sint regal. ver. potestas nu. 2.* alios nouissime adducit *Thor. in 2. p. comp. ver. electio seu variatio in fin. 2. col. Alcia. in rub. de offis. eius nu. 30. & ibi Alphan. nu. 123. & seq.* vbi id limitat nisi in aliqua constit. vel prag. specialis fiat mentio regionum officialium, quia tunc non comprehenderentur officiales Baronum, sed regij tantum, vt ibi per eū, qui num. seq. dicit quod licet Barones officiales regij dicuntur, tamen appellatione Regionum officialium non veniunt.

Et adde quod Barones etiam R. officiales dicuntur *D. de Franch. decis. 274. num. 3. & decis. 211. num. 7.* ex quo Barones gerunt vices principis *Mastrill. decis. 145. n. 4.* imò dicuntur consiliarij idem *Mastrill. decis. 163. n. 13. Thor. in comp. decis. 2. p. ver. Baro extera nationis 2. col. in prin. fo. 39.*

- 41 Quando verò Baro † dicitur, quod non potest cognoscere de delictis officialium intelligitur quoad punitionem secus quoad capiendam informationem de excessibus pro quibus veniret officio priuandus, quia pro reliquis remittendus est Sindicatui prout intelligit *Mastrill. d. decis. 188. num. 25.* quem refert, & sequitur *Capibl. vbi sup. nu. 61.* Et quando Baro capit informationem intelligendum est quando intuitu officij, vt supra dictum

dictum est, delictum est commissum ad quod multos adducit, *Capibl. vbi sup. num. 66. D. Reg. Tapp. vbi sup. nu. 20.* secus si delictum esset commissum non intuitu officij, quia tunc cognitio spectat ad Baronem ibi etenim sortitur forum *Capibl. vbi sup. nu. 67.*

N. 1. ibi ¶ quia ipse est persona mediata per quam peruenitur ad actum iurisdictionis, & iustitiæ cognitionem, & executionem est enim patrator, & conseruator actorum, & processuum. ¶

Hac eadem ratione *D. Reg. Tapp. lib. 2. iur. Reg. in commen. ad constit. statum sub rub. de off. mag. iust. num. 14. fo. 252.* dicit appellatione ¶ curialium venire aduocatos procuratores, actuarios, & scribas, nam licet isti non sint astricti Curia; tamen absq; illis Curia regi non potest, sunt. n. cooperatores ad rectam iustitiæ administrationem quid. n. facere possint Iudices si deessent, qui acta conscriberent, quiq; processus compilarent, cum officiales non possint scribere acta *Cāpag. in c. 280. alias acta sunt nulla Viu. decis. 48. Nouar. collect. 4. num. 3.* nisi tenue sit officium, vt officium pagorum *Capibl. pragmat. 8. de baron. p. 1. nu. 369. fol. 252.* vnde actuarij ¶ destinati ad conscribendum acta cum Iudicibus faciunt vnum corpus quod ex pluribus membris constat, & propterea his, quoque curialibus cōpetere declinatoriam fori dicit *D. Reg. Tapp. vbi sup. practicasse in S. C. & in R. A. & de istis curialibus vide Muscatell. in pra. glo. competentes nu. 74. Nouar. in pra. elect. for. p. 1. sect. num. Risc. collect. 2312.*

N. 1. ibi ¶ in concernentibus eius officium exercet quodammodo iurisdictionem. ¶

¶ Illi, qui sentire actuarios ¶ non comprehendendi appellatione officialium ea ratione, moti sunt s3. quod actuarij non exercent iurisdictionem, vt per *Risc. sup. cit. collect. 2502.* & quod ¶ loquitur de officialibus iurisdictionem habent. Hodie tamen habemus *Reg. Pragm. ¶ Com. Oliuar. per quam declaratur appellatione officialium non venire Syndicos, electos, Camerarios, balliuos, & de ea meminit Risc. collect. 433. & collect. 2285.* eamq; exornat *Nouar. vbi sup. & D. Reg. Tapp. loc. cit. & meminit Capibl. vbi sup. nu. 60. qui nu. 74.* dubitat quid de Castellanis, & de Iudicibus baiulorum, quod cognoscendi sunt à M. C. V. nu. 60. & 67. cuius contrarium tenet *D. Consil. Rouit. loco cit.* cui respondet ibi *Capibl.* quem vide.

N. 2. ibi ¶ & ideo tenetur seruare secretum sicut Iudex. ¶

46 Officiales ¶ non debent secreta reuelare, vt late per *Carau. rit. 3.* & appellatione officialium veniunt actuarij, vt per eundem *Carau. rit. 9. numer. 4. Trois rit. 4.* Ideo actuarij quoque tenentur seruare secretum vt per *Baiard. ad Clar. q. 73. numer. 6.* ¶

47 num. 8. vbi quod dicatur ¶ secretum, de quo vide omnino *Viscon. in conclus. incip. aduocatus post prin. & nouissime Mar. Giurb. eruditissimus vir.* qui meminit huius decis. sub hoc num. *conf. 86. numer. 6.*

48 Et ideo malefaciunt ¶ actuarij quando propalant inquisitis processus informatiuos ante concessionem copiarum repertorum quin imò tenentur pena falsi *Ang. de Perus. in tra. de test. numer. 17. fo. 98.* nec

49 possunt ¶ ante publicationem processus in ciuilibus ostendere articulos parti aduersæ *Paris. de find. in rub. de excess. aduocat. Graph. decis. aur. eas conf. lib. 2. de falsit. c. 35. Carabb. sing. 4. incip. actuarius.* Examinator. n. debet penes se secreto retinere non solum articulos, sed etiam examen, & attestaciones super illis factas, & si ostenderit, & illorum dederit copiam, pena falsi tenebitur, & sic iudicatum ¶ *Padux testatur Alex. in l. is apud quem C. de eden. refert Ga. lupp. in recen. prax. S. C. p. 2. c. 23. numer. 14. fo. 205.* & de prædictis & alijs vide *Petr. ad Gramat. decis. 103. & nu. 36.* vbi alios adducit, post hæc scripta visus; vbi de signis contra actuarium ostendentem processum informatiuum inquisitis, de teste reuelante dictum suum parti de quo etiam dicit ad *Capy. decis. 142. à numer. 2.* & de aduocato scripturas sui clientis aduersario ostendente *Menoch. consil. 311. numer. 11. Graph. vbi sup. & in actuario*

50 si dicatur ¶ quod non potest quærelas pendente termino ad porrigendum demonstrare sindicando, & partibus quas interim tenetur in secreto habere, & non reuelare sub pena falsi *Carabb. dict. sing.*

4. vbi adducit tex. in l. 1. in prin. ff. de fals. & pena l. si quis aliquid la 2. §. si quis instrumentum, & §. instrumentum ff. de pen. & de actuario ¶ qui secreta causæ reuelat, & pandit, quod iudicis arbitrio puniri debeat *Menoch. de arbit. cent. 6. cas. . . numer. 6. Viscon. dict. concl. aduocatus circa med. qui se remittit ad eundem Menochium de alijs personis, scilicet Consiliarijs, assessoriibus Iudicibus, & alijs secreta pandentibus*

H & de

52 & de reuelante † secreta Principis ultra *Tesaur. decis. 1. vide quæ abundè scripsit Regens Valenzuola in tra. stat. & bell. p. 4. consider. 2. num. 13. fo. 153.* apud quem multas reperies notatu digna, & quod reuelator secretorū dicitur proditor *not. in l. ablatas ff. de his qui no. inf. Guid. Pap. decis. 191. in fin.*

N. 2. ibi ¶ nam capit fideiussiones. ¶

Hæc omnia verba posita hic per Authorē repetit *Giurb. nouiss. cons. crim. 86. nu. 6.* circa quæ scias, quod fideiussiones † capiunt actuarij, & modi diuersi sunt, quos recenset *Muscattell. in sua prax. fideiuss. per tot.* Hodie 54 circa modum capiendi † notandum secundum ius nouissimum Reg. quod tam fideiussiones, quam obligationes sunt firmandæ ab ipso principali fideiussore, & duobus testibus, qui cognoscant fideiussores, & principalem de quo vide *Pragm. emanatam per Ill. D. Fran. de Castr. olim huius Reg. Proreg. de anno 1603.* & quid si alius obligationi se supposuit *D. de Franc. decis. 262. Nouar. coll. 16. de actuar.*

55 Et quod fideiussiones † capiantur risico actuatorum *no. in l. generaliter C. de Epif. et cler. Ricc. coll. 1258. & 1494. Thor. qui super hoc refert nouissimas dec. in 2. p. cõpend. dec. Reg. ver. actuatorius qui idoneum il. 1. 2. & 3. Petr. ad Gram. dec. 60. nu. 11. Muscattell. in prax. fideiuss. p. 1. mod. 9. nu. 11. & prax. S. C. p. 3. glo. expen. nu. 39. ver. sed ecce, quem vide in materiam fideiussoris idonei, & de proprio teneri actuarium si fideiussor non est idoneus *Fusc. sing. 61. D. de Franch. decis. 480 Thor. in comp. decis. Archiep. Cur. Neap. ver. Actuatorius Farin. de delict. & pen. q. 24. num. 82. est tex. in l. 2. §. ult. ff. de mag. conuen. & in §. sciendum insit. de satisf. tut. Caball. res. sol. crim. 73. Gratia. decis. 69. & decisum refert in Rot. Rom. Nouar. nouissimè in collect. §. num. 2. quidquid disponat ius Reg. vide *pragm. 15. sub rub. de actuar. Muscattell. in prax. fideiuss. p. 1. mod. 9. num. 11. Thor. in ver. actuatorius qui fideiussorem, & seq. Petr. ubi sup.* Quod est intelligendum si ipse actuator 56 rius capiat fideiussionem, secus † si mādato Iudicis quia non tenebitur actuatorius, sed Iudex *Ludo. dec. Lucæ. 33. de qua meminit Petr. ad Gram. decis. ubi supra, in hoc tamen sint* 57 cauti actuarij, vt † de mandato Iudicis faciant constare in scriptis, & mandatum scribatur per alium actuarium roboratum, & subscriptum manu ipsius Iudicis, vel officialis id mandantis ad *Affl. decis. 317. quem refert, & sequitur Nouar. collect. ad prag. §. nu. 11. & an si non appareat mandatum creda-***

tur actuario *Seff. decis. Aragon. 83. nu. 6.* sunt 58 tamen multi casus † in quibus actuatorius nō recipiendo fideiussorem idoneum excusatur de quibus per *Ricc. coll. 49.* ultra quos *Nouar. loco præcit.* ponit alterū casum scilicet, quod excusatur actuatorius, quando principalis est satis idoneus, idem si fuit idoneus tempore fideiussionis latè *Farin. præc. crim. tit. de carcer. q. 33. Carau. rit. 35. Lip. ad Iser. qua sint regal. ver. veclig. alia nu. 13.* vel si de voluntate partium minus idoneus reciperetur *Ricc. decis. 49. incip. Notarius p. 2. de qua meminit Thor. in comp. decis. Cur. Archiep. ver. actuatorius Petr. ad Gram. d. decis. 60. nu. 11.* vbi etiā idem dicit si cum approbatione actuatorius fideiussorem recepit, & procedere in fideiussore iudiciali, secus in fideiussore cōtractus. 59 Quis autem † dicatur fideiussor idoneus *D. R. Tappia lib. 3. iu. reg. rit. 160. n. 1. fo. 116.* 60 Et de discrimine † inter fideiussiones, quæ stipulantur penes acta per actuarium, & de illis, quæ stipulantur per Notarium extra iudicium, & quomodo diuersimodè proceditur ad accusationem *Muscattell. d. prax. mod. 1. num. 8. & seq.*

61 Sed an credatur actuario † vel Notario si in bastardello reperiatur scriptum talis fideiussit pro tali, quod non *Amend. ad dec. D. de Franch. 185. nu. 1.*

Et quid si asserit fuisse admissum aliquem ad iuratorium cautionem, & in quibus casibus quis possit admitti ad iuratoriā cautionem vide *Petr. ad Gram. dec. 33. n. 6. cum seq. Gail. de arrestis c. 3. nu. 19.*

N. 2. ibi ¶ Obligationes. ¶

62 Obligationes quoque penes acta † vt supra annuimus per actuariū capiuntur, & scribuntur, in quibus requiritur mandatū, vel præsentia Iudicis, sed nō sēper quia in d. obligationibus 63 nib. capiendis † actuarij semper dicuntur habere mandatū Iudicis per alleg. ab *Vrsill. ad Affl. dec. 3. nu. 8. Gail. tra. de cred. c. 3. tit. 2.* qui alios adducit *n. 22. & seq.* post hæc omnia scripta visus *Altimon. in prax. liquid. instr. in ver. in publicā formā n. 39.* vbi aduertit quod 64 actuarij † conficiant librum in quo describant tales obligationes illius anni, in cuius initio faciant rubricam; inde Capitaneus, seu Gubernator concedat licentiam actuario recipiendi obligationes, & se subscribat, quia tunc dicentur omnes illæ obligationes receptæ Iudice mandante, & habentur, ac si ipsemet iudex caperet, quia omnia nostra facimus &c. *Altimon. ubi sup. n. 41.* Debet autem ipse actuatorius † per se scribere dictas obligationes non autem per scribā, & si n. scribā possunt omnia aliā acta

acta conscribere, tamen excipiuntur obligationes penes acta, quas scribere scriba nequit, ut per prag. 9. sub rub. de actuar. & scrib. & ibi per *Nouar. collect. 4. nu. 2.* de quo per *Gait. mox visum sup. cit. tit. 2. nu. 75.* Sed hoc ego non video seruari, de consuetudine .n. quotidie scribae capiunt obligationes, illasq; proprijs manibus in libros obligationum redigunt promiscue cum actuarijs in capite maxime in his Curijs inferioribus siue
 66 regijs, siue baronalibus, & semper istae obligationes habent executionem paratam *Ricc. coll. 2666. Affl. decis. 387. Cappy. decis. 46. Franch. dec. 200. Capibl. de baro. prag. 8. p. 1. n. 355.* & ibi quod executio fit realiter, & personaliter prout in instrumento via ritus, & quod possunt accusari per procuratorem, & hoc quia habetur eiusmodi obligatio, ut confessio iudicialis, & sententia transacta in rem iudicata *Capibl. d. prag. 8. p. 3. n. 18. Gait. ubi sup. nu. 13.* & accusantur nulla praevia citatione *D. de Franch. decis. 218.* ubi in fin. tradit pract. executionis harum obligationum etiam si non essent iuramento *Vallat. Affl. decis. 30. nu. 4. & 6. Altimon. loco cit. nu. 43. fo. 53.* item accusantur per creditorem, etiam qui in obligatione non interuenit *Affl. dec. 135. in fin. Gait. nu. 56.* quod secus est in accusatione instrumentorum, ut per *Capibl. ubi sup.* & de nimia parata executione, quam habent huiusmodi obligationes *Tesaur. decis. 26. Rou. prag. 2. de iurisd. in iu. non turb. n. 9. Graui. decl. 14. p. 3. nu. 35. 10. de ami. cons. 21. multos cumulat Gait. tra. de cred. c. 3. tit. 2. n. 5. & seq. ubi tot. illo cap. tractat de his*
 67 obligationibus. Sed an habeant executionem contrahentes vide *Gait. loco sup. cit. nu. 14. & seq. & D. per eum cit. & Altimon. ver. aduertat nu. 32. fo. 198. & seq.* & an si est obligatus laicus, qui postea est effectus clericus possit contra illum vigore illius obligationis exequi vide *prax. epis. cap. 6.* Et antequam per eiusmodi obligationes, & omni tempore habeant executionem paratam, dic qd non nisi infra decennium elapso .n. decennio a die natæ actionis non possunt accusari, sed expeditur citatio ad dicendum causam quare non debet accusari, & exequi *Carau. rit. 128. Careabb. sing. 20. incip. obligatio. Rober. de liq. instr. confid. 2. n. 4. D. de Franch. d. dec. 118. Gait. ubi sup. n. 68 & seq. Canar. q. 43. Altim. in ver. presentet n. 8.* ubi dicit ita seruari per doctrin. *Affl. & Iser. ad similitudinem instrumentorum quæ li-*
 68 quidari non possunt transactis annis viginti a die natæ actionis, ut per *Rit. & ibi Carau. Altim. d. ver. presentet n. 8. fo. 287.* & quid si aduersus illas opponitur exceptio nullitatis vide *Affl. d. dec. 387. & dec. 30.* vel opponere-

tur exceptio hostica *Masull. ad Cappy. dec. 33* de quib. apud *Ricc. nouiss. d. collect. 2666. 7. p. 1. & 2. ampl.* & quid si obijceretur, quod est sine causa, vel quod est stipulata sine iuramento vide *Gait. ubi sup. nu. 50. & 52.* & an exceptiones contra has obligationes opponi possint extra cerceres, *Gait. ubi sup. n. 70.* & quando dicimus eiusmodi obligationes habere
 69 executionem paratam intelligendum est si tamen sint liquidæ, secus si essent illiquidae *D. de Franch. dec. 292. Gait. ubi sup. n. 61. & seq. & nu. 76. Carabb. sing. 130.* Sed an obligationes Curie baiulorum habeant executionem vide *D. Regen. Tapp. in rub. de off. Baiul. Capibl. de baro. prag. 8. p. 1. nu. 355.*
 70 Aduertant tamen actuarii in capiendis huiusmodi obligationibus, ut obseruent *prag. 16. sub tit. de actuarijs* sub dat. Martij 1603. per quam mandatur actuarijs, ut obligationes non capiant nisi adhibitis duobus testibus notum habentibus obligatum cum subscriptione obligati propriæ manus, vel actuarii si nesciat scribere alias incurrunt in penam ducatorum mille per actuarium soluen. Regio fisco ultra damnum partis *Altimon. in ver. in publicam formam nu. 3.*
 71 In quo corrigitur ius commune per quod Notarij, & Actorum magistri non tenentur ad aliud, quam ex eorum assertionibus cognoscere contrahentes, ut per *D. de Franch. decis. 262.* de quo late per *Ricc. collect. 713.* &
 72 an testes teneantur cognoscere contrahentes *Nig. in cap. Reg. fo. 99. num. 10. à terg. D. Regen. Tapp. in cap. caueant in ver. pena falsi lib. 2. su. reg. tit. de offit. nota. fo. 442.*
 73 Supradicta autem prag. quæ fuit emanata à D. Francisco de Castro declaratur per aliam prag. sub die 9. Maij 1603. ut habeat locum quando concipiuntur obligationes continen. summam supra quinquaginta ducatos; infra verò sufficiat subscriptio principalis obligandi si sciat scribere, si verò nesciat scribere loco sui se subscribat actuaris absque testium subscriptione, *Altimon. in ver. in publicam formam numer. 38. vers. alterum verò,* de quibus prag. nouissime meminit *Gait. ubi sup. num. 72. & seq.* quod si actuarii prag. prædictæ sollemnitates neglexerint obseruare tenebuntur ad omne damnum, & interesse creditorum arg. *tex. in l. fin. C. de mag. conuen. facit decis. Rot. Lucen. Ludou. 33. Nouar. collect. 6. n. 3.* ubi quod actuarii tenentur ex eorum culpa, & errore. Sed an sollemnitas ista introducta per dictam R. Prag. inconficiendis obligationibus requiratur etiam in illis cassandis, vel sufficit, quod cassentur per actuarium, vide *Nouar. qq. form.*
 H 2 lib. 1.

lib. 1. q. 154. eius nouissimè meminit Ricc. collect. 2776.

74 De tempore autem † capiendi eius modi obligationes breuiter dico, quod omni tempore possunt capi etiam de die feriato, & semper habent exequutionem paratam, & ita obseruatur de quo per *Viu. decis. 35. Altimon. vbi sup. nu. 42. Gait. vbi sup. nu. 28. vbi nu. 30. adducit in contrarium opin. Scaccia. sed non discedit à prima opin. vide tamen nu. 49. Verum quod aliter sit dicendum circa incusationem eiusmodi obligationum, ut die feriato incusari non possint vide eundem *Gait. ibi nu. 40. & seq. & possunt in omni loco dictæ obligationes capi in Curia, & extra Curiam Affb. decis. 335. & ita obseruari testatur Ricc. d. collect. 2666. ver. & an capi. Gait. vbi sup. nu. 26.**

75 Et non modo originalia † habent exequutionē, sed exempla † autentica, intellige tamen præuia citatione ad dicendū causā quare quādo accusatur in alio loco, quam vbi facta est, ut in *d. dec. D. de Fräch. 118. n. 9. Affb. dec. 3. Gait. vbi sup. nu. 58. & seq. Rouit. vbi sup. n. 5. & de ratione Altimō. in d. ver. in publicā formam n. 45. quod limitat Pute. dec. 415.*

76 *lib. 1. quando præsentaretur copia † & originale non appareret in libro originali, quia in tali casu exemplum non probat, nec fidem facit. Nouar. vbi sup. nu. 7.*

77 Quid si talis obligatio † capitur per actuariū alterius territorij *Molf. ad consue. Neap. in 2. vol. in add. ad q. 10. n. 20. vol. 2. Altim. fo. 52. num. 4.*

78 An vero actuar. † Vassallus prohibeatur capere obligationes pro suo Barone quemadmodum Notarius stipulari instrumenta vide *d. dec. D. de Fräch. 118. quod nō Ricc. collect. 187. Sed contrariū testatur decisū Nouar. lib. 1. qq. Forens. q. 156. nu. 11. quē refert Tlorus in cōpen. dec. reg. 2. p. ver. obligatio penes acta recepta fo. 395. vide eundem in d. 2. p. ver. obligationis penes acta stipulata fo. 398.*

79 Et quid de actuar. † secundarū caufarū, an capiāt has obligationes, & capte habeāt exequutionē sicut illę, quę capiūtur p actuariū primarū caufarū vide *Rouit. super prag. vn. de iuris. inui. non turban. vbi latē. Gait. ubi sup. num. 63.*

80 De discrimine † autem inter obligationes penes acta, & instrumēta dixi in tra. de Notar. ver. obligationes, vide etiam *Capibl. d. prag. 8. p. 1. nu. 118. & 359.*

N. 2. ibi ¶ recipit testes, quib. etiam iuramentum exhibet. ¶

81 Adde *Giurb. conf. 89. nu. 6. Intelligas tu de † mādato Iudicis, actua. n. nō recipit testes si.*

ne mādato Iudicis *Cott. in memo. in uer. Not. Affb. & Vrsill. dec. 315. cū alijs allegatis per Petr. ad dec. Grā. 27. n. 8. de quo etiā idē Petr. ad eundem Gram. dec. 60. n. 32. vbi alios citat vnde cū Iudicis mādato recipiendi testes ab actuario de quo latiss. per *Farin. tra. de testi. q. 77. in cap. 4. fol. 31. vbi habes an, & quā**

82 † testium examen possit per Iudicem actuario cōmitti. Hinc est quod actuarius † iuramentū testiū etiam affuturorū recipere non pōt absq; Iudicis commissione *Crescen. dec. 1. de iur. iur. refert Nouar. collect. 4. super prag. 4. de actuar. nu. 4. & de praxi circa hoc vide nouissimè Gallupp. prax. S. C. p. 2. cap. 23. n. 13 fo. 205. vbi paulo antē dixit, quod examin-*

83 tor † in recipiendis depositionib. testiū non potest aliū substituere, sed proprijs manib. subscribere ex *prag. 16. de off. S. C. & ita seruari testatur, sed hoc † procedit in examine*

84 tore S. C. sed alij actuarij maxime in partib. absq; mādato Iudicis testes recipiunt illis quē iuramentum exhibent etiā per eorum scribas, per quos etiam illorū depositiones scribuntur; nam semper Iudicis mandatum præsumuntur habere, & ita in dies videmus seruari, tam in ciuilibus quam in criminalibus.

85 In criminalibus † autem quomodo testes recipere debent vide *prag. 6. sub tit. de actu. & circa testium receptionem disponit alia*

86 *prag. 8. sub eo. tit. Et quod in criminalibus † debet actuarius integra dicta testium scribere, tam pro, quam cōtra inquisitum Cartar. de exeq. sent. c. 2. n. 26. & 27. Ludou. dec. Lucē. 13. n. 64. Bursa. conf. 346. nu. 4. vol. 4. Petr. ad Gram. dec. 96. n. 3. qui citat prædictos quibus adde Capibl. prag. 3. de Barō. n. 115. per prag. 6. tit. de actuar. quod not. cōtra illos Diabolicos actuarios, & ferē omnes, qui omittendo scribere id quod testes dicunt pro inquisito, dumtaxat in scriptis redigunt, quę contra illum deponunt.*

Et de actuario testes falsos examinante, vide *Petr. ad Gram. decis. 27. nu. 21.*

87 In assumendis † autem informationibus, an actuarius possit cogere testes ad testificandum, quod sic etiam de iur. Canon. probat *Foller. in pract. crim. Cano. fo. 121. num. 134. in fin. Tartagl. pract. crim. M. C. V. c. 6. num. 2. Leonard. in prax. official. cap. 13. num. 24.*

88 Quod intellexit † Tartagl. vbi sup. etiam si testis esset in magistratu per tex. in *l. ob carmen. §. 1. ff. de testi. & etiam si testes semel testimonium prohibuerit, l. fin. C. de testi.*

N. 3. ibi ¶ at Iudex regulariter, & perneceffe sine magistro actorum esse non poreft ergo pars quotitatiua Iudicij est &c. ¶

89 Iudex sine † magistro actorum esse non potest, quia nulla sunt acta ab actuario non scripta *Maran. de iud. p. 6. aet. 10. ver. actum nu. 21. Cornaz. decis. 201. nu. 9. Viui. decis. 48.* etiam si à Iudice conscripta sint *Guazzin. de defen. reor. defenf. 20. cap. 14. nu. 3. Capibl. de Baron. prag. 8. nu. 165. nouissime Giurb. conf. crim. 89. num. 7.* vbi hæc omnia verba Authoris sigillatim recitat faciendo bis mentionem huius decis. sub nu. 6. & 7.

N. 4. ibi ¶ Regina Ioanna enumerat inter officiales. ¶

90 Et merito, quia ea omnia † quæ militant in officialibus militant quoq; in actuarijs vnde sicut officiales debent esse annales, vt in *pragm. 3. de Baro. D. Reg. T app. lib. 2. iur. reg. fo. 107. Anna alleg. 15. Nig. in c. item statum tit. de sindica. nu. 55. fo. 128. De Pont. de potest. proreg. rub. de elect. official. nu. 1. fo. 84. Carabb. sing. 179. Petr. ad Capy. decis. 121. lit. C. præsertim baronales, vt per *pragm. 5. de Baron. quam exornant, Capibl. Leonar. in prax. official. fo. 75. num. 68. idq; tam de iure communi, quam de iure Regni, vt per D. de Franch. decis. 409. l. 1. ff. de fer. Amend. ad d. D. de Franch. decis. num. 6. qui allegat alia iura, Pascal. de vi. pa. pot. cap. 10. nu. 9. fo. 528. Ricc. collect. 317. infra quem annum, an possit ob delictum remoueri, Capibl. d. prag. 5. nu. 55.**

91 Ita actuarij † quoque debent esse annales *Petr. loco cit. Viscon. in add. ad d. D. de Fræch. 409. refert iudicatum in S. C. in anno 1599. in actuario Oliueti refert Nouar. collect. 31. num. 8. Anna sing. 369. ver. officia. Carau. rit. 295. num. 6. quem citat Anna filius ibi addens, licet, vt supra dictum est si actuarius fuit absolutus pro vno anno potest anno sequenti etiam exercere, vt decisum testatur Nouar. loco præcit.*

92 Secundo quia sicuti officiales † non possunt esse in propria patria l. si eadem ff. de offit. assessor. Ricc. coll. 1358. ita & actuarius *D. de Franch. decis. 98. Capibl. de Baron. prag. 3. nu. 142. Petr. add. ad d. decis. Capy. 121. Amend. ad decis. D. de Franch. 403. num. 10. vide Leonard. in prax. off. c. 2. nu. 93. fo. 20. Paris. de find. ver. assessor. T esaur. decis. 268.*

93 Quæ autem fuit ista Regina † Ioanna de qua meminit hic Author. vide *Leonard. in d. prax. c. 9. nu. 52. D. Reg. T app. lib. 2. iur. reg. fo. 119. nu. 7.*

N. 12. ibi ¶ fuit interfectus magister actorum. ¶

94 An interficiens † magistrum actorum gaudeat indultu, quo non gaudent offendentes
95 † & occidentes officiales vide *D. de Fræch. d. decis. 403. Nouar. collect. 1. nu. 30. Mastrill. de indultu c. 36. per tot. Thor. in ver. Indulgentia, Ricc. in addit. ad d. D. de Franch. decis. 403. & 407. & de quibus ministris intelligatur pragm. quando loquitur de indultu non concedendo illis, qui ministros regios offenderunt, & an offensio considerata erit intuitu officij, vel non *Rouit. prag. 5. de abolitio. nu. 26. & seq. & quomodo puniatur occidens officialem, Nouar. collect. 1. nu. ... & quod crimine commisit offendens R. Cõsiliariũ Leonard. d. c. 9. n. 12. vbi n. seq. de inferente alapam officiali de quo per Pascal. in tra. de iur. pa. pot. p. 1. c. 10. nu. 61.**

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Conatus, an puniatur.
 - 2 Ictum scoppietæ emittens si leuauit de focone, & non de canna qua pena puniatur.
 - 3 Animus occidendi in emittente ietum scoppietæ quando presumatur, & 11.
 - 4 Animus occidendi, & animus deliberatus, & dolosus differunt.
 - 5 Sclopi exoneratione ille contra quem fuit exoneratus dicitur offensus etiam non percussus.
 - 6 Sclopium emittens, an gaudeat indultu absq; partis remissione.
 - 7 Delictum proditorij excluditur ab indultu.
 - 6 Sclopi an sint arma proditoria.
 - 9 Sclopi rotatus, an faciat delictum proditorium.
 - 10 Sclopi sunt arma determinata ad offendendum, & occidendum.
 - 12 Ietum scoppietæ emittens ad sui defensionem non incidit in penam prag. sub tit. de iet. scoppi.
 - 13 Ietum scoppietæ emittens in rixa, an puniatur, & quid ad defensionem.
- Officialis si emisit ietum scoppietæ quando puniendus.
- 14 Pragm. de iet. scoppi. quibus concurrentibus habeat locum, & quid existente aliqua causa ob quam mors non fuit sequuta nu. 15.
 - 16 Prag. prædicta nõ comprehendit clericos, sed, an opem dantes, & emittentes sagittas.

H 3 17 Prag.

17 *Pragm. nouiss. recensentur Comitibus de Lemos, & Ducis Offuna contra emittentes ictum scoppietæ.*

AD DECIS. XXV.

E Andem materiam, de qua in ista decisione perbellè more suo tractat *Mastrill.* omnino videndus in facti contingentia in *decis. 155.*

N. 1. ibi ¶ affectum deductum ad actum proximum pro effectu consumato haberi. ¶

1 Quæstio ista, an conatus ¶ puniatur distinctione resoluitur, quod aut quis attentauit, & non fecit quod in se erat, & tunc non punitur pena ordinaria, aut deuentum est ad actum proximum, & fecit quod in se erat, & mors sequuta non fuit, & tunc est locus pene ordinariæ ad *tex. in c. 1. de hom. Baiard. ad Clar. d. adulterium num. 48. Gram. dec. 2. nu. 12. Vrsill. ad Aff. decis. 21. num. 14. Ludo. decis. 80. nu. 3. Tesauro. decis. 243. Tirag. de pen. temp. cas. 37. Mastrill. decis. 293. Foller. in comen. ad pragm. ad restringendum nu. 2. & 49. Muscatell. in prax. delict. in gener. tit. de ictu scoppietæ nu. 23.*

2 Exemplum est in eo qui ¶ emisit ictum scoppietæ, & leuauit de focone, & non de canna nam ignis fecit effectum suum, & percutere volens fecit conatum suum, nec per eum stetit, cum pro parte emittentis nil ultra agendum remanebat, ut deueniret ad effectum, intentione, opere, & affectu, & si non occidit, id fuit iudicio Dei ut per *Mastrill. d. decis. 155. num. 7.* quem sequitur *Nouar. collect. 14. nu. 3.* & hoc casu credo quod loquitur *pragm.* quam adducit Author hic, quæ est prima sub rub. de ictu scoppietæ, incip. ad restringendum dum sancit, quod emittens ictum scoppietæ, vel balistæ ad nocendum, etiam non sequuto effectu penam mortis naturalis incurrit, considerauit, n. *prag.* animum nocendi, & non factum, qui animus fuit ordinatus preparatus, & executus ad casum, ut dicunt *Mastrill. & Nouar. ibi.* Qui ¶ animus quot modis poterit à fisco probari quando ictus scoppietæ fuit emissus *Muscatell. d. prax. delict. in gen. tit. de ictu scoppietæ nu. 11. & 17.* & quando præsumatur animus occidendi, *Foller. ad d. pragm. num. 19. seq. & 45. Mastrill. d. decis. 155. nu. 10. & seq.* & multa reperies apud *Giurb. nouissime in conf. 63. ubi nu. 1.* facit mentionem huius *decis.* qui *nu. 10.* facit differentiam ¶ inter animum occidendi, & animum deliberatum, & dolosum, & *n. 13. & 31.*

5 Et quod ex emissionem ¶ & exoneratione sclopi ad nocendum dicitur ille contra quem est immisus offensus post. *Bar. Castr. & alios tenet Octauia. Vulpel. in conf. 88. nu. 6.* etiam si non sit percussus per *tex. in litem apud labeonem §. 1. ff. de iniur.*

6 Et in tali casu emittentem ¶ sclopi, licet non percutientem non posse gaudere, indultu absque partis remissione tenet *Viscon. in conclus. insip. indultus ver. hinc siquis animo deliberato, licet contrariū teneat D. Consil. Rouit. ad præsens Præses R. C. Summariz in prag. 5. de abolitio.* Et quia delictum ¶ proditorium excluditur ab indultu, ut per *D. de Franch. dec. 713.* idem quæro, an sclopi ¶ sint arma. proditoria, vide *Foller. ubi sup. num. 7. & seq.* & an sclopus rotatus ex se faciat delictum proditorium idem *D. de Franch. d. decis. 713. num. 11. & 21. ubi dixi nu. 7. Ricc. collect. 1363.* adest *R. Pragm. 12. sub tit. de arm.* qua cautum est, ut delinquentes cum talibus armis reputentur proditores, sed ¶ sclopi ¶ sint arma determinata ad offendendum, & occidendum *Foller. ubi sup.* & ex huiusmodi armorum ¶ genere animus occidendi præsumitur *Giurb. d. conf. 63. nu. 22.* 12 quod intelligas quando quis ¶ emisit deliberatè ad nocendum, secus si ad se defendendum, quia tali casu non incidit in penam *pragmat. Giurb. d. conf. 63. num. 17. & 33.* & antè eum *Caball. resol. crim. cas. 88. D. Consil. Rouit. d. pragm. ad restringendum nu. . Nouar. d. collect. 14. nu. 4. Pascal. de uir. pat. pot. post part. 4. c. 10. & in addit. ad par. 3. c. 6. nu. 1. in fin. oper. nu. 16 fo. 535. Mastrill. d. decis. 155.* 13 in fin. ubi quod pena ¶ non procedit in ictu scoppietæ emissio in rixa. *Burg. de mod. proceden. ex aprug. q. 27. nu. 180. Giurb. d. conf. 63. num. 33.* Et non mirum, quia etiam emittens ictum scoppietæ ad defensionem non incidit in *prag.* quia idem est si quis se defendit cum armis prohibitis, ut non incidit in penam à *prag.* inflictam contra asportantes arma, prohibita *Caball. resol. 62. Ricc. decis. 48. p. 1. Nouar. coll. 24. ad prag. 8. de arm. n. 3.* Et quid si fuerit de ictu scoppietæ inquisitus officialis, an expectandus exitus sindicatus, quod sic *Tbor. in 2. p. comp. ver. officialis inquisitus fo. 404.*

N. 10. ibi ¶ censuit *prag.* prædictam esse rigidam, & quod non vendicet sibi locum, nisi duobus concurrentibus. ¶ 14 De illis duobus requisitis ¶ latè *Mastrill. d. decis. 155. & Foller. ad d. pragm. ubi multa.* ad materiam, & apud *Giurb. prax. conf. 63.* & quod consimilis ordinatio est in Regno Lusitaniz *Gama decis. 179.*

N. 12.

N. 12. ibi ¶ non esse locum rigorosæ dispositioni d. pragmaticæ. ¶

Idem testatur *Mastrill. d. decis. 155.* quod
15 concurrente † aliqua causa vbi mors non
interuenit, vel vulnus, fuit recessum à pœna
d. pragm. consulto tamen Prorege, cum iu-
dex non possit pœnas minorare, *Muscattell.*
vbi sup. nu. 24. Foller. vbi sup. nu. 62. vide
1 *Thor. in 2. p. compen. ver. pœna.*

16 Et an d. pragm. comprehendat Clericos,
quod non *Ricc. coll. dec. 592.* & an opem dan-
tes, & emittentes sagittas, *Trois. rit. 276.*
Muscattell. vbi sup. Foller. vbi sup. nu. 63. &
68. vbi quid in emittente sagittas cum arcu.

Sed præter d. pragm. ad restringendum
17 habemus † alias nouellas pragm. alteram
Com. de I.emos alteram Ducis Ossunæ sub
tit. de i. scopp. contra emittentes ictum
scoppictæ, vt possint foriudicari infr. dies
quindecim, quæ pragm. fuit emanata de an-
no 1616.

Quæ quando, & contra quos sibi locum
vendicent consulas *Thor. in 2. p. compen.*
ver. prag. de i. scopp. & in ea. 2. p. in ver. con-
uictus fo. 108. vbi nonnullæ reperies ad ma-
teriam huius decis.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Cæcus non potest delinquere, sed non potest
semper à delicto excusari, & à quibus ex-
cusetur.
- 2 Surdus, & mutus quando possunt delinquere.
- 3 Mutus, & surdus non æquiparantur infan-
ti, & quando possint esse in iudicio num. 4.
& quid de cæco nu. 5.
- 6 Mutus, & surdus imprudentes, & imbecil-
les à iure iudicantur.
- 7 Cæcus impotens redditur ad munera Eccle-
siastica.
- 8 Surdus, & mutus prædictam personam age-
re non possunt, nec esse arbitri, nec Iudices.
- 9 Cæcus an possit esse Papa.
- 10 Cæcus potest iurisd. & magistratum iam
adeptum retinere, & ad alii non aspirare.
- 11 Cæcus an possit Baroniam, & feudum reti-
nere paternum, & in ijs in iurisdictione sua
sedere.
- 12 Cæcus an possit esse curator.
- 13 Cæcus an possit testari.

DVm in prin. huius decis. dicit Au-
thor, quod cæcus † non potest
delinquere, aduerte quod non
semper cæcus est à delicto exem-
ptus quandoq; n. cæcus potest delinquere
hinc dicit *Bal. in l. 1. §. col. ver. idem si cæcus*
mandat C. de ser. fug. quod si cæcus mandauit
fieri falsam scripturam, teneatur de manda-
to, & excusari teneo ab illis delictis, in qui-
bus requiritur præcipue sensus visus ad illa
perpetranda, & consumanda. Et quando sur-
2 *dus † & mutus possint delinquere vide post*
Bellug. Rouit. prag. 8. de extract. animal. n. 26.

N. 1. ibi ¶ siquidem cæcus, mutus, &
surdus sunt æquiparati, & mutus æqui-
paratur infanti. ¶

3 Contrarium, quod mutus † & surdus non
æquiparantur infanti, *Vant. in tra. de nullit.*
in loco inf. allegando nu. 25. & 26. sed absen-
ti, & mortuo *I. suberius C. de testam. probat*
Farin. tra. de testi. q. 61. n. 38. & quando mu-
4 *tus † & surdus possint esse in iudicio, Vant.*
de nullit. ex defect. inhabil. num. 6. fo. 148. &
5 *quid in cæco vide eundem Vant. ibi nu. 27.*
fo. 152.

N. 2. ibi ¶ quia non possunt esse pru-
dentes. ¶

6 Mutus, † & surdus non modo impruden-
tes, verum etiam imbecilles à iure iudican-
tur *I. discretis C. qui testam. fa. poss. cum alijs*
cumulatis per Farin. de testi. q. 61. num. 37.
fo. 106.

N. 4. ibi ¶ Cæci vtriusq; oculi luce
carentes excusationem merentur à mu-
neribus publicis, & personalibus.

7 Adde etiam quod cæcus † impotens reddi-
tur ad munera Ecclesiastica *c. aposto. dist. 76.*
c. hinc etenim §. cæcus distin. 49. Maiol. de irre-
gularita. c. 20. in prin. qui §. 25. idem dicit de
8 *surdo † & muto quod publicam personam*
agere non possunt, nec esse arbitri, nec pro-
curatores, Vant. de nullit. ex defect. inhabil.
seu mandat. comparen. n. 25 fo. 151. Speculat.
tit. de arbit. §. potest nu. 3. 10. Bap. de san. blas.
tra. de arbi. q. 14.

9 Sed an cæcus † possit esse Papa *Maiol. d.*
c. 20. nu. 3. & ibi quid de Surdo n. 4. & quod
10 *possit † cæcus iurisdictionem, & magistra-*
tum iam adeptum retinere, & ad alias aspi-
rare non posse, Vant. in tra. de nullit. ex de-
fect. iurisd. deleg. n. 42. fo. 132. vbi num. 43. an
11 *possit baroniam † & feudum paternum re-*
tinere, & in ijs succedere in iurisdictione de
quo

quo vide tex. in *l. cæcus ubi Bar. ff. de iud.*

- 12 Verum quod cæcus † in totum non possit esse curator est tex in *l. luminibus C. qui tuto. & poss. secus est monoculus l. monoculus C. de adm. tuto.* quo textu cæcus vno oculo tantum non excusatur à tutela, sed cæcus in totum non potest esse tutor *l. i. §. i. ff. de tute.* dixi cæcus in totum, quia cæcus, qui parum videt non dicitur cæcus *Bal. in tra. de schisma. in fin. §. it. Surdus in fin. quibus non est perm. facer. testam.* Sed an cæcus possit esse testis *Farin. ubi sup. & esse in iudicio. V. at. d. tit. de null. ex defect. in habil. seu mad. compar. nu. 27.*

- 13 Et an possit testari vide *Bertach in ver. cæcus fa. 274. & §. cæcus in fin. quib. non ut perm. facer. testam.* & nota quod in huius sollemnitate testamenti necessario debet præcedere hæredis institutio aliter, si secus fiat inualidatur, quod non est in alijs; ita tenet *Cyn. in l. hac consultissima ff. de testam. Bartho lome. C. pol. cautel. 50.*

Et dum hic dicitur, quod excusatur à muneribus personalibus, quid de onerib. personalibus, & an cogatur soluere collectas quod non *Bar. in l. i. C. qui morb. lib. 10. Rom. sing. ver. cæcus ver. quæro, sed nunquid & c. licere, & ibi Abb. de censib.*

expedita prouisiones rer. Reg. Coll. Conf. directas S. C. quæ recensentur.

- 13 *Examinatorium S. C. apud quos materia tractetur, qui debeant eligi, de eorum salario, de modo recipiendi testes, an possint alium subdelegare si debeant eorum manu depositiones scribere.*
- 14 *Examinatores S. C. an debeant permittere, quod testes se referant ad aliud examen.*
- 15 *Examinatores S. C. possunt suspecti allegari.*
- 16 *Testes an possint peti examinari in S. C. coram Magnifico causæ Commiss.*
- 17 *Audientia testium in causa criminali non committitur, & nu. 20. & quid quando testes sunt extra regnum nu. 21.*
- 18 *Audientia testium an committatur in causis criminalibus, quæ agitantur per remedium appellationis.*
- 19 *Audientia testium in criminalibus quando concedenda, vel deneganda.*
- 22 *Causæ criminales, quæ dicantur.*
- 23 *Audientia testium in feudalibus, an committatur.*
- 24 *Causæ feudales quæ.*
- 25 *Causa ardua, an sit committenda, vel Iudex iubeat ad se venire.*
- 26 *Causa magna quæ, & quæ modica.*

Ioſeph Mele.

AD DECIS. XXVII.



SVMMARIVM.

- 1 *Audientia testium committitur in causa repulse quid quando testes sunt in diuersis prouintys 2.*
- 3 *Audientia testium committitur in ciuilibus officialibus locorum partibus non suspectis etiam afluarijs.*
- 4 *Audientia testium alicui commissa, an poterit alium substituere.*
- 5 *Audientiam testium, an poterit officialis vnius iurisdictionis alteri officiali committere.*
- 6 *Audientia testium commissa capitaneo, an possit explicari per eius locum tenentem.*
- 7 *Audientia testium, an committatur indistincte in omnibus causis siue arduæ, siue non, & quando committatur nu. 8. & 10.*
- 9 *Audientia testium, an committatur in causis suspicionum official. nu. 9. & in causis benefitialibus.*
- 11 *Examinatoribus S. C. committitur receptio testium, siue in Curia, siue extra recipiatur.*
- 12 *Examinatorum Sac. Conf. ad instan. fuerunt*

- H** Vius decif. meminit *D. Reg. Tapp. lib. 2. Iur. Reg. super prag. Ducis Alcala nu. 3. fo. 71.* In qua dum concluditur, quod in causa † repulse committitur audientia testium, & ita seruari ait Author noster, antè eum id dixit *Vrsill. ad Affl. decif. 351. num. 3.* Cuius miror quod non meminit, prout de eo idem refert *D. Confil. Rouit. meminit in prag. 11. de ord. iud. n. 19. & post eum Thor. in comp. ver. Audientia testium, an sit committenda, in causa repulse, & D. Reg. Tapp. super rit. 149. fo. 152. Gallup. in prax. S. C. p. 2. c. 22. nu. 7. fo. 200.* qui non meminit de *Rouit.* qui limitat prædicta nisi tractaretur de examinandis duobus testibus tantum, quo casu committenda esset audientia testium in partibus officialibus, & quid quando testes sunt in diuersis prouintijs *Thor. in ver. Audientia testium.*
- 3 Regulariter autem audientia † testium in ciuilibus à Tribunalibus superiorib. committitur in partibus officialibus ordinarijs locorum non suspectis not. in *l. Iudices C. de fid. instr. & habetur. In Confil. Reg. in pecuniarijs D. Confil. Rouit. prag. 7. de ord. iud. nu. 31. Vestr. in prax. lib. 6. c. ult. & ibi Additio. nator. D. Reg. Tapp. lib. 1. Iur. reg. sub tit. de testi.*

testi. *Farin. de testi. q. 77. fo. 302.* quandoq; cō-
 9 mictitur t̄ actuarijs, vt per *Carau. rit. 155.*
Rouit. prag. 9. de ord. iud. nu. 11. in prin. dum-
 modo non sint partib. suspecti *Gallup. prax.*
recen. S. C. p. 2. c. 23. nu. 4. fo. 299. & an ij quib.
 committitur possint alios substituere, *Mu-*
scatell. vbi sup. glo. suspectorum p. 3. n. 44. *Rouit.*
 5 *d. prag. 9. nu. 11.* & an officialis t̄ vnus iuris-
 dictionis possit alteri committere, quod sic
 per *D. Reg. Tapp. vbi sup. n. 2.* vbi multos al-
 legat quibus adde *Barz. decis. Bono. 88.*

6 Et an audientia t̄ commissā Capiteano
 possit explicari per eius locum tenentem
Muscata. vbi sup. nu. 46. Et an in vniuersis cau-
 7 sis t̄ indistinctē committatur audientia tes-
 tium nulla facta distinctione si sint ardui,
 vel minimi *Muscata. d. glo. suspectorum n.*
 10 *D. Reg. Tapp. vbi sup. nu. 1.* quem etiam
 vide in *Constit. in pecuniarijs Gallup. vbi*
sup. nouissimē Thor. 2. p. Compend. ver. nomi-
natio testium.

8 Et an, & quando audientia t̄ testium cō-
 mittatur vide *Petr. ad Cappy. decis. 90. lit. C.*
Grimal. in add. ad prax. Tartagl. c. 4. vers. an-
tiquitas. Carau. rit. 146. nu. 4. fo. 299. & an
 9 audientia t̄ testium committatur in causis
 suspicionum officialium *Rouit. in prag. 9. n. 5.*
de susp. official. & in d. prag. 7. de ord. iud. ad
quem se remittit Gallup. vbi sup. In multis
 10 autem casibus t̄ audientia testium etiam
 in civilibus non committitur de quibus *Fa-*
rin. d. q. 77. c. 1. per tot. fo. 302. *Muscata. vbi*
sup. Carauit. rit. 158. nu. 2. & seq. qui materiā
 explicat *rit. 83. 87. 141. 142. 156. & 158.* ad
 quem se remittit *D. Regens Tapp. in d. Con-*
stit. in pecuniarijs n. 3. fo. 142. *Rice. coll. 1607.*
 1721. 1586. *Menoch. de arb. saf. 250. d. nu. 10.*
 Et an in causis iurispatronatus idē *coll. 1576*

N. 5. ibi ¶ alicui ex examinatori-
 bus S. C. ¶

11 Istis examinatribus t̄ committitur recep-
 tio testium siuē in Cur. siuē extra recipian-
 tur *D. Reg. Tapp. in d. Constit. in pecuniarijs n.*
 12 4. & ad eorum instantiam t̄ nouissimē fuisse
 expeditas prouisiones per *Coll. Conf. dire-*
 ctas S. C. per quas prohibentur R. Consilia-
 rijs, & Præfidis S. C. commissiones testium
 recipiendorum ordinarijs locorum, vt testa-
 tur *D. Reg. Tapp. vbi sup. nu. 1. fo. 171.* Et de
 13 materia istorum t̄ examinerum vide latē
D. Rouit. ad dist. prag. 9. de ord. iud. & qui de-
 beant eligi, & de eorum salario, & modo re-
 ciipiendi testes, & an possint alium subdele-
 gare, & si debent eorum manu testium de-
 positiones scribere vide *Gallup. p. 2. c. 23. nu.*
 12. & *seq. dixi sup. ad decis. 24. nu. .* & an
 14 debeant t̄ permittere, quod testes se refe-

rant ad alterum examen *Rouit. d. prag. 9. nu.*
 21. *Nouar. ibi nu. 3. collect. 181.* & circa suspi-
 15 ciones t̄ examinerum vide decisiones col-
 lectas per *Nouar. loco præcit.*

16 Et an in S. C. possit peti t̄ testes examina-
 torum Magn. causæ commissario, & cuius
 expen. *D. Reg. Tapp. d. constit. in pecuniarijs*
post. nu. 5.

N. 7. ibi ¶ in receptione testium
 etiam in causā criminali potest Iudex
 ex causā delegare receptionē testiū. ¶

17 Sed quod in causā criminali audientia t̄ te-
 stium non committatur est tex. *cum Aub.*
ibi posita in d. l. Iudices, quam exornat *Rice.*
coll. 228. & D. Reg. Tapp. in d. Constit. in pecu-
niarijs in prin. lib. iur. reg. fo. 143. qui dicit
 18 quod in criminalibus t̄ causis, quæ coram
 R. Consiliarijs agitantur per remedium ap-
 pellationis non per examinatores S. C. sed
 per scribas fiscales, aut officiales locorū exa-
 minatur *lib. 3. iur. reg. fo. 148.* & de audientia
 19 t̄ testium concedenda per aliquod Tribu-
 nal, vel deneganda in criminalibus latē *Fa-*
rin. d. q. 77. c. 2. fo. 305. regulariter tamen an
 20 dientia t̄ testium in criminalibus non con-
 ceditur, sed testes acceruntur ad locum in-
 ditij infra terminum nominationi præscrip-
 tum nisi quando testes essent valetudinarij,
 aut aliter iustē impediri quo casu transmi-
 ttitur Commissarius Doctor ad illorum di-
 cta recipiendum, vt per *D. Constit. Rouit. loco*
cit. Nig. in c. Reg. incip. quia de Vicarijs num.
 16. *Carau. d. rit. 155. Foller. in frag. post prax.*
crim. num. 95. & 100. fo. 376. *Muscata. vbi sup.*
 21 & quid quando testes t̄ sunt extra Regnum
 idem *Foller. in prax. crimin. ver. idetur copia*
capitulorum in rub. facta litis contestatione
 22 *nu. 7. fo. 248.* & quæ dicantur t̄ causæ crimi-
 nales explicat *pragm. 11. sub rub. de iurisd.*
non turb.

23 Et quod neq; in feudalibus t̄ audientia
 testium committatur *Gallup. vbi sup. nu. 6.*
 de quo vide *Muscata. prax. S. C. d. p. 5. glo.*
suspectorum nu. 13. Thor. vbi sup. & quæ sint
 sint causæ feudales explicat *Milanef. dec. Si-*
 24 *sil. 6.* & quid si causa fuerit ardua t̄ an sic
 committenda, vel Iudex iubeat ad se venire
 testes *Muscata. vbi sup. num. 11.* & quæ sic
 causa magna, vel modica *DD. in l. admonen-*
di sup. glo. magna ff. de iur. iuran. Thor. in d.
2. p. compen. ver. Nominatio testium fo. 382.

Joseph Mele.

SV M.



SVMMARIVM.

- 1 Camillus de Curte oppugnavit decis. S.C.
- 2 Feudatarius, an possit de feudo testari absq; assensu.
- 3 Successor in feudo debet habere duo requisita.
- 4 In feudo hereditario successor, ut heres vocatur.
- 5 Constit. an sint Ius commune in Regno.
- 6 Heres verbum, quod importet.
- 7 Heredum appellatione, qui veniant, an particulares, & quid quando additur verbum successoribus, & quid quando adijcitur verbum in perpetuum, & quid important verba heredes, & successores.
- 8 Tenor inuestiturę inspiciendus.
- 9 Iacobi de beluisio doctrina hic cit. intellecta in feudo ex pacto, & providentia, & asseritur decis.
- 10 Hares feudi hereditarij si inuentarium confecit non ei prodest, & quid in feudo ex pacto, & providentia.
- 11 Feuda omnia in Regno sunt hereditaria.
- 12 Successor in feudo hereditario non modo tenetur ad solutionem onerũ, & debitorum sed legatorum unde potest cogi vendere feudum, & si renuit carcerari.
- 13 Feuda hereditaria si perveniunt contra, siue præter voluntatem testatoris pro legatis, & debitis, veniunt feuda in estimatione. Intel lige, ut nu. 14.
- 14 Feudum quando dicatur hereditarium, & quando ex pacto.
- 15 Fundator iur. pa. in limine fundationis potest mutare.
- 16 Patronus, an possit mutare voluntatem fundatoris iur. pa.

AD DECIS. XXVIII.

Non nominat Author illum, qui se opposuit decis. S.C. sed fuit † Camillus de Curt. in diuers. iur. feud. in cap. multoties nu. 60. & seq. fo. 49. Cuius oppositiones, si libet, poteris in fonte videre, qui sequitur Ann. alleg. 126. nu. 14. & seq. sed contra d. D. de Curt. & Consil. de Georgio inf. cit. tenet D. de Pont. in tra. de pot. proreg. fo. 279. & 280. quem citat Viscon. in addit. ad decis. 1. D. de Franch.

Et in articulo huius decis. vide D. Consil. de Georg. alleg. 19. & 20. quę allegationes fuerunt per ipsum factę in hac eadem causa pro Fabio Galeota contra Ascanium Comũ ut ibi per eum Viscon. in concl. incip. feudi hereditarij in fin. fo. 85.

In prin. ibi ¶ præter, vel contra voluntatem. ¶

Adde Viscon. in concl. incip. Vassallus in eius testamento fo. 281.

Ibid. ibi ¶ sed quia testamentum caruit assensu. ¶

- 2 An feudatarius † possit de feudo testari absq; assensu distingue, ut per Viscon. in concl. incip. feudatarius, an possit fo. 83. Et quid si fuit concessum, ut possit testari reservato assensu, Io. Dom. de Anna in respons. post alleg. Io. Vin. Ann. nu. 32.

N. 4. ibi ¶ quod sit de sanguine. ¶

- 3 De istis duobus † requisitis, quod succedens in feudo hereditario debet esse hæres sanguinis, & hæres progenitoris vide Amen. ad decis. D. de Franch. 1. nu. 51. & 52. vbi quod † in feudo hereditario successor, ut hæres vocatur Io. Dom. de Anna in sup. cit. respõs. n. 89.

N. 10. ibi ¶ quæ constitutio & c. ¶

- 5 An constit. † sint ius commune in Regno vide Campag. in prelud. ad cap. Reg. Affl. in proem. d. Constit. Gram. decis. 2. D. de Franch. decis. 102. Affl. decis. 404. Nouar. in prelud. collect. ad prag. nu. 4.

N. 19. ibi ¶ tamen verbum illud heredis. ¶

- 6 Hoc verbum † (heredes) q; id importet,
- 7 & quod appellatione † heredum veniunt vniuersales non autem particulares, etiam si addatur verbũ successores, quia verb. heredes veniunt heredes de iure ciuili, & ver. successores de iure prætorio Pereg. de fideicom. art. 32. nu. 84. Preses de Ama. conf. 18. n. 7. & conf. 74. num. 48. Ias. in l. quędam §. nihil interest ff. de eden. & ante eũ Imo. in d. l. quędam §. nihil interest. Caldas peiera in tra. de nominat. emph. lib. 2. q. 24. nu. 3. & seq. Verum quod contineatur etiam particulares. Alex. conf. 192. vol. . . Det. conf. 185. & alij quos adducit Bonauogl. in add. ad Ias. in d. §. nihil interest, quibus adde omnino, Pinell. in l. 2. in fin. C. de bon. mater. qui impugnatur d. opin. Imo. in d. §. nihil interest, & distinguendo docet quando, & in quibus casibus appellatione heredis non veniat particularis. Sed quid important ista verba (hered. & succel.) & an comprehendant successores particulares, & quid quando adijcitur verbum quibuscunq; nouissimę Theodor. alleg. 30. nu. 18. & 19. & quid quando sumus in bonis non transitorijs ad eorundem bonorum incapaces idem alleg. 50. num. 46. & 48. & quos com-

comprehendant illa verba quando adiicitur dictio in perpetuum *idem alleg. 4. nu. 13. & seq.*

N. 35. ibi ¶ Hinc formas investiture inspiciendas. ¶

- 8 Quod investitura ¶ eius tenor sint inspiciendi *Viscon. latè conclus. incip. investitura post multos per eum adductos quos non recensco quibus adde Neuiz. cons. 10. nu. 1. & inf. decis. seq. nu. 35.*

N. 36. ibi ¶ nec autoritas, & doctrina Iacob. de Beluifio. ¶

- 9 Quod hæc doctrina ¶ Iacobi de beluis. Fuit recepta, & intellecta in iudicijs in feudo ex pacto, & providentia non autem hereditario ultra *alleg. hic vide D. de Franch. decis. 1. & decis. 704. num. 2. vbi testatur ita fuisse conclusum in Regio Collater. Conf. coram duobus Regētibz, & Ferrante Fornario Locūtenente R. Cam. Sum. & habitum pro indubitato, sed vide D. de pōt. de pot. prorog. in tit. de assen. sup. dot. 9. 1 nu. 23. fo. 263. & Ann. alleg. 96. & ibi filium adden. lit. B.*

N. 38. ibi ¶ at filius non potest habere feudum nisi sit hæres patris, & consequenter tenetur agnoscere debita, & onera saluo beneficio inuentarij. ¶

- 10 Hæres ¶ feudi hereditarij si inuentarium confecit non ei prodest *Io. Domin. de Ann. d. respons. nu. 25. ex multis probat Viscon. in concl. incip. feudi hereditarij, vbi quid in feudo ex pacto, & providentia. Anna cons. 5. per tot. vbi quod inuentarium non iuuat in feudo ex pacto nouo per tot. ibi etiā quod feudum ex pacto nouum non differat ab hereditario ex decis. D. de Franch. 364. n. 4. & alijs*
 ¶ 1 probat, & quod in Regno omnia feuda ¶ sint hereditaria ex communi forma investiturarum, & sic præsumuntur *D. de Franch. decis. 6. nu. 3. & 9. Consil. de Georg. d. alleg. 19. in fin. D. de ponte de feud. lect. 20. nu. 19. & si nu. 20. & 21. teneat contrarium, Camerar. in c. 1. an agna. nu. 146. Et non modo succedens ¶ in feudo hereditario tenetur ad debita, & onera, verum etiam ad solutionem omnium legatorum pro concurrenti valore feudi. Vnde potest cogi vendere feudum, & si renuit potest carcerari, vt per D. de Franch. d. decis. 704. D. de pont. lect. de feud. 11 nu. 58. Tbor. in compend. decis. in ver. Feudum fo. 139. & 207. refert Viscon. in add. ad d. D. de Franch. decis. 1. ver. in eadem decis. nu. 24. et in suis concl. in concl. que incip. exequutio sen-*

tentia, & in alia que incip. feudi hereditarij & dixi ad d. D. de Franch. decis. 704. in prin. vbi ad id adduxi *Gallupp. in prax. 5. C. p. 3. c. 3. fo. 247. num. 15. vbi dicit quod etiam si feuda ¶ hereditaria peruenissent contra, sine præter voluntatem testatoris, quod pro legatis debitis veniunt feuda in ultimatione, & dicit fuisse decifum in S. C. in causa Iulian Pifcellæ cum Fabio Galeota referente R. Consiliario de Haro. actua. io de Felice, in-*
 14 tellige secundum ipsum quando feudum ¶ peruenisset ad hæredem vti hæredem, secus si peruenisset vni ex hæredibus non vigore institutionis, sed iure successiuo feudorum, quia ad nihilum tenebitur ex *Anna alleg. 96. nu. 3. & 126. vt ibi per eum, & vide D. Consiliar. de Georg. alleg. 19. vbi quando dicatur feudum hereditarium, & quando ex pacto, & providentia, de quo per Mysing. cent. 4. obser. 2. & per D. de Franch. dec. 387. Affi. decis. 240.*

N. 47. ibi ¶ quare solus Rex potest mutare, & alterare formam. ¶

- Adde omninò tradita per *D. Rowit. cōf. 79. num. 11. & seq. lib. 1. & idem, quod hic, dic in*
 15 fundatore ¶ beneficij in limine tamen fundacionis per ea, quæ dicam *inf. in seq. allegat.*
 16 Sed an patronus, qui non sit fundator pos sit mutare formam a fundatore iuris patronatus factam, habui in facto in causa D. Antoniz Labini, cum D. Lucretia Labini. Et pro Domina Antonia ego scripsi seq. allegationes.

IN anno 1397. Henricus de Labinis instituit quodam ius patronatus sub titulo S. Io. Euangelistæ, & disposuit, & in eo haberent ius præsentandi Henricus eius Nepos, & deinceps hæredes descendentes ex dicto Henrico.

Cumq; in anno 1543. per multas manus dictum ius patronatus peruenisset ad Franciscum Antonium de Labinis, in suo ultimo, cum quo obijt testamēto, alterauit ipse dispositionem primi fundatoris circa successionem in dicto iure patron. & disposuit, vt in eo succederet Sanctorus eius filius, eiusq; filij primogeniti masculi, & deficiente linea masculina, voluit, vt succederent filia femina eodem modo, prout disposuerit ultimus de linea masculina, & hæc eius dispositio caret assensu Episcopi, licet post eius mortem consensu Vicarij Generalis fuit Vallata.

Mortuus fuit Sanctorus relicto sibi hærede vniuersali Cefare eius filio, qui similiter cum moreretur instituit sibi hæredes Io. Mariam eius filium secundogenitum, & D. Antoniam

toniam de Labiniis eius Nepotem ex Io. Do nato filio primogenito, statuitq; vt in d.iu repatronatus succederet dictus Io. Maria eiusq; filij masculi primogeniti, quibus deficientibus succederent etiam feminae, & deficiente in totum linea masculina, & femina succederet dicta D. Antonia, quae postmodum renunciauit, & cessit dicto Io. Mariae eius patruo hereditatem dicti Caesaris eius Aui reseruatis sibi iurib. competenti bus in dicto iurepatronat.

Nouissimè fuit ab hac luce substractus di ctus Io. Maria, qui carens filijs masculis Do minam Lucretiam eius filiam ad dictum ius patr. vocauit. Vnde super ius praesentandi contendunt dictae Dominae Lucretia, & An tonia videndum quid iuris?

Praesens consultatio ad duos articulos principaliter reducitur. Primus est an di cti Franciscus Antonius, & Caesar potuerint dictum ius patr. quod à primo fundatore fuit erectum liberum, vt ad heredes etiam extra neos transiret; restringere, & in eo conditio nem apponere, vt ius praesentandi spectaret ad Sanctorum eius filium, & descendentes, & primogenitos masculos. Secundus est ar ticulus, an dicta D. Antonia, quae hereditatē Auitam cessit, & renunciauit dicto Io. Ma riae, reseruatis tamen sibi iuribus competen tibus super dicto iurepatr. per dictam Renū ciationem sibi praedudicauerit non obstante reseruatiōe praedicta.

Quod attinet ad primum negatiuè respō dendum arbitror non potuisse supradictos Franciscum Antonium, & Caesarem in dicto beneficio eiusmodi conditiones apponere, & illius naturam, quam ab instanti suae nati uitatis fuit adeptū, vt transiret ad quoscūq; heredes etiam extraneos, immutare, illud restringendo ad primogenitos, quicquid. n. contra illius naturam apponitur contra ius esse dicitur, not. in c. 1. de iurepatr. Clem. plu res eod. tit. & in c. significauit de testib. Abb. in c. cum seculum de iurepatr. glos. in l. si opera rum ff. de oper. lib. glos. & Archid. in c. confide randum 16. quest. 7. glos. et Card. in Clem. fin. de iurepatr. Bald. in c. si decenti, qui feud. dar. poss. Lambert. in tractat. de iurepatr. 4. art. 2. q. prin. 2. p. 1. lib. Viu. Comm. opin. 606. in fin. & ideo naturam illius nemini licet praeuer tere, vel immutare, nisi tantum in limine fun dationis, secundum doctrinam Bal. in l. 2. in princ. C. de in ius vocan. glos. in c. si quidem 10. q. 1. e. 1. de condit. apposit. c. si quis Laicus 16. q. 1. c. insinuante qui Cler. vel Vouent. Fran. Marc. decis. 476. nu. 6. Pasol. dubit. 18. incip. quartum dubium, & fuit decisum in vna Toleta. Cappellan. de Barazas 15. Fe-

bruarij 1591. coram Card. Pamphilio, & in ea 3. Martij 1598. & 4. Iunij 1590. coram Il lustriss. Mantica, vt per Garz. de benefic. p. 2. c. 5. nu. 222. & 223. & 224. & fuit resolutum in vna Faen. beneficij 20. Nouembris 1613. 3. Iunij 1614. coram Buratto Verall. decis. 290. 2. p. nu. final. idq; cum expresso consensu Episcopi Lambert. in 4. art. 2. q. princ. 1. p. lib. 1. nu. 13. per tex. in c. cum dilecti de donat. imò post perfectum actum foundationis, nec etiā operaretur consensus Episcopi secundum Imol. in c. cum dilectus in 19. col. versic. item aduerte de iurepatr. Hostiens. in c. ea quae de stat. Regul. Io. Andr. & Dominic. in c. ex eo. S. fin. de Elect. in 6. Innoc. in c. Lateranensi de Præbend. tex. in c. nobis. & ibi omnes de iure patr. c. Eleuterius 13. q. 12. & alij, quos alle gat Lambert. in 9. princ. quest. 1. p. lib. 1. num. 90. vbi subdit, adeò conditiones, quae contra ius sunt in limine foundationis esse apponen das, quod non sufficiat illas apponi per ip summet fundatorem tempore traditionis bonorum, naturalia n. sunt immutabilia vulgat §. naturalia insit. de iur. natur. gent. & ciu. & ait Bald. in rubr. Feudor. in §. quar ta diuisio nu. 46. quod natura nihil aliud est nisi qualitas innata à principio generatio nis, quae semper inest, ideo immutabilis est l. Senatoris filius ff. de Senator. l. filius §. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. assumptio in princ. ff. ad municipal. non obstante quolibet acci denti ex causa superueniente. Luc. de Penna in c. Regni cura nobis, quem refert, & sequi tur Afflicti. in constit. eos, qui scienter in. 2. q. qui allegat l. non putauit §. si quis Emanci patum ff. de bonor. possess. contra tab. D. de Franch. dec. 162. ad quod vide Massobr. post hæc scripta visum in tractat. de concursu ad Parochial. p. 7. dub. 9. sic etiam dicimus natu ram feudi esse immutabilem iuxta not. per Bald. in vrb. Feudor. in rubrica quid sit inue stitura §. præterea. Hinc communiter con cludunt Feudistæ, quod post declaratam na turam feudi à Rege non potest Vassallus il lius naturam mutare, imò nec ipse Rex, vt optimè concludit D. Consil. Gizzarell. decis. 28. & quod validum sit argumentum de feu do ad beneficium, & è contra notatur in c. 1. de Vassall. decrep. atat. & in c. 1. §. huius au tem generis. Ex quib. caus. feud. amitt. & in c. 1. Quae sit caus. benef. amitt. per totum Card. in clem. 2. de Penit. in 1. quasi. Io. Vincent. de Anna in repetit. d. c. 1. de Vassall. decrep. eta. nu. 34. cum sequenti Hisern. in c. 1. §. quicun que de Pac. tenen. col. 1. & hoc quia feudum etiam beneficium appellatur Camil. de Curt. in diuers. iur. feud. c. in hoc igitur nu. 31.

Et quod conditiones appositæ per dict. Franci-

Franciscum Antonium, & Cęsarem sint cōtra primæuam naturam, & originem ipsius iuspatr. post longum Tęporis spatium 300. decursum a die fudationis patet ex actis, & Bullis antiquis, ex quib. constat hoc iuspatr. ab initio suę natiuitatis processisse liberum cum vniuersitate bonorū in quoscunq; hæredes, & cum libera facultate pręsentādi quemcunq; extraneum, quod etiam per verba enunciatiua probare sufficeret, vt per *Grauin. in suo tractat. de ver. enum. lib. 2. q. 1. nu. 95.*

Et quod hæc specialis, & expressa natura, & origo huius iuspatron. sit ad eō iuri communi consentanea, quod quidquid contra eam fuit appositum, contra ius esse dicitur patet ex adductis, & allegatis, ergo consequenter dicendum est, quod illę qualitates adiectę per supradict. Franciscum Antoniū, & Cęsarem cum sint contra originalem naturam ipsius iuspatr. sunt contra ius cōmune, id eōq; non potuerūt apponi, & habētur pro non apposis. *d. c. dilecti de donat. & fuit dictum in vna Cassanen. beneficij 29. Aprilis 1540. & Floren. iuspatr. 10. Martij 1603. & 11. Feb. 1604. corā Illustriss. Lancellotto.*

Ad idem fortius adduco, quę dicit *Romā. cons. 368.* quod intantum seruanda est naturā ipsius iuspatron. quę abhorret translationem titulo particulari, vt non possit principaliter, & absolute, sed tantum accessorie, & concomitanter cum aliqua vniuersitate, transire in feudum de primogenito in primogenitum per multa iura per ipsum allegata, quę doctrina licet aliquantulum diuersa videatur, nihilominus illam ad proprios terminos casus nostri, & benę quidem inducit, *Lambert. art. 20. 2. q. princ. 1. lib. num. 2.* & reddit validam suę inductionis, rationem, scilicet, quia hoc esset pręuerrere naturam ipsius iuspatronat. imō plus dicit, quod nec etiam consuetudo immemorabilis, & pręscripta hoc posset inducere, vt ibi per eum, addo quod dicit *Tiraquell. de iur. Primog. q. 36.* quod iuspatr. ab hæreditate gubernatur, vt qui hæres est, illud obtineat, qui non est, abstineat. Non obstat id quod dicit *Lambert. sibi contrarius in 4. art. 4. q. princ. 2. lib. 1. post numer. 3.* nam si vera est, prout est verissima ratio per ipsummet adducta in *d. art. 20.* vt supra non esse pręuerrendam naturam iuspatr. consequens est, vt sit falsa opinio, quam tenere videtur in *d. art. 4.* dum dicit posse adijci iuspatr. condiciones alterantes, & immutantes ipsius naturam.

Pręterea illa ratio quam *Lambert. in d. art. 4.* adducit non est vera, nec bona dum

dicit transire iuspatr. cum vniuersitate, est inductum fauore patronorum, qui possent suo fauori renuntiare, hoc enim falsum est, nam translatio iuspatronat. cum vniuersitate est de propria natura ipsius, & successiue inducta in ipsius iuspatr. fauorem, quia secundum *Roman. dict. cons. 368.* cum sit quid spirituale, vel spiritali annexum *c. de iura, de iurepatron. c. quanto de Iudic. c. quesitum de rer. permutat.* non licet patrono titulo particulari, & principaliter absque, hæreditate transferre, ne pactio particularis interueniat *c. pręterea de transact. c. quod verò 16. q. 7.* nē videantur laici ad sui libitum, spiritalia tractare *c. secundum, & c. decernimus de Iudic. c. omnes Basilicę 16. q. 7. c. fin. de Reb. Eccles. non alienan.* spernendo auctoritatem superioris, & potestatem Clauium *c. quoniam de iurepatr. c. quis Episcopum 16. q. 5.* sed tantum accessorie, concomitanter, & per viam appendicis cū hæreditate permixta est patrono translatio iuspatr. *c. ex literis de iurepa. Gugliel. de Benediclis in c. Raynuius verb. absq; literis el. 2. de compend. subtilit. n. 24. de testam. subtilis Emanuel à costa in c. si Pater p. 3. vers. Trebellianica n. 4. verb. nimirum eod. tit in 6. & fuit decisum in vna Aretin. Cappellanę 8. Nouemb. 1599. coram Bubalo.* Quomodo igitur *Lambert.* potest dicere inductum in fauorem patroni, id quod ipse Patronus non potest efficere, nisi efficiat titulus habilis ad trāslationem prędictā *l. si mercedē §. si cum fundū ff. de action. empt. l. quidam ff. de acquir. rer. domin. Innocentius, & omnes in d. c. cum saculum?* potius dicendum erit, quod sit inductum in fauorē Ecclesię, & odium Patroni, quia si Patronus posset quocunq; tit. vellet, tam particulari, quam vniuersali transire ius patronatus, & non in hæredes, utiq; difficilius Ecclesię posset aspirare ad libertatem. Est ergo falsa ratio adducta per *Lambert.* & celsāte ratione cessat dispositio *c. cum cessante de appellat. l. adigere §. quamuis de iurepatr. D. de Franch. decis. 468. nu. 1.*

Amplius dico, qđ dicta qualitas succedēdi iure primogen. dū excludit alios, est cōtra libertatē, & vtilitatē *l. c. l. quidquid dicat Lambert.* multoties sibi met cōtrarius, idq; fundatur in magistrali doctrina *Card. Hostiens. in stima tit. de iurepat. §. qualiter trāsferatur n. 6.* vbi tenet nō solū non grauari Eccl. Patronis multiplicatis, sed imō magis alleuiari, nā vt ipse ait plures habet defensores *c. filijs 16. q. 7. idē. n. ius cōpetit plurib.* quod cōpeteret vni, & vbi vnus est patronus est quasi Tyrannus, & ex multiplicitate possunt oriri discordię arg. *c. qui diuersitatē de cōfess. pręben. c. super*

c. super literis de rescriptis, ideoq; poterit Episcopus ad sui libitum Ecclesiam ordinare, vel poterit alias propter inuidiam alterius remittere ius suum Ecclesie, & sic fieri libera, vt innuitur, in *c. 1. de iurepatr.* Cuius Eminentiss. Card. auctoritas, & ratio, quam in praxis contingentia quotidie obseruamus proculdubio absorbent contrariam opinionem.

Viterius rem perstringendo dico, quod dicta qualitas primogenituræ non modo non potuisset apponi, extra limen foundationis, quod supra probatum est, sed nec etiam in ipso instanti, & actu foundationis, in quo fundatores habent largiores habenas, si Episcopi expressus, non interuenerit assensus, vt not. in *c. illud, in c. cum laici in c. cura, & in c. suggestum de iurepatro.* quantum dominus à compatronibus extra limen foundationis

Et licet nimis videatur vrgere illud, quod per partem aduersam opponitur scilicet, quod iuspatron. potest donari, quod est magis, ergo potest alterari, quod est minus ad Regulam tex. in *l. non debet ff. de Reg. iur.* tamen facili negotio soluitur oppositio, & dicitur quod negari non potest iuspatro. donari, & legari posse, verum id expleri non potest absque consensu Episcopi, vt post Card. Florentin. voluit Io. Andr. in *d. c. cum saculum de iurepatro.* ibique Abb. num. 6. Lambert. de *iurepatro.* q. 6. & sequenti p. 2. lib. 1. Menoch. conf. 90. numer. 98. & 99. volum. 1. vbi numer. 207. communem esse testatur, hanc eamdem sequitur Rocch. de Curt. in tractat. de *iurepatron.* versic. pro eo, quod *Diocessani quæst. 2. numer. 5.* vbi alios allegans, etiam de communi testimonium facit, prout de ea similiter testatur Ludouic. in libr. commun. opin. in titulo de *iurepatronat.* Concl. vnic. versicul. acquiritur etiam amplius. quæst. 2. Rot. in antiquis decision. 857. Verall. decision. 144. numer. 4. libr. 1. Rota in nouis decis. 404. Cost. in decision. nouiss. Rom. 155 p. 2.

Quod quidem verum est etiam si in compatronum fiat legatum secundum Io. Andr. in cap. ex insinuatione de *iurepatron.* ibique Abb. numer. 4. & secundum omnes communiter, vt inferit d. Rocch. de Curt. in loco supra allegato numer. 4. in fin. vnde cum in casu nostro Episcopi consensus non interuenerit, planè dispositiones d. Francisci Antonij, & Cæsaris locum obtinere non possunt.

Nec iuari possint consensu Vicarij, de cuius potestate non constat, nam Vicarius, vti Vicarius non habet talem potestatem,

ex priuata iurisdictione est. n. Episcopale ius Abb. conf. 59. & conf. 89. per c. cum contingat de for. competent. Lambert. art. 14. 2. q. principali p. 1. lib. 1. & in 20. art. eiusdem p. 9 & lib. 1. numer. 14. & alibi; Federic. de Sen. conf. 264. in prin. Dec. in cap. cum accessissent numer. 9. vbi Fclin. 15. de Constit. Calderin. conf. 1. de offic. Vicar. Rot. decision. 598. ante numer. 7. p. 1. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 31. Garz. de benefic. p. 5. c. 9. numer. 75. & nouissime Narbona de appellat. à Vicar. ad Episc. numer. 215. latè Ferrett. conf. 327. per totum 345. & 344. & cum Ferrett. tenuit Rot. in vna Placen. Parocch. de Mirabel. 19. & vlt. Ianuarij coram Orano Bursat. conf. 310. nu. 29.

Dato tamen, sed nunquam concessio, quod Vicarius talem habuisset potestatem adhuc eius assensu ex duobus inualidus esset, ex quibus etiam si Episcopi assensus, & auctoritas interuissent, minimè valeret, & primò quia dictus Vicarius assensum, & auctoritatem præstitit per triennium post mortem Francisci Antonij testatoris, quo casu nihil operatur Abb. in disput. Augerio patronatus Soccin. Iun. conf. 79. numer. 37. vol. 3. Afflicti. decis. 335. numer. 14. Duran. de art. testand. in titulo de legat. fol. 67. num. 2. & licet multi DD. contrarium senserint, tamen hæc opinio verior est, & communium, vt ex d. Duran. vbi supra colligitur.

Et dato quod assensus tempore congruo interuenuisset adhuc frustratorius fuisset, nam illud, quod dicitur iuspatro. posse legari, & donari cum consensu Episc. fallit, & limitatur quotiescunque ex tali legato, siue donatione præiudicaretur Agnatis quib. esset ius quæsitum, siue ex foundatione, siue ex dotatione, siue ex priuilegio, siue ex alia causa, Couarr. lib. 2. variar. resolut. c. 18. numer. 9. ver. sed queritur omnino videndus; sic etiam videntur sentire Ruin. conf. 108. num. 4. volum. 1. Crauett. conf. 53. numer. 5. Archidiacon. in c. considerandum 16. quæst. 7. & in s. presenti numer. 2. 20. quæst. 3. quem refert, & sequitur, Dec. consil. 149. numer. 1. Paris. 48. numer. 5. & per tot., & est communis opinio, vt post multos alios relatos testatur Ioseph. Ludouic. in libr. commun. opinion. titulo de *iurepatronat.* Concl. vni. vers. requiritur etiam iuspatronatus in prima, & septima fallentia, & ratio est, quia destrueretur, & immutaretur lex fundatoris, quod planè implicat, vt considerat Lambert. artic. 30. 7. quæst. 1. p. 1. libr. 2. Vnde cum clarum sit per primum fundatorem fuisse D. Antoniam vocatam cum

cum sit de descendantib. ex prædictis sequitur nullum ei præiudiciū testamentū Frācis Ant. afferre potuisse, & tantò minus Cæsaris dispositio ei potuit præiudicare, quæ legem destruit, & neq; Epil. neq; Vic. autoritate fulcitur. Tantò magis quod per illos non donatur, neq; legatur iuspatronatus, sed mutatur, & destruitur lex fundatoris, & nō valet illa consequētia iuspatronatus, potest donari, & legari, ergo potest mutari, cū magis sit donare, & legare, quam mutare ex *Regula. tex. in l. non debet cui 22. ff. de Regul. iur.* quia negatur, nam magis est mutare, quam donare, & legare, quando .n. quis donat iuspatro. à se abdicat illud ius, quod habet, & in alium trasfert, quod potest, idem quando quis legat, ius .n. quod quis habet in alium transferre potest, cum iuris, & Rei suę quilibet sit moderator, & arbiter *l. in re mandata C. mandati*, sed quando quis mutat iuspatr. naturam, & de hereditario restringit ad Gentilitiū, in hoc ei ius resistit, & contra ius disponit ius .n. prohibet naturalia illius mutari arg. *d. §. naturalia*, & in specie, quod natura beneficij non potest mutari *Ioseph. Ludouic. vbi sup. ver. regulariter*, & patet ex supra allatis. Insuper dicitur ius, vt voluntas fundatoris, vt lex seruetur iuxta *tex. in §. disponat Auth. de nupt.* & Patronus alias disponendo illam destruit, cum vt lex ratam haberet teneatur *l. cum à matre C. de Rei. uendic.*

Secundus articulus est, an dicta D. Antonia, quæ hereditatem Avitam cessit, & Renunciavit dicto Io. Mariæ reservatis tamen sibi iurib. competentib. super dicto iurepat. per dict. Renunciationem sibi præiudicaue- rit non obstante reservatione prædicta?

Et videtur prima facie dicendum, quod sic Regulatur .n. iuspatron. ex hereditate, etiam inter filios, & sic filius, qui non est hæres non succedit in iurepatr. *Abb. in c. cti seculum nu. 5. de iurepatr.* Hinc *Petr. de Anchar. in c. ex insinuatione eo. tit. voluit*, quod si ex forma statuti stantibus masculis femina excludatur à successione, vt est in hoc Regno nostro, etiam excludetur à iurepatr. quam refert, & sequitur *Rocch. de Curt. in tract. de Iurepatr. super versis. ipse, vel is quasi. 8. num. 11.* Adde *Rot. in Lucan. Iur. patro. 6. Nouembris 1589. Coram. Lieta, & in Aret. Cappellan. 15. Iunii 1584. Coram. Bubalo*, quod similiter procedit in filia, quæ vti dotata renunciavit hereditatē Patris secundum *Abb. & Rocch. vbi supra*, & licet *glos. in c. considerandum 17. q. 7.* voluerit quod filius renunciens hereditatem paternam retineat Iuspatronatus per *ten.*

in *l. filij ff. de Iurepatro.* vbi expressè dicitur filij, qui se abstinent ab hereditate paterna, iuspatronatus, quod habent in liberos non amittunt, tamen dicta *glos. communiter reprobatur teste Couarr. lib. 2. variar. Resolut. c. 18.* quibus sic stantibus nihil profuit dictæ Dominæ Antonia reservatio iuspatronat. quando renunciavit cum per ipsam non possit illud retineri absque qualitate hereditaria, ad quod facit doctrin. *And. in cap. 1. col. fin. vers. sed filia de nat. succ. feudalib.*, vbi ait quod protestatio, quæ fit per filiam, vel sororem in dotis promissione, quod non renuntiat per hoc successioni feudi, non valet, quia per factum obuiat suæ protestationi, vt refert *Præses de Franch. decisio. 92. numer. 14. & 15.* vbi in hoc, quod reservatio contrario facto nihil operetur, optimè loquitur.

His tamen non obstantibus dictam D. Antoniam posse ad prædictum iuspatronatus, vt hæredem venire censeo, verum est enim illam hereditatem aui adiisse, illiusq; hæredem Præuio præambulo fuisse declaratam, quo fit, vt quamuis postea dictam hereditatem renunciauerit in beneficium Io. Mariæ eius patruī, non per hoc hæres esse desijt, per Regulam. Qui semel est hæres nunquam desinet esse hæres *l. si quis maior C. de Repud. heredit. l. Ei, qui soluendo ff. de her. instit.*, nisi per viam restitutionis in integrum quando esset minor tot. titulo si min. ab hæred. se abst. quod non est in casu de quo agitur, & maxima est differentia, an quis hereditatem repudiauerit, an verò alteri renuntiauerit, cesserit, seu donauerit, quia repudiando in nihilo tenetur, & conueniri non potest, sed cedendo, & renunciando recta via à creditoribus conuenitur *l. hereditatem ff. de donat. Præses de Franch. decisio. 14. nu. 22.* Quin imò etiam si hereditatem quis vendat ea lege, vt emptor creditoribus hereditarijs satisfaciatur adhuc conueniri poterit *l. 2. C. de hered. vel act. vendit. vbi glos. primo ratione Assignat*, quia non ideò, quod vendunt, desinunt hæredes esse, vel teneri per *tex. in l. 1. C. de Renoc. bis, quæ in fraud. credit. & in l. quamuis hæres ff. de leg. 1. & si creditores vellent emptorem iuris continere de rigore iuris non teneretur, vt habetur per de Franch. decisio. 273.*

Quæ aded vera sunt quod etiā hereditate nō adita ex sola hereditatis cessione, quis cēsetur adire, quia necessariū antecēdēs ad cessionem est aditio *l. si aui C. de iur. deli-*

ber. ubi Paul. de Cast. ait quod per vnicum actum duo in instanti fiunt, acquisitio scilicet, ex parte cedentis, & translatio dominij in cessionarium declarat *Pres. de Franch. decis. 14. nu. 9. 16. & 19.* & licet Paul. de Castro, vt refert idem de *Franch. decis. 52. nu. 10.* teneat, quod dicta aditio per supradicta procedat ad finem validandi cessionem, non autem vt cedens consequatur, & teneatur ad omnia ea, ad quæ hæres simpliciter adeundo teneretur, tamen contrarium fuit in d. decis. decisum. Si igitur quis dicitur ex sola cessione verus hæres, quid dubij remanet in hoc casu, in quo Domina Antonia hæreditatē adiuit, & per decretum fuit hæres declarata?

Iacto igitur hoc fundamentum, quod fuit hæres, & remansit hæres etiam post renunciationem iure licito poterit sibi retinere ius patronatus, & tãquam hæres habebit in eo ius presentandi, & sic resoluuntur, omnia in contrarium adducta, quæ loquuntur in simplici repudiatione, siue renunciatione nulla data aditione, ita quod in repudiante, siue renunciante nullo modo qualitas hæreditaria considerari possit, quod penitus cessat in casu de quo agitur.

Sed vt omnis prorsus cessat dubitatio, & difficultas adduco tex. punctualem in c. ex literis de iurepatro. vbi deciditur, quod ius patronatus transit cum vniuersitate temporalium, nisi fuerit exceptum, ex quo *Abb. ibi in summa* defumit hanc regulam, & ait esse casum notabilem, & quotidie allegari.

Igitur D. Antonia vt hæredi pro dimidia Cæsaris Aui competit in solidum ius presentandi in dicto iurepatronatus, quod cum sit indiuisibile consistit penes hæredes in solidum, vt notat *glos. in c. 1. de iurepatr.* & declarat optimè *Abb. in c. querimoniã n. 3. eo. tit.* & defertur pro portionibus hæreditariis *Clem. plures eo. tit.* & traditur fusè per *Lambert. de iurepatr. art. 2 §. p. 9. prin. 2. p. lib. 1.*

Quibus actentis per sententiã Archiepisc. Cur. Barësis in anno 1504. fuit d. D. Ant. super d. iurepatr. Cõpatrona declarata, quæ sententiã trãsivit in re iudicatã, & ideò p veritate habetur l. res iudicata ff. de reg. iur. super quo pulchra cõgerit *Conf. Seip. Rou. super Prag. 2. n. 40. de iurisdict. inuicè nõ Turban.* Ex his igitur tum ex optimis iuribus, tum ex rei iudicatæ Authoritate satis credo de dictæ D. Antonia iustitia constare.

Post has alleg. ad manus peruenit 7. p. collect. Ricc. quæ videas in materia collect. 2247. & 3153. *Parin. dec. 171. Mastrill. dec. 56. à n. 19. idem Ricc. collect. 2796. & alleg. Nowar. post d. collect. & Massobr. in tractat. de concurs. Parochial. p. 7. dubit. 9.*

Ioſeph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Clausula reſeruato aſſenſu ſuſpēdit, vnde alienatio feudi ſi ſit facta ſaluo Reg. aſſenſu, & fiat reuocatio feudi ſi aſſenſus ſequatur facta reuocatione nihil operabitur.
- 2 Clausula ſaluo iure Domini, tam in alienatione feudi, quam emphyteuſis, quid operetur remiſſi.
- 3 Et quid quando adiicitur clauſula non aliter, nec alio modo.
- 4 Reſoluto contractu venditor tenetur reſtituere rem cum uſuris, & emptor rem cum fructibus.
- 5 Quid quando contractus reſcinditur ob leſionem.
- 6 Et quid reſciſſa venditione actione redibitoria.
Fructus compenſantur cum uſuris, & quod reliquum eſt reſtituitur.
- 7 L. 2. C. de pigno. diſpoſitio ceſſat quando adeſt clauſula ita quod ſpecialitas, & in alijs caſibus remiſſi. et quid in obligatione in forma Cam.
- 8 Statutum tollens exceptiones non erit ſeruandum, vbi quis lucratur cum damno alterius, & de ratione nu. 9.
- 10 Statutum predictum non eſt ſeruandum quando vnus ex contrahentibus non adimpleuit ex parte ſua.
- 11 Contractus quando reſoluatur ob adimplementum non ſequutum.
- 12 Contractus non poteſt diſſolui ab vno ex contrahentibus.
- 13 Contractus venditionis rerum, qua conſiſtunt in pondere numero, & meſura eſt conditionalis, & quando dicatur perfectus & detur penitentia.
- 14 Præſtium, an ſuccedat loco rei.
- 15 Alienationem feudi reuocat emptor prout venditor.
- 16 Tenor inueſtitura aſſendendus.

AD DECIS. XXIX.

Cauſa, de qua in hac deciſ. meminie Capibl. prag. 4. de Baro. num. 88. apud quem multa reperies.

In prin. ibi ¶ reſeruato aſſenſu. ¶

- 1 Iſta clauſula ¶ reſeruato aſſenſu ſuſpēdit contractum etiã, quod aſſenſus nõ ſit neceſſarius ex multis probat *Theod. alleg. 19. nu. 6.* vnde alienatio feudi. Alienatio feudi ſi ſit facta ſaluo Reg. aſſenſu, & fiat reuocatio feudi vigore *Conſtit. Diu. mamor.* vt hic, quod ſcripo.

si potest tam ab emptore, quam a venditore, ut per *D. de Franch. decis. 540. nu. 1. Viscon. in concl. incip. emptor, & in add. ad dict. decis.* Etiam si assensus subsequatur facta reuocatione nihil operabitur *Affl. decis. 331. & ibi Vrsill. Capy. decis. 106.* quos colligit, *Nouar. ad prag. collect. 104. nu. 13. Theod. vbi sup.* Et de dicta clausula $\dagger$ salvo iure domini tam in alienatione feudi, quam emphiteusis vide latè *Socc. reg. 292. incip. Vassallus fo. 537. in 2. fallen.* vbi quid $\dagger$ quando adijcitur clausula non aliter, nec alio modo.

N. 1. ibi $\P$ resolutio contractu venditor tenetur restituere pretium cum vsuris, & emptor rem cum fructibus. $\P$
 4 Adde tradita $\dagger$ per *Capibl. d. prag. 4. nu. 87. & per Viscon. ad dec. D. de Franch. 373.*
 5 Quid quando contractus $\dagger$ rescinditur ob lesionem, vide *Prasid. de Anat. conf. 87. num. 6.* vbi in fin. habes *decis. S. C. vide decis. D. de Franch. 496. num. 3.* Et quod venditor $\dagger$ rescissa venditione actione redhibitoria tenetur restituere pretium cum vsuris, & emptor rem cum fructibus *Anna alleg. 42. nu. 4. & seq. vide quæ dixi ad D. de Franch. decis. 675. nu. 11. & Capibl. in prag. 1. de Baron. nu. 272. fo. 61.*

Sed aduerte, quod isto casu fructus intelliguntur compensati pro currenti quantitate, cum vsuris adeo, quod facta compensatione reliquum restituendum est, quod excedit, ut per *D. de Franch. decis. 527. & ita declaratur apud Thor. in 2. p. comp. dec. reg. ver. compensatio opposita vers. secunda max. est. fo. 92.*

N. 4. ibi $\P$ L. 2. C. de pigno. quia etiam in contractu adest clausula, quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra quæ casu cessat dispositio d. l. 2. $\P$

7 Quod dispositio $\dagger$ d. l. 2. C. de pign. cessat quando adest clausula illa ita, quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra vide *D. de Franch. decis. 5. Cachera decis. 159. hic cit.* alios cumulat *Ricc. coll. 73. & 198.* vbi colligit multas limitationes ad d. l. 2. alias ponit *Surd. dec. 44. Amend. ad d. D. de Franch. decis. 5.* vbi inter alias limitat d. l. 2. in obligatione in forma cameræ *Carocc. de excus. bon. lib. 2. q. 55.* multos cumulat *Viscon. in add. ad d. decis. 5.*

Sed contra supradicta vide *Mising. obser. 94. cent. 6.* alios adducit nouissimè, *Barbat. in tra. de affl. glo. 10. nu. 51. & seq.*

N. 9. ibi $\P$ quod si statutum tollit exceptiones non erit seruandum, vbi quis lucraretur cum damno alterius. $\P$

8 Adde $\dagger$ *Abb. in c. ex parte el. 2. & ibi Det. de offi. deleg. Det. in l. iure natura num. 3. ff. de reg. iur. vbi infert ad multa, idq; ea ratione*
 9 huiusmodi statutum seruandum $\dagger$ non est, quia dolo malo facere dicitur, qui ex aliena iactura lucrum capit *l. si quis e mancipijs §. fin. ff. de instit.*
 10 Eiusmodi quoq; statutum $\dagger$ non erit seruandum, quando vnus ex contrahentibus non adimpleuit ex parte sua, quia semper exceptio non adimenti non obstante tali statuto opponi poterit, ut post multos per ipsum alleg. tenet *Viscon. in conclus. incip. exceptio non adimenti fo. 75.* vbi infert ad multa, & quando defectus $\dagger$ implementi nõ sequuti resoluat contractum, vel non, vide eandem *Viscon. concl. contractus nominatus fo. 42. & concl. incip. exceptio non adimenti Gratia. decis. 159.*

N. 14. ibi $\P$ non licet altero inuito ex contrahentibus discedere à contractu, & illum reuocare.

12 Et hoc quia contractus $\dagger$ est duorum plurimè in idè placitum, & consensus, & nihil tam naturale est, ut id eo vinculo dissoluatur quo ligatum fuit vulg. *l. nihil tam naturale ff. de reg. iur.* idè perfectò contractu non licet ab illo discedere vni ex contrahentibus, altero inuito; bene verù possunt omnes contrahentes dissensu à pacto còuento discedere *c. preterea vbi DD. de spons. idq; in còtractu $\dagger$ perfectò, secus in imperfectò, ut in venditione rerù, quæ còsistunt in pondere nu. & mèsura, quæ est còditionalis, ut in l. quod sepe §. in ijs ff. de còtrab. emp. qui tex. mihi fecit magnum honorem, & de eo meminit Gutierrez. de Gabell. q. 79.* Verum quando venditio bonorù còsistentium in pondere, num. & mèsura dicatur perfectà, vel nõ, & in ea detur pènità, vide *Visc. in concl. veditio facta bonor. fo. 283*

N. 16. ibi $\P$ Res succedit loco pretij. $\P$

14 Sed an pretium $\dagger$ succedit loco rei vide latè *Viscon. in concl. incip. pretium,* vbi refert multos, quos videre poteris, quib. adde *Barbos. omninò viden. in hac materia in 3. p. rub. solut. matr. nu. 74. & seq. Ricc. collect. 740. & 1850. Magon. decis. 9 n. . . Alphan. in repet. l. quod dicitur ff. de impen. in reb. dotal. fact. c. 15. n. 9.* vbi nouam explicationem adducit, & ad saturitatem vide nouiss. *D. Gait. tra. de cred. c. 4. q. 11. d. n. 1388.* post hæc omnia scripta visus. I 3 N. 25.

N. 25. ibi ¶ quia ad paria iudicatur. ¶

- 15 Quod emptor † reuocat alienationem seu di sine assensu prout venditor per constit. Reg. Diuz memoriz D. de Franch. dec. 540. vbi dixi, vide D. de Pont. in tract. de pot. proreg. fo. 264. num. 31. Viscon. in concl. incip. emptor reuocat fo. 70.

N. 35. ibi ¶ formas inuestiturę esse inspiciendas. ¶

- 16 Inuestiturę † verba, attendenda dixit author supra in anteced. decis. n. . vbi alios adduxi quibus adde Meno. lib. 3. presump. 92. n. 2. & ad literam illius tenorem seruari, & attendi ex pluribus probat Viscon. in concl. incip. tenor inuestiturę fo. 268. & in concl. incip. inuestitura latę Capib. pragm. 8. p. 1. nu. 13. & 15. Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. fo. 37. nu. 64. & seq. vbi alios adducit, & Ricc. nouiss. collect. 3087. 7. p.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Officialibus discessus prohibetur, antę aduentum successoris de iure communi nu. 2. & de ratione nu. 4.
- 3 Presidi non licet discedere, antę successoris aduentum.
- 5 Iustitiarj, & R. Auditores pro discessu debent obtinere licentiam a Prorege, & an sufficiat litera vnius Regentis.
- 6 Officialibus prohibetur discessus ab officio nō solum de iure communi, sed de iure reg & recensentur iura reg.
- 6 Officialis deserens officium infra annum punitur.
- 8 Officialis tenetur etiam ultra annum expectare successoris aduentum, & quod capiat possessionem.
- 9 Officialis non potest pernoctare extra Ciuitatem, nec per breue tempus etiam animo redeundi deferere officium absq; licentia Baronis si fuerit baronalis, vel Proregis si fuerit Regius, & 10. alias incurrit penam inhabilitatis ad similia officia exercenda num. 11.
- Officialis discedens ab officio ante finitum tempus perdit salarium.
- 12 Officialis an possit ante aduentum successoris per dies deponere officium declaratum.
13. quid obseruatur p. 14.

- 15 Officialis quid obseruare debeat presentatis literis desistentia.
- 17 Officialis an possit renuntiare officium, & quid official. Baron. nu. 18. & an possit inf. annum renuntiare, & ab administratione recedere nu. 19. & ibi refertur decis.
- 20 Officialis quando discedit, an possit discedere relicto substituto.
- 21 Officialis creantis substitutum, & substituti pena recensentur.
- 22 Officialis Regius non potest loco sui alium substituere, & de ratione.
- Electa industria persona non datur potestas seruiendi per substitutum.
- 23 Regens M.C.V. alium Regentem sine licentia Regis, vel Proregis substituere non potest.
- 24 Prorex an possit substitutum, vel Locum tenentem sibi facere, & 55.
- 25 Vicarius an possit alium Vicarium substituere.
- 26 Officiales qui habent potestatem substituendi quales teneantur facere substitutos.
- 27 Officiales, an teneantur pro delicto, & excessu substituti.
- 28 Subrogatus an possit esse minus vno anno, & si substituens moritur, substitutus potest continuare vsq; ad aduentum successoris.
- 29 Officialis Baronalis, an possit Locum tenentem relinquere, & per quod tempus, & an iste Locum tenens possit alium Locum tenentem substituere.
- 30 Gubernator regius habens penes se Iudicem Regium, si Iudex decedit, vel discedit, an possit alium loco illius Iudicis subrogare.
- 31 Officiales Regij omnes creantur a D. Reg. Prorege.
- 32 Officialium creatio est de regalibus.
- 33 Princeps semper consulendus quando tractatur de subrogando officiali.
- 34 Officia ad quem transferantur interest Regis scire.
- 35 Officialis electio si irritatur per mortem electi, vel aliam causam superuenientem ius eligendi, vel substituendi aliquem in locum deficientis pertinet ad illum qui predictam electionem fecit.
- 36 Contemnere proprię quid sit, & an in contemptu debeat concurrere voluntas.
- 37 Contemptus duplex.
- 38 Contemptus principis quomodo puniatur, & quid si fuerit factum preceptum pro quanto habet eam gratiam 39. & quid importent verba R. indignationis, & indignationis S.P. & Pauli.
- 40 Principi non obtemperatis, & inobedientis pena.
- 41 Principi an semper obtemperandum, & quid si scue.

- si scire aliquid mādēt quid inferior facere debeat. Et an iussus superioris excuset.*
- 42 *Præsidis nomen generale habet maius imperium omnibus post Principem 43.*
- 44 *Præses Prouintie, an semper debeat stare in uno loco, vel visitare Prouintiam, & per illam discurrere.*
- 45 *Præses Prouintie habet Capit. Campanæ cum Comitibus, & de eorum ortu, & ad quid dicti Capitanei sint destinati.*
- 46 *Præses Prouintie, an possit dare licentiam deferendi arma.*
- 47 *Præsidis in sindicatu quid obseruandum.*
- 48 *Præsidis ante presentiam, & ubi residet R. A. an possit exiliatus residere.*
- 49 *Præfides tenentur bannitis latronibus, & malis hominibus purgare Prouintias quod extende ad Barones officiales, & universitates.*
- 50 *Pena capitalis, quæ dicatur, & quomodo intelligitur statutum illam imponens, & 51. & 52.*
- 53 *Mors civilis idem eum pena capitali, & 54 & 56.*
- 55 *Pena capitalis, & an possit commutari in publicationem bonorum, & quid in crimine lese Maiestatis.*
- 57 *Prorex ob impedimentum infirmitatis, an possit sibi consistere Locumtenentem, & quid in alijs officialibus.*

AD DECIS. XXX.

- H** Vius decif. nouissimè meminit Ricc. 7. p. collect. 2. 542. ver. sed præses, in qua collect. multa ad propositum huius decif. reperies, ad cuius materiam dum in ea tractatur quando non potest officialem deferere eius officium
- 1 adde quod discessus † officialibus prohibetur ante aduentum successoris per ius commune *tex. est vulg. in l. meminisse ff. de off. procons. & leg. & in l. 1. ff. de off. præf. August.* de primo meminit D. Regem. Tapp. in c. regni scire vos volumus, & ibi Campag. qui meminit de utroq; & Leonard. in prax. official. c. fi.
- 2 num. 2. Vnde non licet † officiali, & Restori loci sine licentia superioris ab eo discedere l. illud ubi Bal. de off. præsid. Paris. de Sindica. ver. licentia officialis fo. 316. & in præfide † habente iurisdictione de quo in hac decif. quod ei non liceat discedere vsq; ad successoris aduentum est *tex. in l. si forte ff. de off. præsid.* de quo meminit, idem Leonard. in
- 4 a. prax. offit. loco cit. Et de rationibus † quare officialibus prohibeatur discessus vide eundem Leonard. ibi.
- 5 Et quod iustitiarj † & R. Auditores pro

discessu debent obtinere licentiam à D. Regni Prorege, & an sufficiat litera vnus Regentis Reg. Cancellariam vide eundem Leonard. c. 8. d. prax. nu. 4. fo. 85. vbi quid obseruetur in alijs officialibus, & Capitaneis ex Carau. rit. 8. incip. Quod nullus, qui loquitur de discessu officialium à Ciuitate Neap.

- 6 Et ultra ius commune † prohiben. officialibus, quod non discedant ab officio, nec illud deserant etiam illo finito nisi expectato successore, multæ fuerunt super hoc editæ prouisiones in hoc Reg. quas congerit D. Reg. Tapp. lib. 2. iur. Reg. fo. 377. sub rub. de offit. iud. primo est cap. Reg. 235. incip. scire volumus, quod ibi seruari dicit idē D. Tapp. fuisseq; idem confirmatum per Regias prag. quarum vna est secunda in ordine altera decima sub tit. de off. iud. prag. 4. & 10. sub tit. de Baron. vbi D. Rouit. nu. 2. D. Reg. de pont. tract. de potest. proreg. tit. 7. §. 6. nu. 21. fo. 222. & ibi Thor. adden. qui alios regnicolas cumulat, & supradictis in materia talis discessus prohibiti officialibus adde Capibl. prag. 5. nu. 140. Rouit. prag. 1. de sind. offit. nu. 36. & Grauinen. in tract. de sind. q. 1. Carau. rit. 7. num. 8.

- 7 Vnde si officialis † infra annum officium deliquerit grauer puniri debet Paris. de sind. ver. licentia, tenentur etenim officiales residere Viu. decif. 356. Capibl. d. prag. 5. n. 10. & quod ultra annum † debent expectare successoris aduentum, & quod capiat possessionem, & interim non relinquere officium add. ad Capi. decif. 151. D. de Franch. dec. 393. Capibl. vbi sup. nu. 140. Campag. vbi sup. In
- 9 tantum quod R. † officiales, nec etiam possunt per noctare extra Ciuitatem in qua officiales sunt D. de Pont. tra. de pot. proreg. tit. 3. §. 6. nu. 8. fo. 83. D. Consil. Rouit. prag. 2. de offit. iudicam. & alio. offit. nu. 2. fo. 431.

- 10 Et ideo officiales † animo redeundi etiam per breue tempus non possunt deferere officium, & recedere à loco administrationis absq; licentia Baronis si fuerint Barones, & absq; licentia D. Proregis si fuerint Regij, quod multis iuribus comprobatur D. Consil. Rouit. ad dictam prag. 2. de offit. Iud. nu. 2. & ante eum Campag. in d. c. scire vos volumus. Paris. inf. cit. vide Carau. d. rit. 7. n. 4. & quod
- 11 contra faciens † incurrat penam inhabilitatis ad alia officia similia exercenda vide id. prag. 2. & Paris. de sind. in rub. de mod. & form. sind. in prin. & per Leonard. d. c. 8. nu. 3. Carau. d. rit. 7. nu. 7. in fin. & quod officialis si se absentauit ab officio antè illud finitum perdit totum salariū Bal. in l. q. dem. C. locat. refert Campag. in c. statuimus ut quoties n. 6. vbi infert Bald. ad salaria Dec. medici st. pen-

pendiarij Fabri, & aliorum.

- 12 Sed an officialis † per dies ante aduentū successoris possit officium deponere, vide *Camp. loco cit. Paris. ubi sup.* ubi declarat quomodo † procedat illud, quod per duos dies ante aduentum successoris debet officialis officium deponere per *tex. in §. illud auth. de collat.*

- 14 Ego autem vidi obseruari † in Regijs officialibus; quod officium non deponitur ante aduentum successoris nisi de licentia D. Proregis, & in pleno Regimine vniuersitatis tu vide *Paris in tract. de sindica. in ver. Rex concessit nu. 5. Leonar. d. c. 8. nu. 2.* Præsentatis † literis desistentiæ quid facere debeat officialis annuit *D. Reg. Tapp. ubi sup. et docet Foiler. per eum, & Leonar. cit. in prax. crim. in ver. & taliter se gerat, & Paris in tit. qualiter official. debet se habere. depos. offit. ver. viso de modo proced.* quæ ego nunquam seruari vidi.

- 16 Sed an officialis † possit renunciare officium vide *Capibl. d. prag. 5. nu. 11. & seq.*

- 17 Et quid, si officialis † discessit cum licentia ad tempus tales .n. licentias ad tempus vidi à D. Prorege concessas, an licentia suffragetur ei si extra terminum in licentia contentum officialis reuertatur, dic quod non, sed habetur, ac si sine licentia decessisset, *Carau. ubi sup. n. 5. per tex. in l. 3. §. si ad diem ff. de remil.*

- 18 Et an prædicta militent in officiali Baronis, an possit cum illius tantum licentia reluctante vniuersitate discedere vide *Capibl. d. prag. 5. n. 9. Carrabb. sing. 179.*

- 19 Et quod officialis † Baronis nō possit infra annum etiam cum consensu Baronis renunciare, & recedere ab administratione officij fuisse in occurrenti casu factam provisionē officiali, quod continuaret, & si se absentauit, quod sub pœna rediret ad officiū *D. de Franch. decis. 409. Capibl. in prag. 3. de Baron. num. 138. Mastrill. decis. 188. nu. 22. et de Magij. rat. lib. 1. cap. 23. nu. 25. 50. & 51. D. Reg. Tapp. d. prag. 5. de Baron. Pascal. de vir. pa. pot. c. 10. nu. 9. refert Thor. in Compens. decis. ver. officialis creatus fo. 370.*

- 20 Et quando officialis † discedit, an possit discedere relicto substituto latè materiam tractat *D. Reg. Tapp. lib. 2. iu. reg. omnino vident. fo. 126.* vide multa per *Thor. in addit. ad D. de pont. tit. de pot. substit. in off. fo. 174. Ricc. 7. p. collect. 2657. ad exornationem c. Reg. 28. & 29. Reg. Siciliz Regis Alphonsi, ubi multa, & quod non possit D. de pont. decis. 28. per Reg. Constit. Leonard. d. c. 8. in prin. ubi quod*

- 21 tam substituens, quam substitutus capitali pœna tenebatur, quæ pœna deinde fuit angu-

stata ad pœnam publicationis bonorum ultra, quod remouetur ab officio, vt in *Constit. Reg. duram vind.* multæ fuerunt editæ provisiones in Regno &c. reg. quod officiales de persona seruiant, & non per substitutos, quæ recentet *Novar. ad prag. 24. de offit. S. C. collect. 69. & Leonard. d. c. 8. nu. 1.* & de materia vide *Grauin de find. q. 76. Cappy. decis. 151. & ibi add. Affl. in d. constit. duram. & diram. Nig. in c. quia de Vicarijs n. 11. Novar. ubi sup. Baiard. ad Clar. q. 41. post nu. 6. fo. 196.* ubi tractat de officialibus Regijs, & Baronalibus, & *Paris. per Carau. cit. d. rit. 7. nu. 3. Capiblan. d. prag. 5. nu. 94. & ego dixi in sing. meis incip. officialis Regius, ubi quod officialis † Regius non potest loco sui alium substituere, quia nemo potest exercere iurisdictionem, nec merum, nec mixtum imperium sine licentia Regis, est. n. industria personæ electa, & electa industria personæ non admittitur potestas seruiendi per substitutū *Azeu. l. 6. nu. 4. tit. 5 lib. 3. recop. Scaglo. rit. 2. nu. 1. Auenda. c. 4. prat. nu. 43. lib. 1. Giurb. in proprijs terminis conf. 36. à num. 1. vsq. ad nu. 4. Thor. & Nouar. ubi sup.* nam aliter diceretur vssurpasse iurisdictionem, & puniretur, vt in *d. constit. Diran. & Duram.* Ex quo infertur, quod substituere non potest † Reges M. C. V. alium Regentem sine licentia Regis, vel Proregis alias ipse, & substitutus incideret in pœnam illius constit. vide *Muscattell. in pr. x. de appellat. glo. 1. nu. 180.* & de materia habes ultra prædictam constit. aliā, quæ incip. officia, quæ de personis de qua in *l. 1. Reg. D. Tapp. fo. 125. lib. 2. & constit. Quia de Vicarijs fo. 137. & c. Reg. item quod prædicti, vide D. Consiliar. Rouit. in rub. de admin. & qua pers. in seru. ubi nu. 8. & seq.* an Prorex † possit sibi ex aliqua causa substitutū, & locum tenentem sibi facere de quo etiā *D. de Pont. de pot. proreg. fo. 33. nu. 14. & conf. 139. vol. 2. Nouar. d. collect. 69. n. 8. & Capibl. sing. 174. incip. substituere, qui ponit regulam negatiuam, quod in officio suo quis substituere non potest, & ad d. reg. ponit nonnullas limit. quas ibi per te videre poteris; & vide Mastrill. de magistr. lib. 1. c. 29. Viscont. in concl. sua incip. locum tenens D. Reg. Tapp. in d. Constit. officia quæ de personis nu. 12. lib. 2. Iu. reg. fo. 126. Gallup. in sua prax. recen. S. C. p. 1. c. 3. nu. 6. nouissimè D. Regen. Costan. ad l. 60. de decur. lib. 10. nu. 53. ubi perfunctoriè loquitur.**

- 25 Et quid de Vicario † an possit substituere alium *Gallupp. ubi sup. nu. 5. Boer decis. 152. Ricc. d. coll. 2542.*

- 26 Sed quando officiales † habent potestatem substituendi, quales teneantur facere substitu-

substitutos *Rouit. loco cit. nu. 6. Nouar. vbi sup. nu. 7. vbi ad hoc citat R. Pragm. 6. de off. iud.*

us ibi. n. infert ad multa, & interim vidi seruari, quod R. P. A. prouidet.

N. 6. ibi ¶ Principem contemnere dicitur &c. ¶

36 Adde quod contemnere ¶ est propriè spernere superioris præcipientis potestatem. *Fel. in c. si quis de maiestate. & obed. Baiard. ad Clar. §. 1. nu. 21. multos cumulat Giurb. conf. 32. nu. 24. vbi quod dicitur contemnere si voluntas in id dirigitur, & nolit obedire, cum non omnis inobediens dicatur contemnere.*

37 Et aduerte, quod contemptus ¶ potest considerari bifariam, vel in cōmitendo, vel in omittendo, & quomodo puniatur in re non magnæ considerationis *Guazzi. de defens. reor. c. 33. p. 8. n. 2. & in alijs casibus iuxta negotij qualitatem Meno. de arbitr. cas. 363. num. 1. Grama. decis. 40. nu. 20. Farin. q. 19. nu. 12. Caball. cas. 30. nu. 3. Giurb. d. cōf. 32. nu. 22. quem vide nu. 21. quomodo puniatur ¶ contemptus Principis.*

39 Et quam penam ¶ in currat contemnens mādātū principis si ei fuerit iniunctum pro quanto habet caram gratiam Regiam *Gramma. d. dec. 40. nu. 22. quam refert, & sequitur Baiard. q. 73. n. 10. fo. mihi 302. à ter. multos cumulat Giurb. d. conf. 32. nu. 1. Meno. de arbitr. cas. 365. n. 4. Et quam penam importet verba indignationis Regis, & in rescris PP. indignationis Petri, & Pauli Ias. in l. 1. ff. si quis ius. dicen. non obtemp. Affl. in consl. patenorū. Lip. ad Ifern. c. 1. §. sed qua sit prim. caus. benef. amicti. Meno. de arbitrar. cas. 365. Borrell. ad Bellug. in specul. Princ. rub. 11. §. restat, & alij de quibus per Petr. in add. ad Gramat. decis. 40. nu. 23. post hæc scripta visus, quibus adde *Rouitum prag. 1. de penis n. 13. Et an istæ penæ regulariter extendantur vñq; ad mortem idē Rou. prag. 5. de off. mag. iustitiar. nu. 6. & 8. & de supradictis omnibus vide Foller. super prag. de sodomia n. 41.**

N. 6. ibi ¶ vt qui non obediret principi morte moriatur. ¶

40 Adde quod ista ¶ mortis pena in non obediēte Principis mandatis habetur *Esdræ lib. 1. c. 7. & lib. 2. Reg. c. 16. Qui non obediret principibus morte moriatur, quod relatum est in c. 2. de maior. & obed. vt hic per authorem, vbi Felix multa scripsit, & de prædictis omnibus meminit Meno. de arbitr. d. cas. 365. Surd. in tract. de alim. tit. 7. q. 3. nu. 2. & seq. apud quos multa de penis non obtemperantis mandatis principum, & an semper illis ¶ obediendum, & quid si feuerius aliquid mādant, an sit parcendum non*

27 Et an teneatur ¶ pro delicto, & excessu substituti vide *D. Reg. Costan. loco cit. nu. 57. Rouit. in prag. 1. de Sind. offit. num. 53. vsq; ad 57. Giurb. d. conf. 36. num. 4. vbi alios citat Thor. in 2. p. comp. ver. Baro, an teneatur ad exhibitionem circa med. vbi habes an Baro teneatur per delicto officialis, & ad illius exhibitionem, & an subrogatus ¶ possit esse minus vno anno Capibl. prag. 5. n. 94. & si moritur substituens, quod potest substitutus exercere vñq; ad nouam creationem, & aduentum successoris per tex. in l. curatorem ff. de tut. & cur. dat. ab his Boer. decis. 149. D. de Franch. decis. 255. Giurb. dec. 9. tenet Nouar. d. collect. 69. nu. 6.*

29 Et an officialis ¶ baronalis possit locum tenentem relinquere; & per quod tempus, *Capibl. vbi supra nu. 16. & seq. D. de Franch. d. decis. 409. vbi Amen. & Viscon.*

Et si ille locum tenens possit alium locum tenentem substituere *Viscon. in d. cōcl. locumtenens.*

Sed quia in multis Ciuitatibus solent esse Gubernator ¶ & Iudex, an si discedit ex aliqua causa, vel decedit Iudex possit Gubernator alium loco illius Iudicis subrogare, hic casus multoties accidit, & in contingencia facti dixi adesse *Reg. Const. que incip. de questionibus §. statuimus de iurisd.* quæ dicat, quod ob absentiam Iudicis Cameraarius potest eligere alium, sed *d. Consist.* non seruari ait *D. Regen. Tapp. ibi lib. 3. iu. Reg. fo.*

31 34. ex quo omnes officiales eligit ¶ D. Reg. Prorex, vt per *Giurb. conf. 19. nu. 8. quem vide conf. 65. in prin. ad quos spectet officialis*

32 creatio cum officiales creare ¶ sit de Regalibus *Capp. decis. 130. nu. 26. probat latè Giurb. d. conf. 65. nu. 11. & seq. de facto tamē seruari vidi, sed ego semper dixi in tali casu*

33 cōsulendum Principē, & sic S. E. si fuerit per Gubernatorem processum ad electionem, alicuius consultoris in locum deficientis Iudicis causa non impediendi negotia, & decisiones causarum pro quibus ipse non est sufficiens, interest. n. Regis scire ad quem ¶ officia transferantur per quem possideantur, & exercentur cum ex hoc totum pendeat negotium. *Giurb. conf. 36. nu. 3. apud quem multa, & clari iuris est, quod si officialis ele-*

35 ctio ¶ irritatur, vel per mortem electi, vel per aliā causam superuenientem ius eligendi, vel substituendi alium in locum defuncti, remoti vel exclusi ad illum pertinet, qui primēuā electionem fecit, vt perbellè probat idem *Giurb. conf. 65. n. 3. omnino viden-*

non obtemperantibus *Clar. q. 60. nu. 54. & an iussu superioris excuset vide Gutid. Pap. decis. 340. Viu. decis. 394. Rauenn. sing. 304. Petr. ad Capy. decis. 132. & ad Gram. dec. 36. nu. 9. vbi subdit officiales, quando Princeps aliquod iniustum ordinat, debent superedere, & rescribere Principi ex Maran. disp. 1. & Affl. in const. pacis cultum maxime si actus sit retractabilis per tex. not. in l. si vin dicari C. de pen. qui idem dicit in Episcopo videnter literas PP. praiudiciales, & de iussu superioris, quando excuset Foller. vbi sup. in d. prag. sub tit. de Sodom. n. 38.*

N. 10. ibi ¶ ad p̄sidis offitium spe
stat. ¶

42 P̄sidis nomen † generale est, vt per *Nig. in c. regn. quod incip. In forma nu. 7. fo. 199. Schard. in suo lexi. iur. ver. p̄ses fo. 777.* apud quem multa; p̄ter, quę scias, quod
43 P̄ses † prouintię maius imperium habet omnib. post Principē l. 4. ff. de off. p̄sid. D. Reg. Tapp. in rit. de liq. instrum. nu. 14 lib. 3. iur. reg. fol. 239. & habet ius gladij l. illicitas §. qui vniuersas ff. eod. tit. & ex eod. tex. probatur, ei data potestas damnandi in metal- lum, & relegandi l. relegatorum §. 1. ff. de interd. & relegat.

Sed an ipse poterat deportare affirmat *Hotoman. lib. 3. obseru. cap. 12.* Sed ego con- trarium per multa iura tenerē scilicet talē P̄sidem deportare non posse, ita clarē in l. 2. §. 1. ff. de pen. qui tex. cauillari non potest sic in l. inter penas §. 1. ff. de interd. & releg. l. 1. §. 2. ff. de legat. 3. vnde habes limitationem magnā ad Regulā, qui potest magis potest minus, & de P̄sidibus Prouintiarū multa reperies apud *Leonar. in prax. offit. cap. 3.*

44 Qui p̄sides † an semper debeant stare in vno loco, vel visitare Prouintiam, & discurre- re per eam *Affl. in constit. Iustitiarij non per Kalendas Nig. in c. reg. hac edictali nu. 13. fo. 83.* & an sibi debeat providere de alimen- tis *Surd de alimen. tit. 1. q. 65. nu. 1.* & quod

45 habent p̄nes † se Capitaneos Campanę cum sua militum cohorte, & de eorum or- tu *Capibl. prag. 19. nu. 51.* & quod isti Capi- tanei campanę sunt destinati ad persecu- tionem malefactorum, & per ipsorum stipē- dio fuit facta impositio triū granorum pro quolibet foculari *D. Reg. de pont. de pot. pro- reg. tit. de regal. imposit. §. 1. nu. 59.* & an pos-

46 sint P̄sides dare † licentiam deferendi ar-
47 ma, & quid obseruandum † in eorum sin- dicatu *Rouit. in rub. de armis num. 11.* Et an

48 exiliati † qui non possunt residere, vbi resi- det Princeps possit accedere, vbi residet Tribunal P̄sidis, & R. Audientię vide

Capiblan. prag. 7. de Baron. num. 20. & seq.

N. 9. ibi ¶ quo tempore illa prouin- tia erat bannitis, & latronibus vndiq; referta. ¶

49 P̄sides tenētur † bannitis, & latronibus & alijs malis hominibus purgare prouin- tiam, vt p̄batur in l. congruit, & l. p̄ses ff. de offit. p̄sid. *Bart. de Capua in c. regni hac edictali, & ibi Nig. num. 13. fo. 83.* Sed cuius expensis, vide quę dixi sup. ad decis. 15. sub num. 14. Quod etiam extenditur ad Baro- nes, vniuersitates, & eorū officiales ad quos spectat etiam per tex. in d. l. congruit pur- gare loca malis hominibus ad quod com- pelli possunt ad tradita per *Capibl. prag. 19. nu. 35. & seq. de Baro.* & maxime officiales, qui ad id ex necessitate officij tenentur, nam licet tex. loquatur per verbum potest, illud verbum imponit necessitatem prout in l. Gallus ff. de lib. & postb. & ideo si negligentes fuerint tenebūtur de negligentia in syn- dicatu, de quo per *Campa. in c. crescit nu. 18.* & de p̄na ludicis negligentis *Meno. de arb. cas. 341.*

N. 14. ibi ¶ p̄nam capitalem non esse intelligendā de morte naturali. ¶

50 P̄na capitalis † quę dicatur tradit *Clar. q. 67. in prin. fo. mibi 282.* & statutum † de p̄na capitali quando intelligatur de mor- te naturali *Baiard. ad Clar. q. 67. nu. 6. & seq.* omnino videndus.

52 Et an p̄na † vitę ipso iure imposita per prag. vel statutum intelligatur de morte
53 ciuili, cum mors ciuili † idem sit cum p̄na capitali l. iusta ff. de manu. vind. *Padill. in l. transigere nu. 34. C. de transact. & appella-
54 tione p̄næ † capitis intelligitur de ciuili secundum communem, de qua post glo. in l. vn. C. ne Christ. man. testatur post alios Fa-
rin. de delict. & p̄n. q. 19. nu. 13.* de quo latē *Mastrill. decis. 155. nu. 21. & seq.* & an pos-
55 sit cōmutari † p̄na capitalis in publica- tionem bonorum, & quid in Regno in cri- mine lēsa maiestatis, vide *Capy. post And. in Constit. offitia. in decis. 130. nu. 25.*

56 Et quod mors † ciuili, & naturalis æqui- parentur, & quando mortis appellatione comprehendatur ciuili vide per me nota- ta in decis. D. de Franch. 562. nu. 4. & seq. & in decis. 689. quibus adde tradita nouissimē per *Giurb. cons. 65. num. 26. & per Francisc. Mele filium meum in Annot. ad Arnon. Se- liloq. 1. num. 36. cum duob. seqq.*

N. 18. ibi ¶ qui sui discessus rationem reddiderunt ob grauissimæ vxoris infirmitatis repentinum nuntium acceptum, ¶

- 57 Infirmitatis ob impedimentum † an Prorex possit locum tenentem sibi constituere. *Rouit. in rub. de admin. & per qu. pers. seru. n. 13. & quid in casu absentiz necessariz ibi n. 12. & seq. vide D. Regem. Tappia decis. supremi sent. Ital. 9. Nouar. prax. elect. for. sect. 2. q. 7. quarum meminit Ricc. d. collect. 2542. Et de prædictis, & alijs vide Nig. in d. c. Statuimus nu. 7. fo. 181. Carau. d. rit. 7. qui loquuntur in alijs officialibus inferioribus, vt etiã existentibus dictis impedimētis, & alijs causis ibi per eundem Carau. enumeratis semper petant licentiam à superiore.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Huius decis. meminit D. Reg. Costan.
- 2 Vniuersitas quando eligit ararium, Camerlingum, & similes personas quas tenetur dare Baroni tenetur eligere idoneum alias tenetur.
- 3 Baro quando habet facultatem eligendi ararium, & similes personas, & eligit non idoneum mala electio est in culpa, & vniuersitas non tenetur.
- 4 Vniuersitas, qua Syndicum non idoneum eligit sibi imputet.
- 5 Vassallus duplex feudatarius, & burgenfis, & quid sit feudatarius, & burgenfis, & eorum differentia n. 6. & quis eorum possit prorogare iurisdictionem nu. 7.
- 8 Angarie, & perangarie, quid significant habitationes, & de angarijs, & per angarijs.
- 9 Baro quando eligit ararium Camerlingum, et sim. debet eligere iuxta solitum, & qualitatem persone.
- 10 Doctores, & nobiles non debent eligi à Barone ad officia vilia.
- 11 Vassalli feudatarij quatenus equiparentur libertis.
- 12 Vassallus potius libertus, quam seruo equiparatur.
- 13 Vassalli, an dicantur serui, & nu. 15.
- 14 Vassallus de iure Romano quomodo appellatur.
- 15 Vassalli angarij, an dicantur, qui Baroni Camerlingum prestare tenentur.
- 16 Eligens tenetur eligere idoneum alias tenetur ad interessse in foro poli, & in foro fo-

ri, & eligens indignum, an scienter presumatur elegisse.

- 18 Superior scienter eligens inhabilem, an videatur cum illo dispensare.
- 19 Inhabilis electus quam penam incurrat.
- 20 Electio mala est in culpa, etiam si minus idoneus eligatur.
- 21 Electionis inualiditatis pendente controuersia, an interdicatur administratio electo.
- 22 Eligens inhabilem, & non idoneum, an possit iterum eligere.
- 23 Baro eligens officialem exterum, qui deliquit in officio, an teneatur pro illo, & pro mala electione, & an teneatur ad exhibendum d. officialem.

AD DECIS. XXXI.

M Eminit nouissimè huius † decis. D. Reg. Costan. omnino in illius materia videndus in l. 60. C. de decurio. lib. x. vbi hoc idem, quod in hac decis. concludit, prout etiam Capibl. prag. 16. de Baro. nu. 77. vbi quando † vniuersitas eligit personam, quã de iure ipsa tenetur dare, vt Camerlingum, erarium &c. quod tenetur eligere idoneum alias esset obligata in subsidium ad periculũ per l. 1. C. de peri. nom. lib. 10. & inf. nu. 5. Verum quando Baro † habet facultatem eligendi tunc mala electio est in culpa, vt inf. n. 7. & vniuersitas ad nihilum tenetur Nig. in c. 4. reg. 15. & vniuersitas † quæ non idoneum, elegit syndicum sibi imputet Montaner. ad prag. 2. de admin. vniuers. num. 322. & Capiblan. loco cit. refert, & sequitur Thor. in Compend. decis. Reg. in ver. electio officialium hoc est AErarj, vel Camerarij fo. 177.

In prin. ibi ¶ Vassallos burgenfes. ¶

- Pro tyronibus dum hic fit mentio de Vassallo burgenfi sciendum, quod Vassallus † duplex est s3. feudatarius, & burgenfis; Feudatarius est, qui tenet feudum ab aliquo, cuius ipse dicitur Vassallus, & ratione feudi, dicitur illius Vassallus, vt est Baro, ceteriq; dominorum feudi; Burgenfis verò dicitur ratione iurisdictionis, cui subest, vt est Vassallus Baronis, de vtroq; vide And. de Ifern. in c. 1. §. præterquã n. 11. si de inuest. in dom. & Vass. lis oriatur Aff. decis. 304. D. Consil. Rouit. prag. 11. de ord. Iud. nu. 15. fo. 507. & de istis Vassallis burgensib. vide Ann. alleg. 105. Ifern. in Constit. Reg. incip. professantes, & de eis mentionem facit nouissimè D. Reg. Costan. in l. unic. C. vt armor. vsus lib. 11. num. 27. & de differentia † inter Vassallos feudi, & Vassallos burgenfes vide Capibl.

Capibl. de Baronib. pragm. 10. nu. 66. vbi adducet c. in causis §. Vassalli. de pace Cost. & 7 Casy. decis. 262. nu. 14. & quis t eorum possit prorogare iurisdictionem. Idem Capibl. prag. 8. p. 1. nu. 122.

N. 1. ibi ¶ ex forma inuestiturae, quæ fit cum angarijs, & perangariis. ¶

8 Hæ ditiones t angariæ, & perangariæ quid significant, vide *DD. cit. per Petr. add. ad Casy. decis. 168. lit. B. fo. mibi 468. Rouit. pragm. 16. de Baron. num. 1. & seq. vbi multa de istis angarijs, & per angarijs de quibus etiam videndus est Capibl. pragm. 10. de Baro. nu. 55. Frecc. tract. de subfeud. auth. Nouar. ad prag. collect. 39. & an, & quando Vassalli dicantur angarij, & perangarij Amen. ad D. de Franc. decis. 79. nu. 18.*

N. 2. ibi ¶ quod potest Baro eligere in ærarium suum vnum ex vassallis &c. ¶

9 Aduerte quod licet possit Baro t vt hic, eligere vnum ex Vassallis in ærarium tamē tenetur eligere personam iuxta munus, & qualitatem personarum considerare, nam non potest eligere nisi iuxta solitum, veluti doctorem, vel nobilem, cum officium debet iniungi iuxta regionis consuetudinem *l. semper §. legem ff. de iur. immun. vnde nobiles t & doctores eximuntur ab his, vt refert decisum Capibl. de baron. pragm. 16. n. 98. & in prag. 10. & eandem decis. relata d. n. 98. per Capibl. in S. C. refert Thor. in d. ver. electio officialium.*

N. 3. ibi ¶ sicut libertus tenetur patrono suo naturaliter ad præstandum opera &c. ¶

11 Vassalli feudatarij t quatenus æquiparentur libertis docet *And. in c. 1. num. 5. qui mo. feud. amict. D. Consil. Rouit. in rub. de seru. manumiss. nu. 4. fo. 583. multos alios cumulat Capibl. d. prag. 16. n. 49. vbi multa de istis angarijs à nu. 8. Et quod Vassallus t potius æquiparetur liberto, quam seruo Cam. de Curt. in diuers. iur. feud. fo. 8. nu. 44.*

13 Et an Vassalli dicantur t serui vide *Mastru. l. conf. unic. post decis. 100. nu. 2. nu. 50. 51. 52. & 53. Anna in rub. de Vass. decrep. etat. n. 13. & antè. Vide de iure Romano quomodo t appellatur Vassallus R. Pat. Megala in summ. instit. Preg. ver. Vassallus. Schar. d. in*

14 do t appellatur Vassallus *R. Pat. Megala in summ. instit. Preg. ver. Vassallus. Schar. d. in*
15 *lexi. iur. ver. Vassallus. Et quod Vassalli t non dicantur serui Bal. in l. in summa ff. de stat. hom. Et quod à Vassallagijs non possint recedere.*

N. 3. ibi ¶ Quorum postea Baro vnus eligit in Camerlingum. ¶

16 An dicantur Vassalli t angarij qui tenentur dare Camerlingum, ærarium, & exactorem Baroni, quod non quia illa dicuntur muneraria. *Capibl. d. prag. 10. nu. 62. & an hi Vassalli si recedunt alibi habitando possint à Barone cogi, vt veniant ad habitandum, quod non refert decisum Thor. ver. Vassalli angarij fo. 565. Capibl. sing. 14. incip. Barones posse reuocare.*

N. 4. ibi ¶ Si tempore administrationis non fuerunt reperti idonei. ¶

Tenetur quis eligere idoneum, quia nominans t & eligens minus idoneum tenetur ad damna, & interesse, tam in foro poli, quā in foro fori explicat *Capibl. d. pragm. 10. nu. 133. & seq. hinc dicit author nu. seq. quod eligens, & nominans aliquem suo periculo nominat, & an scienter eligendo indignum præsumatur scienter elegisse Bar. & alij in l. si patronus ff. de conf. tut. itaut priuatur potestate alium eligendi D. de pont. conf. 44. nu. 13. vol. 2. et conf. 2. n. 46 vol. 1. de quo, & alijs hanc materiam concernentibus vide nouissimè *Apicell. fil. ad tit. 3. tutam paup. nu. 654. fo. 45. post hæc omnia scripta visus.**

18 Sed quid in superiore t an si scienter eligat inhabilem censeatur, & videatur cum illo dispensare *Casy. decis. 178. nu. 2. vbi nu. 3.*
19 inhabilis t electus ad officia si exerceat inquam penam incidat.

N. 7. ibi ¶ mala electio eligenti est imputanda. ¶

Adde *D. Regen. Constan. in supra cit. l. 60. de decurio lib. 10. nu. 60. vbi dicit quod t non modo mala electio eligenti imputanda verum etiam dicitur esse in culpa, qui minus idoneum eligit per l. quod si nolit §. culpa ff. de adl. edict. cum concord. & quando teneatur minus idoneum eligens Capibl. d. pragm. 10. nu. 33.*

21 Et mala, & inualida t electione facta donec de illa pendeat controuersia, an interdicti debeat administratio electo, quod sic *D. de Franc. decis. 419. cuius meminit Petr. ad Casy. decis. 178. in fin. & in taliter electo vniuersitatis pragm. 2. nu. 43 de admin vniuers. fo. 29. & in ea. pragm. Montanar. n. 362.*

22 Et an eligentes t inhabilem, & non idoneum possint iterum eligere *Loff. de iur. vniuers. p. 1. nu. 103.*

23 Et quid si Baro t eliget officialem, qui deliquit, & fuit exterius, qui non potest eligi officialis, an teneatur pro illo, & ad illum exhiben-

exhibendum vide *T bor. in 2. p. compen. decis. ver. Baro, an teneatur ad exhibitionem fo. 42.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Res quælibet præsumitur libera, et allodialis.
- 2 Castra omnia titulo decorata præsumuntur allodialia.
- 3 Castrum habitatum cum Vassallis licet in Regno præsumatur feudum quaternatum limitatur per And.
- 4 Bona quando potius feudalia præsumantur, quam allodialia.
- 5 Barone possidente feudum, omne, quod possidet intra fines feudi dicitur feudale limitatur nu. 6.
- 7 Feudalia quando præsumuntur prædialia sita in territorio Castri.
- 8 Feudalem rem, an possit testator facere allodiam.
- 9 Feudum quæ augmenta accrescant.
- 10 Castrum quando dicatur de per se, & quando de Comitatu, & membrum illius.
- 11 Castrum, an differat à Villa.
- 12 Castro vendito præsumitur venditæ pertinetia.
- 13 In concessionibus principum veniunt pertinetiæ.
- 14 Adiecta alteri rei loco adiectionis cedere dicuntur.
- 15 Pertinentia, an aliqua sint ad castrum, vel ad Civitatem, destinatio attendenda.
- 16 Destinatione fundorum nomina, & res non natura constituuntur.
- 17 Castro nihil incorporale est deputatum, quod sit eius pertinetia, sed assignatur ab hominibus.
- 18 Pertinetiæ quæ dicantur.
- 19 Pertinentia feudi, quæ dicantur, tam de iure, quam de consuetudine, & an comprehendant titulo particulari quæsitæ.
- 20 Castro vendito veniunt munitiones, armæ, bombardæ, & sim. destinata pro fortalio, et quæ pertinetia dicantur nu. 21.
- 22 Castro vendito, an veniant Molendina aque pascua, Valles, herbagij.
- 23 Palatia adificata in terra, an cedant feudo, & quid de palatio Regio nu. 24.
- 25 Castro concessio, an veniat merum, & mixtum imperium, & iurisdicção aliunde quæsitæ, et an iurisdicção, & territorium, quæ Castro sunt annexa nu. 26. an prædialia Castro adiacentia nu. 28.
- 29 Fundo Vendito veniunt dolia, & quid fundo legato nu. 30.
- 31 Prædialia vendito, an veniant fossæ.
- 32 Vendita continentur alia ad eam pertinetia.

- 33 Domo vendita, vel legata, quæ veniant nu. 34. 36. 37. 40.
- 35 Aedificia continentia iudicantur eodem iure quo principalia.
- 41 Domo legata cum instrumentis, vel domo, et instrumentis, quæ veniant.
- 42 Fundo instructo legato, quæ veniant animalia, & vendita vacca, vel equa, an veniat vitulus, vel pullus.
- 43 Differentia inter venditionem, & legatum fundi, & venditionem, & legatum fundi instructi.
- 44 Differentia non est inter legatum fundi instructi, & legatum fundi cum integro statu.

AD DECIS. XXXII.

In prin. ibi ¶ prætendente Ducissa fabricam prædictam esse burgenfaticam, & non feudalem. ¶

- 1 **A** Dde quælibet res † de sui natura præsumitur libera, & allodialis *And. in c. 1. de controuers. in mascul. & fem. ver. item si sit. Ardizo. in sum. in rub. cui incumb. prob. in ca. feud. Anna. sing. 195. multa iura ad id adducit D. Consil. de Georg. alleg. 10. n. 2. quibus adde DD. in c. 1. §. si verè de mili. Vassal. c. 1. §. callidis de prob. feu. alie. Mascard. de probae. q. 79. Genuen. practicabil. Eccles. et vide omnino Capibl. prag. 11. de baron. n. 53. et prag. 8. p. 1. nu. 32. & seq. ubi multa sese de inibit. c. 5. §. 10. Meno. de præsump. lib. 3. præsump. 90.*

- Vnde dicit Georg. ubi sup. nu. 3. quod receptum est communiter apud Doct. quod
- 2 etiam † castra tit. decorata præsumuntur allodialia refert Cappy. in inuest. ver. feu. allodia, & alij per eum ibi cit. ubi quod licet in regno castrum † habitatum cum vassallis semper præsumatur feudum quaternatum, vt per glo. in constit. iustitiarum nomē, & normam de offit. iustitia. ver. præter in pen. glo. tamen eadem limitatur per And. ibi super ver. de feudis, vt ibi per eum.
- 4 Et quando potius bona † præsumantur feudalia, quàm allodialia Alber. Brun. cōf. 127. vol. 2. ad quæ se remittit D. Consil. Rouit. in rub. de feud. n. 1. qui subdit, quod licet regula sit quod Barone † possidente, quicquid est intra fines feudi præsumatur feudale tamen ista † regula limitatur multis modis, vt ibi per eum, & per Capibl. prag. 11. de Baron. n. 53. & 54. ubi de d. regul. quem Rouit. corruptè allegat prag. 8. nu. 200.
- 7 Et prædialia sita † in territorio Castri, vel terræ quando præsumantur feudalia Meno. lib. 3. præsump. 101. per tot.
- 8 Et an testator † possit rem feudalem facere

K

allo-

allod. & è cōtra Cōf. de Georg. alleg. 50. n. 15

Ante n. 1. ibi ¶ augere pretium, & valorem. ¶

- 9 Quæ augmenta † accrescant feuda *Anna. alleg. 29. Peregr. de fideicom. art. 50. de Curt. diuers. iur. feud. fo. 83. Capibl. d. prag. 8. p. 2. n. 18*

N. 1. ibi ¶ vnicū feudum est, in quo situm est, & fabricatum castrum. ¶

- 10 Castrū † qñ dicatur esse de per se, et quādo de comitatu, et mēbrum illius, vide *D. Conf. Rou. in prag. 1. n. 97. et seq. in tit. de abusu in scribē. subl. fo. 630. et Capibl. prag. 8. p. 1. n. 49.* vbi multos allegat quos consulto non recē
11 seo, & Castrum † an differat à villa *Bar. in l. 1. § siue autem ff. de no. op. num.*

N. 1. ibi ¶ vendita terra venit Castrum in eo ædificatum. ¶

- 12 Vedito † Castro, vel terra, siue oppido psumitur veditæ eorū pntentia *Bar. in l. inter eos ff. de acq. rer. dō. Corset. in sing. in ver. princeps. Melchior. palaez. tra. de maiorat. p. 4. q. 20. col. 1. cū alijs cumulatis per Meno. lib. 3.*
13 præsup. 99. n. 1. & seq. vbi qñ in cōcessionib. † principū contineātur pntentiæ, pbari dicit ex l. si quando la pri. C. de bō. Vacā. lib. 10. ibi (cū adiacentib. & omni iure suo) & rationē
14 adducit, quia quæcunq; alteri rei † adiecta sūt loco adiectionis cedere dicūtur, *l. in rem § si quis, & § quicunq; ff. de rei vend. l. sed et si ex meis § proculus ff. de acq. rer. dom.* de quo vide *pract. papiē. in form. libell. actio. real. ver. cū omni iure, & pertinētis.* Quoties tamē de
15 pertinētis † cōtrouerſia incidit vtrū talis fundus, villa, suburbia casalia, & cœtera sint pertinētia ad castrū, † vel ad Ciuitatem antē omnia destinationē atēdendā dicit *Capibl. prag. 8. p. 2. n. 1. §. nū fundus † fuerit destinatus consuetudine, vel priuilegio ad feudū; de quo videndus Gail. de pace pub. c. 6. n. 29.* destinatione .n. fundorū nomina, & res nō natura constituuntur *l. quod in rerū § si quis ff. de lega. 1. cum alijs per eum ibi cumulatis,*
17 castrū .n. † nil incorporale est deputatū, qñ sit eius pertinēs, ab hominib. tamē, & eorū statutis cūſueuit castrū, vel Ciuitati certum territorium assignari *DD. in c. si Ciuitas de sēt. excom. in 6. & Regis sola destinatione fit Baronia Anna. filius conf. 44. num. 7. & seq.*
18 Quæ aut † dicātur pertinētia docet *Meno. loc. cit. n. 7. et Schard. lex. iur. ver. pntentiæ.*
19 Et feudi pertinētia † quæ sint tā de iure, quā de consuetudine, & an cōprehēdant bona allodiaria tit. particulari quæſita *Cōf. de Georg. alleg. 50. n. 9. & 10. D. Reg. de Pont. cōf. 63. vide Capibl. d. prag. 8. de Baro. p. 2. n. 3.*

N. 2. ibi ¶ & hoc casu veniūt etiam munitiones, quæ sunt ad defensionem Caſtri. ¶

- 20 Quod vedito † caſtro veniunt munitiones, annonæ in illo repositæ, arma, bombardæ, manganellæ, balistæ, catapulſæ, machinæ, & & similia destinata pro fortalicio *Bal. in c. 1. § si quis de manſo. de controu. inueſtit. Luc. de penn. in l. quicunq; C. de fun. limitroph. lib. 1. l. 1. in pralud. feud. col. 8. ver. & per hoc, quod feudū, Cott. in memor. in ver. Caſtro mibi cōceſſo, Gail. de pace publica. lib. c. 6. n. 28. Capibl. in prag. 8. de baron. p. 2. n. 5. & 6. multos cumulat Tiraq. de retra. lign. §. 1. glo. 7. n. 96. & seq. & §. 36. gl. 3. n. 4. Meno. vbi ſup. n. 8. apud*
21 quos reperies vtrum ista † sint pertinētia proximæ, vel remotæ, & an referat si sint diſtinctæ, vel affixæ, & ibi Tiraq. allegat optima iura, quorum miror, qñ hic Author non meminerit, & *Meno. lib. 4. præſup. 154. n. 21.* vbi legato caſtro quid veniat. *Gail. vbi ſup. omnino videndus.*
22 Et an veniant in eiufmodi † venditionib. & cōcessionib. molēdina, aquæ pascua, valles, herbagij, vide *Meno. loc. cit. n. 10. Capibl. d. p. 2. prag. 8. n. 25. & seq. & quid de palatio*
23 † edificato in terra, an cedat feudo *Tiraq. de retra. §. 23. n. 35. Capibl. loc. cit. n. 5. 18. &*
24 quid si ad est palatium † regium in caſtro, an illo cōceſſo cenſeatur, quoq; cōceſſū palatiū regiū vide nouiſſ. *D. Reg. Coſtan. in l. vn. de palat. lib. 1. nu. 1. & 2. fo. 236.*
25 Et an cōceſſo † caſtro veniat merū, & mixtū imperiū, & iuriſdictio aliudē quæſita *D. Reg. Tapp. lib. 2. iur. reg. n. 21. & 27. fo. 133. Georg. alleg. 50. n. 11. Ricc. celled. 2841. 7. p. &*
26 an veniat † iuriſdictio, & territorium, quæ caſtro sūt annexa vide latē *Capibl. d. prag. 8. p. 1. nu. 48. ver. cōceſſo caſtro, & p. 2. n. 3. & 5. Meno. lib. 3. præſum. 97. & 98. post alios per*
28 eos cit. & an † caſtro prædia adiacentia eo. *lib. 3. Meno. præſup. 100. Capibl. d. n. 3. & 5.*

N. 3. ibi ¶ vendito fundo accedere etiam doliā.

- 29 Quod vendito fundo † veniāt etiā doliā illi affixa est *tex. in l. doliā ff. de cōtr. ab. emp. l. granaia l. pen. §. si doliā ff. de act. emp. & integra liter vendito fundo quod veniant ei adiacentia latē Bertazz. de clauſ. inſtr. clauſ. 26. glo. 7. cuius meminit Petr. ad Grā. dec. 97. n. 5. Sed*
30 quid legato † fundo an veniāt doliā negatiuē videtur reſpōdendū ex *tex. in l. Lutiū §. col legio ff. de leg. 3. qui tex. videtur ſupra allegatis paulò antē iurib. aduerſari, niſi dicatur, quod in iſto ſit menda, vt per Tiraq. de retra. §. 1. glo. 7. n. 98. fo. mibi 102.*

Et

31 Et vendito † prædio, an veniant fossæ
Alex. conf. 54. n. 4. vol. 5.

N. 4. ibi ¶ ædibus distractis, vel legatis accedere ea, quæ pars ædium vel propter ædes habentur. ¶

32 In venditione † cuiuslibet rei continentur alia ad eam pertinentia probant *l. fistulas in prin. & l. qui fundū §. i. ff. de con. emp. l. si venditor in fin. & l. Iulianus cum multis seq. ff. de act. emp. Meno. d. præsum. 99. nu. 3.* & propterea dicit Author hic quod distractis ædibus accedunt partes illarum. Hinc

33 vendita † domo venit hortus ad domum paratus sicut camera, cellarium, & alia membra ad domum parata, & seruiencia, quia tota dicitur vna domus, & vnum corpus, sicut manus, pes, & alia membra constituunt

34 vnum corpus. Comprehenditur † etiam appellatione domus ostium ipsius, scala, area, vt ex multis iuribus probat *Reg. Costan. in d. l. vn. C. de palat. lib. 11. nu. 18. fo. 239.* Idque locum habet siue si in vltima voluntate, vt in legato, siue in contractibus, vt per *Io. de Ami. conf. 1. vers. nunc ad propositum cum seq. vbi dicit, quod appellatione domus venit hortus horreum. Sed an veniat porticus. vide eundē Io. de Ami. d. conf. 1. ver. plus dico Reg. Costan. d. l. vn. nu. 19.* vbi latè, & ibi

35 quod ædificia † continentia iudicantur eodem iure quo principalia *l. ædificia l. in continentibus ff. de ver. sig. secus in pœnalibus, vt ibi per eum.*

36 Sed an vendita † domo veniat fistula extra domū, & de alijs ad materiā concernentib. recurrere ad *d. conf. 1. Io. de Ami.* vbi omnia iura circa prædictam materiam coaceruat, ad quæ poteris in occurrenti casu recurrere, & an veniat apoteca, vide *Ricc. collect. 669. vel hortus Gail. vbi sup. nu. 22. & Mysing. cent. 4. obser. 69 nu. 3.*

37 Et quid de † columnis, & alijs affixis domib. vide *Tiraq. post alios per ipsum copiosè citatos d. §. i. nu. 114. fo. mibi 108.*

38 Et aduerte quod vt veniant istæ † columnæ vendita domo debent esse ita affixæ, vt perpetuò sint in loco remansuræ iuxta *tex. in l. Iulianus §. si. cum l. seq. & l. fundus §. labeo ff. de act. emp. ex quo §. labeo. plus dicit Cephal. conf. 92. n. 26. lib. 1. Mysing. cent. 4. obser. 69. n. 3.* quod non sufficit destinatio perpetua, sed quod sint affixæ applumbatæ, vel terra contentum, & sic etiam Castelli Fistulæ, & similia, quia taliter affixæ statutz dicuntur immobilia *l. quaesitum §. papinianis ff. de fun. instr. Cephal. d. conf. 92. n. 10.* ad quæ recurras ibi enim n. 16 habes quod in vèdicatione domus non veniūt conosci, nec transennæ licet sint

positæ in domo, vt ibi perpetuò maneant, & ita refert decisū in *Rot. Flor. de mē. lul. 1578*

39 Sed quod veniāt clauēs † hostij fenestraz, & ferraturæ *Ceph. d. cōf. 92 n. 33. et 34.* & de prædictis omnib. vide *Io. Ludo. conclus. vni. ca. de ver. sig. in 3. tom. com opin. fo. 541.*

40 Et domo † legata, quæ veniant *Meno. lib. 4. præsump. 154 nu. 1. vide D. Regen. Constan. loco cit.* quod domo legata omnia eius additamenta veniant ex *l. prædij quam allegat §. pen. & ff. de leg. 3.* Et quid quando legata

41 tur † domus cum instrumentis, vel domo, & instrumentis *Meno. d. præsump. 154. n. 18.*

N. 10. ibi ¶ qua ratione etiam boves aratorios, & alia ad instructionem fundi parata, & destinata venire. ¶

42 Fundo † instructo legato, an veniant boves, & cetera animalia fundi addicta *Meno. d. præsump. 154. n. 6.* & quid de seruis adscriptitijs *Tiraq. d. §. 1. glo. 7. num. 118 fo. 109.* vbi etiam de bobus, alinis, & alijs, & vèdita vacca, vel equa, an veniat vitulus, & pullus distingue cum *Fab. de Anna. conf. 64. nu. 8.*

N. 12. ibi ¶ secus in fundo simpliciter legato, vel vendito. ¶

Constituit differentiā hic Author n. præced. & in hoc n. 12. inter venditionem † & legatum fundi, & venditionem, & legatum fundi instructi. De materia vide omnino *Meno. d. præsump. 154.* vbi distinguit plures casus, & ex illis casib. colliges facillimè differētiam hic ab authore positam, & præsertim in *prin. & nu. 14.* & alijs ex diuersitate casuum per eum congestorum.

44 Sed an sint diuersa † legare fundum instructum, & fundum cum integro statu, quod non *Georg. alleg. 50. nu. 24.*

N. 14. ibi ¶ conseruandi fructus gratia veluti granaria. ¶

45 Vide *Io. de Ami. † d. conf. 1. vers. nunc ad propositum. Meno. d. præsump. 154. lib. 4. nu. 10. vsq. ad nu. 14. præsertim nu. 13.*

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Annus à quo tempore incipiat.
- 2 Annus incip. à primo die Ianuarij ex *Reg. Prag. Com de Lemos.*
- 3 Indictio quid sit.
- 4 Indictiones à Romanis quare instituta, & quando incipiant.

K 2 Fru-

- 5 *Fructus feudi ad quem spectent mortuo seu datario post Kalen. Martij.*
- 6 *§. His consequenter . . . materia.*
- 7 *Feudales consuetudines fuisse approbatas, & toleratas per usum sufficit.*
- 8 *Feudalia iura qui dicunt in se non continere rationem sunt bestia.*
- 9 *Anni mores diuersarum regionum, qui tractent.*
- 10 *Annus quoduplex sit.*
- 11 *Annus quod constat ex diebus 365. ubi probatur.*
- 12 *Anni quando fit mentio intelligitur de utili.*
- 13 *Annus Romuli fuit 10. mensum.*

AD DECIS. XXXIII.

AD hanc decif. vide tradita per D. Marchionem Belmontis Reg. Tapp. in c. Regni electionem lib. 2. iur. Reg. fo. 106. vbi de casu huius decisionis Ricc. collect. 3089. ver. dubium tamen est. & cum in ea tuerit dubitatum à quo tempore sit computandus annus † respectu fructuum, qui inter hæredes diuidendi sunt, & æstimandi mortuo feudatario de anno, & à quo tempore incipiat vide Reg. Consiliar. Theodor. alleg. 21. apud quæ multa reperies in materia huius decif. & D. Rouit. prag. 4. de feud. nu. 88. And. in §. his consequenter col. pen. tit. hic finitur lex cuius meminit Amen. ad decif. D. de Franch. 19. nu. 3. & 13. & extra materiam decif. quādo annus incipiat vide nouissimè Gait. in tract. de credit. c. 3. tit. primo nu. 140. Capibl. in prag. 5. de Baron. nu. 29. vbi nu. 31. quod annus incipiat à media nocte, vel ab aurora.

N. 1. ibi ¶ à die primo Septemb. ¶
2 In multis locis † Apuliz annus incipiebat à primo die Septembris, & in alijs locis Regni, vt testatur Theodor. d. alleg. 21. num. 7. & ibi quia mundus fuit creatus de mense Septembris, sed hodie ad tollendas varias computationes ex quibus iurgia oriebantur prouisum per Reg. Pragmat. Com. Lemos recolendæ memoriæ, quod annus in omnibus Regni partibus inciperet à die primo Ianuarij meminit ibi Capibl. & Theodor. paulò antè cit.

N. 2. ibi ¶ annum sumi posse ab indictione, ¶
3 Indictio † quid sit vide Altimon. in prax. liquidat. Instrumen. vers. in publicam formam numer. 9. & sequen. sum. Roland. apud quem multa de indictione reperies fo. 517.

Sebard. in suo lexi. iur. in ver. indictio. Gait. d. tract. de credi. qui nouissimè alios refert c. 3. tit. 1. nu. 153. post hæc scripta visus, & quod indictiones † olim à Romanis fuerunt institutæ maximè ad cauendum errorem, qui de temporibus eorumq; calculo nasci poterat, dum anni fortè medio Princeps aliquis Romanus interibat moxque alius existeret eruditissimè tradit more suo D. Ant. Contius lib. 1. lect. iur. ciu. cap. 7. præsertim num. 5.

N. 2. ibi ¶ quæ incipit in mē. Septembris.

Annus indictionis, quod apud multos incipiat à mē. Septembris vltra sup. cit. Hostien. in rub. de fid. instr. col. 3. nu. 4. Affl. in §. his consequenter hic finitur lex. nu. 1. Theodor. d. alleg. 21. nu. 8.

N. 5. ibi ¶ decedente feudatario ante Kalen. Martij. ¶

Sed quid mortuo feudatario post Kalen. Martij † ad quem spectent fructus ad hæredes Vassalli, vel ad dominum vide D. de Franch. decif. 572. vbi addidi. Anna fil. conf. 173. Morot conf. 12. Surd. de alim. tit. 7. q. 14. nu. 34. Cost. de portio. Rat. q. 87. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 5. nu. 14. Cappy. ver. feudorum fructus Thor. in compen. decif. ver. fructus feudi D. Rouit. prag. 4. de feud. nu. 88. Capibl. d. prag. 5. de Baron. n. 36. D. de Pont. decif. 12. & conf. 49. 2. tom. & in lect. feudor. lect. 14. nu. 39. Gail. lib. 2. obser. 154. nu. 1. Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. c. 11. D. Reg. Tapp. in d. cap. Reg. electionem sub tit. de offit. in Regn. Constit. in fin. lib. 2. iur. Reg. fo. 106. Ricc. nouissimè add. ad decif. D. de Franch. 572. Viscò. in addition. ad decif. eiusdem Domini 19. & in concl. incip. fructus feudi fo. 105. qui inferunt ad multa, & qui fructus diuidendi iux. §. his consequenter omninò Fab. de Anna conf. 20. vbi quod d. §. intelligitur de fructibus industrialib. probat ex multis Peregr. in tra. de fideicom. art. 49. nu. 108. fo. 278.

N. 10. ibi ¶ & de tex. in §. his consequenter nulla fuit habita ratio. ¶

6 De isto tex. † vide latè D. Consil. Rouit. d. prag. 4. nu. . de feud. D. Reg. Tapp. in d. cap. electionem, & nouiss. Scipionem Theodor. alleg. 21. nu. 21. & seq. multos cumulat Anna. d. conf. 20. nu. 43.

N. 10. ibi ¶ quia nullam ille tex. in se continet rationem. ¶

7 Satis est cōsuetudines † feudales esse approbatas, & toleratas per usum licet nō habeāt omni-

omnimodam rationem *Bal. & Aluarot. hic cit. n. 11. in c. vn. de feud. cogn. & esse bestias illos* † qui dicunt iura feudalia in se non habere rationem *Capy. in c. imperialem fo. 4. quos adducit Viscon. in add. ad dict. D. de Franch. decis. 19. apud quem multa reperies in materia huius decis. & apud Theod. d. alleg. 21. nu. 3. & seq.*

N. 12. ibi ¶ annus & si multipliciter sumitur secundum varios regionis mores. ¶

9 Mores diuersarum † nationum circa annum recēsentur à *D. Regen. Tapp. loco cit. seu seu maus ab V. I. D. Reg. Consil. Io. Bap. Meliore*, qui fuit Aduocatus in causa præsentis decis. cuius esse labores testatur *D. Regens ibi*, & si cupis mores totius mundi legere, circa annum incipiendum, & terminos varios illius adeas *Schard. in suo lexi. iur. ver. Annus, & Pelliccia ad consue. Auerfan. cap. 9. nu. 185. & seq. Escobar. de ratiocin. computatio. 21. nu. 1. & seq.*

N. 12. ibi ¶ aut enim est naturalis, & legalis, aut industrialis, seu communis. ¶

10 Quotuplex † sit annus vide *Luc. de penn. in l. suæ C. de exact. tribut. quem refert Capib. prag. 5. de baro. num. 28. vbi de anno vsuali, ceremoniali, naturali, & emergenti, & de emergenti loquitur D. de Franch. decis. 306. vide Bertaz. de claus. glo. 4. claus. 1. Pelliccia vbi sup. & Escobar. loco cit. num. 4. & seq.*

N. 12. ibi ¶ constat indifferenter, ex tercentum sexaginta quinque diebus, & sex horis. ¶

11 Annus † quod constet ex 365. diebus ultimo tex. hic alleg. est tex. in *l. ita vulneratus §. estimationem ff. ad l. aquil. glo. in l. 3. §. minorem ff. de min. Capib. d. prag. 5. nu. 23. vbi nu. seq. de anno bisextili Pelliccia vbi sup. & Escobar. d. computatio. 21. nu. 3. Et cū* 13 Iuriscons. dicunt de anno † quod intelligitur de vtili, qui constat ex diebus 365. *Anto. Gouean. lib. 1. lect. iur. var. cap. 10.* 13 Et quod annus † Romuli fuit decem mēsum vide *Iacob. Reuard. lib. 1. iur. ambiguit. c. 20. nu. 8. Pelliccia vbi sup.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Nix est in fructu.
- 2 Nivem vendentes si pro venditione fructuum debetur gabella debent soluere gabellam.
- 3 Manna quæ de celo cadit est in fructu, tam quæ est de frondibus, quam de corpore n. 4.
- 5 Frondes arborum sunt in fructu.
- 6 Fructus feudi, an sint feudales, & an possint vendi absq; assensu.
- 7 Fructus nomen generis est, & quæ contineat in genere sumptum hoc nomen.
- 8 Fructus propriè qui dicatur.
- 9 Fructus unde dicitur.
- 10 Vsfufruarius non habet id quod in fundo non renascitur.
- 11 Obuentionum verbo, quæ contineantur, & num. 16.
- 12 Obuentiones quomodo à fructu differant, & num. 15.
- 13 Fructus verbum, redditus pro ventus obuentiones, & emolumentum quid importent.
- 14 Fructus ab obuentione differt, & quandoq; vnum pro alio accipi.
- 17 Venationes piscationes aucupia, an sint fructus.
- 18 Venatio in fructu est.
- 19 Fructus piscationis publicus nisi adstet ius prohibendi.
- 20 Flumina, & maria publica.
- 21 Rota per quam ducetur aqua in fructu.
- 22 Fructus licet non perfecti fructus dicimus exemplum in Oliua, feno, & vindemia.
- 23 Aqua est in fructu.
- 24 Aqua vbi venditur alimentorum appellatione venit.
- 25 Aqua unde dicitur.
- 26 Aqua nascent in fundo priuato est Domini fundi, & potest diuertere, & alienari in præiudicium inferioris etiam si per mille annos non diuertit à suo cursu.
- 27 Palea est in fructu.
- 28 Nuzzoli, siuè nuclei, qui percipiuntur ex trituratione Oliuarum sunt fructus, & 30.
- 29 Barones solent habere ius nuzzoli, & an nuzzoli possint esse feudales nu. 30.
- 31 Fructus appellatione quid contineatur.
- 32 Fructus an contineatur sub vocabuli vsus fructus.
- 33 Fructus an veniat sub nomine interesse, & nu. 34.
- 35 Fructus si veniant uti fructus, vel uti interesse differentia est.
- 36 Fructus appellatione, an veniat vsura.
- 37 Salaria fructus ciuiles dicuntur, & quare fructus ciuiles dicantur.

- 38 *Præsentatio, & collatio est in fructu.*
 39 *Officiales eligere, & nominare fructus est.*
 40 *Opera seruorum, an sint in fructu.*
 41 *Fructus nomine quid contineatur in seruis.*
 42 *Opere hominis in fructu sunt.*
 43 *Fructus intelliguntur deductis expensis.*
 44 *Mercedes magistrorum, & fabrorum sunt in fructu. an salaria, officialium, & distributiones quotidianæ.*
 45 *Lac, pilus, & lana sunt fructus, & quomodo appellantur, & an sint naturales, vel industriales.*
 46 *Caseus, an sit fructus.*
 47 *Agni, vituli, & badi, an sint in fructu, & pertineant ad usufructuarium.*
 48 *Examina apium, an sint in fructu.*
 49 *Vestimenta non sunt in fructu.*
 50 *Partus ancilla, an sit in fructu, & 55.*
 51 *Redditus quid sit, & de differentia inter fructum, & redditum 52. est nomen generale 54.*
 53 *Fructus omnis consistit in redditu non e contra.*
 56 *Vectura bestiarum, & nauium sunt in fructu.*
 53 *Vectura nauium nautum appellatur.*
 58 *Nautum extenditur etiam ad vecturas iumentorum, & operas seruorum.*
 59 *Lapidicini, argenti fodini sunt in fructu.*
 60 *Mina auri, argenti, sulphuris, aris, plumbi, & ferri sunt in fructu.*
 61 *Marmor, quod renascitur in Gallia, & Asia est in fructu, sed cum distinctione.*
 62 *Vene auri, & argenti, an sint in fructu, & quando ad Regem, & quando ad priuatum perueniant.*
 63 *Lapides, ut marmor, porfidi, & similes sunt fructus naturales si in fundo priuato reperiantur, & quid de pipernis, & camentis nu. 64.*
 65 *Lapides, qui non manu hominum excisi sunt, sed ceciderunt, an veniant in concessione cedendi cements, & pipernos.*
 66 *Saline, an sint in fructu. Sunt de regalibus pertinent ad Principem etiam quod in feudis, & fundis priuatis reperiantur.*
 67 *Salina reperta in fundo priuato, an sint fisci, vel aliqua pars domino fundi detur.*
 68 *Salina publice a priuatis de iure communis distinguuntur.*
 69 *Salina Regi in apulia sunt ex aqua maris prope Barolum, & sunt maximi Redditi Regi.*
 70 *Protocolli, quod reddunt, an dicatur fructus, & an uxor relicta usufructuaria habebit talia emolumenta.*
 71 *Exemplum unum ex protocollo sumi potest, & non aliud nisi ex magna causa.*
 72 *Tesaurus quid sit.*
 73 *Tesaurus improprie dicitur si reperitur pecunia cuius depositionis memoria extat.*
 74 *Tesaurus, an consistat solum in pecunia, vel in alijs speciebus.*
 75 *Tesaurus cuius sit si reperiatur in fundo priuati.*
 76 *Tesauri de inuentione R. C. cognoscit.*
 77 *In inuentione Tesauri officialis non debet procedere ad capturam persone nisi certiorato Rege.*
 78 *Differentia inter Tesaurum, et venam auri.*
 79 *Arbores cedua in usufructu veniunt, secus si non essent cedua, & magna.*
 80 *Sylua cedua, quæ sit, qualiter eius arbores excidi possint, & quæ dicantur arbores cremiales.*
 81 *Arbores vi. ventorum Eualse ad quem spectent ad Dominum, vel ad conductorem, & an istæ arbores sint in fructu 82.*
 83 *Proventus, an pene sunt fructus iurisdictionis, quia si non in specie in genere videntur renasci.*
 84 *Proventus non sunt sicuti ceteri fructus certi, & naturales unde potius obuentiones vocantur.*
 85 *Confiscationes bonorum sunt fructus iurisdictionis.*
 86 *Proventus pertinent ad eum, qui iurisdictionem exercet.*
 87 *Proventus, & penas, an restituere teneatur maritus, qui habet castrum in dotem.*
 88 *Proventus ad quos pertineant, quod tempus inspiciendum, & quid in conductoribus talium penarum 89.*
 Et an prouentuum appellatione veniant commutationes penarum.
 90 *Fructus alij naturales, alij industriales, alij ciuiles, & qui sint.*
 91 *Fructus naturales qui.*
 92 *Industriales qui.*
 93 *Oliua, & vna qui fructus sint naturales, vel industriales ponitur opin. Authoris.*
 94 *Fructus ciuiles, qui & quomodo differunt ab industrialibus, & naturalibus.*
 95 *Niuis vsus, an noceat, vel profit humano corpori.*

AD DECIS. XXXIV.

HÆc est notabilis decisio, cuius nouissimè tempore, quo additiones istæ erant sub prelo meminisse Rendell. in nouiss. tract. de Pascuis forestis, & Aquis 1. p. cap. ult. fol. 55. vers. quid dicendum de niue, vbi ad hanc decis. addendum ait Senec. lib. 4. q. nat. 13. & ult. cap. in fin. d. libri.

In

In princ. ibi ¶ an nix de cēlo cadens sit in fructu. ¶

- 1 Nix est † in fructu, quia colligitur, quaritur, & conseruatur, pro ut quaruntur, & conseruantur fructus *l. si à patre §. fructus ff. de pet. hered.*
- 2 Et si pro venditione † fructuum debetur gabella, an vendentes niuem soluere debeant gabellam vide *Guttierrez. de Gabell. q. 35. nu. 33.*
- 3 Et an manna † quæ de cēlo cadit, & in medicamentis vtimur augeat fructus feudi dicerem, quod sic per rationes adductas in hac decis. quæ sicut in niue sic militant in manna.
- 4 Quid in manna † quæ vocatur de corpore, quæ nascitur ex arborum incisione, dic idem, quia hæc est magis certa, quam illa, quæ cadit de cēlo.
- 5 Et de frondibus † arborum vide *Pascal de vir. patr. pot. p. 1. c. 3. nu. 122.*

Ibid. ibi ¶ & quod sit in fructu, & augeat fructus, & redditus feudi. ¶

- 6 Sed an fructus † feudi sint feudales, quod non sed burgenfatici *D. de Franch. decis. 18. num. 10. Paris. de reinteg. feud. in rub. de fini. feud. cap. nunc videndum nu. 20. quem adducit Thor. in 2. p. compen. decis. Reg. ver. electio facta per Clericum col. 1. circa med. fo. 177. Frecc. tra. de subfeud. lib. 2. 6. lim. n. 64. Surd. in tract. de alimen. tit. 4. q. 10. nu. 26. Gratian. lib. 1. discep. foren. cap. 42. Camer. in c. imperiali D. Confil. Rouit. in pragm. 4. n. 54. de feud. alios cumulat Viscon. in concl. sua incip. exequutio sententia lata fo. 77. vbi an isti fructus possint vendi absq; assensu, & Meno. de arbit. cas. 560. col. 1. & 2. alios adducit Thor. d. ver. electio. qui idem dicit de fructibus beneficii.*

N. 1. ibi ¶ quicquid ex re, vel propter rem ad nos peruenit fructus dicitur. ¶

- 7 Adde quod fructus † nomen generis est; adeo quod fructus quandoq; dicuntur, quod ad vsum hominis paratum est, vt in *l. in fructu ff. de usus. Pract. pap. in form. libell. in actio. real. in ver. simul cum fructibus Carocc. de locat. q. 10. nu. 50. fo. 248. Ideo eo nomine significatur ea omnia, quæ in terra gignuntur, vt sunt fruges. Item refertur hoc nomen generale ad omnem rei corporalis, & incorporalis prouentum; vnde merces rerum, quæ locari solent, & omnes res, ex quibus commodum, & emolumentum ali- quod percipitur fructuum nomen obti-*

nent *l. videamus l. ultima ff. de usur. & l. mercedes, & l. ancillarum ff. de pet. hered. vel pensiones à colonis, vel inquilinis perceptæ, operæ seruorum, vecturæ nauium, vel iumentorum. omnes item actiones, & iura, & alia vt per Azor. in sum. 3. p. lib. 4. c. 2. ver. 4. quaritur fo. 224. de quibus inf. suo oportuno loco dicemus.*

Sed an fructus appellatione veniant spolia, & morticia de quibus per *Boer. decis. 224. vide Gallupp. in sua recen. prax. S. C. c. 1. nu. 24. & an distributiones quotidianæ Ricc. collect. 1451. Escobar. infr. cit. nu. 44. Couar. lib. 3. var. resol. c. 13. nu. 1. Viu. com. opin. 194. in prin. Viscon. in concl. incip. distributiones quotidiana versus finem.*

- 8 Propriè tamen fructus † dicitur, qui ex corpore rei singulis annis percipitur *l. usura 118. ff. de verb. signif. quod ergo non renascitur, & non reproducitur fructus propriè dici non potest, & inter fructus non connumeratur Barbof. in l. diuortio §. si vir. num. 4. & 36. ff. sol. matr. fo. 523. glo. in l. si ex lapidicinis 33. ff. de iur. dot. Amen. ad decis. D. de Franch. 172. nu. 5. & 6. vide Escobar. de ratiocin. c. 29. nu. 4.*
- 9 Dicitur autem fructus † à ferendo, siue potius à fruendo quasi quod rebus, quas fundus fecit, & quæ in fundo seruntur fruamur. *Conna. lib. 4. c. 1. nu. 2. Ideo fructus emolumentum ex fundo est l. item §. 1. ff. de usufr. & ex corpore natum l. usura ff. de ver. sig. quod inde percipi, & renasci potest d. l. diuortio §. si vir.*

N. 2. ibi ¶ legato usufructu quicquid redditus est ad usufructuarium pertinet. ¶

- 10 Intelligas, & de redditu † qui renascitur, nam in usufructu non continetur id, quod in fundo non renascitur, vt in *d. l. diuortio §. si fundum, & §. si utr. ff. sol. matr. quare lapis qui non renascitur non est in usufructu, cum usufructum dicimus quicquid in fundo nascitur, & quicquid inde percipi potest Azor. optimè explicat in d. 3. p. suæ sum. c. 26. ver. 3. quaritur, vbi de rebus, quæ pertinent, vel non pertinent ad usufructuarium fo. 83.*

N. 2. ibi ¶ quæcunq; obuentiones.

- 11 Hoc verbum † obuentiones comprehendit omnia, quæ ex facto hominis proueniunt *c. vbi maius §. prouisiones de elect. in 6. Clem. statutum eo. tit. l. obuenire ff. de ver. sig. glo. in l. 1. §. exercitorem ff. de exercito. c. presenti §. porro de off. delega. & vide Boer. decis. 224. vbi quid obuentionis nomine veniat, quem citat ad hoc Petr. ad Gram. decis. 46. num. 1. & dif-*

- 12 differunt à fructu † quia propriè fructus percipitur ex re, vt supra diximus, vt frumētum ex prædio, obuentiones propter rem, vt pensiones ex domo locata, vt per Alber. in l. usufructu legato in prin. ff. de usufr. Carocc. de loca. f. 248. nu. 54. apud quem ibi à num. 50. vsq. ad fin. reperies quid importet
- 13 verbum † fructus quid verbum redditus, quid, verbum prouentus, quid verb. obuentiones, & quid verbum † emolumentum, & quomodo inter se differant, & vnum pro alio quandoq; accipiatur in iure. De differētia † tamen inter obuentiones, & fructus ultra Alber. loco cit. vide las. in l. si urbana n. 6. ff. de cōdit. indeb. & q. obuentiones † significant, quæ vel ex ipso rei corpore, vel hominis industria accedunt veluti mercedes, pensionesq; ex locationibus prædiorum urbanorum debitas, vecturas iumentorū nauulorū nauū l. 1. §. exercitatores. ff. de instit. l. 7. ff. de usufr. l. 34. ff. de usur. l. 5. §. non passim ff. de reb. cor., quamuis fructus, redditus, obuentiones, vt plurimum eadem significatione, appellantur. Idem & dicendum de verbo proventus, quia nomē generale est de quo per Caspan. consue. Burg. tit. des droit ven. à faire les faciles §. 17. nu. 28. Petr. vbi sup.

N. 5. ibi ¶ Venationes, piscationes, & aucupia in fructu esse. ¶

- Venationis, & aucupij differentiam ponit eruditissimè Gail. de pigno. obser. 24. nu. 4. D. Rouit. prag. 1. de aucup. & venat. nu. 2. vbi etiam multa tradit de venatione. Adde, Azor. in sum. d. p. 3. tit. quid nam usufructus
- 17 cōtineat fo. 84. qui ait quod aucupia † venationes, & piscationes sunt fructus fundi, quando fructus fundi ex his constat, secus
- 18 si ex his non constat, & quod venatio † sit in fructu Maynard. decis. 39. quem refert Nouar. ad prag. collect. 27. in fin. Fructus
- 19 tamen † piscationis publicus est sicut flumina, & maria † sunt publica, & ipsius Regis, nisi adsit ius prohibendi legitima præscriptione quæ situm Ann. alleg. 79. & sing. 35. Aff. decis. 140. quorum, & aliorum meminit Amen. ad decis. D. de Franch. 183. in prin. de quo etiam per Capibl. prag. 14. nu. 31. & seq. Rouit. vbi sup. n. 4. & seq. & quando Principes possint prohibere venationes, & piscationes vide D. de Franch. decis. 158. & ibi adden.

N. 7. ibi ¶ rota per quam trahitur aqua. ¶

- 21 Adde doctrinis adductis † hic per authorem loquentibus de rota qua trahitur aqua tex. in l. 2. ff. com. prad.

N. 8. ibi ¶ etiam oliuam, & si immatura lecta sit. ¶

mand. & l. semper ff. de reg. iur. ubi Det. nu. 2. Ioseph Ludo. decis. Perus. 9. nu. 23. in fin. Peregr. in tract. de fideicom. art. 52. n. 11. fo. 300. verum in exigentibus scripturam consensus ex sola praesentia, sicuti ex sola patientia non inducitur, & quae talia sint *Mars. sing. 330. Petr. ab Gram. decis. 59. nu. 8.* Sicuti ex aduerso † non praesumitur consentire si actus ille tendit in praedictum praesentis, & tacentis probat *Meno. ubi sup. nu. 10. & 24. Masc. de probat. concl. 1210. & 1218. nu. 30. vol. 3. Viu. decis. 17. nu. 15. & decis. 23. col. fin. Surd. decis. 302. nu. 5. Camer. cons. vn. nu. 24. inter consil. Card. Zabarel. Morot. cons. 78. n. 3. novissime Viscon. concl. decis. incip. praesens in aliquo actu, & in concl. Tacens, qui alios allegat, secus si de modico † praedictio agitur *Med. reg. 5. incip. pr. sens habetur 2. tom. regul. fo. 22.* & quod quando agitur de bono honorabili praesens praesumatur consentire *Gait. de cred. c. 2. tit. 3. nu. 742. Escobar. de ratiocin. c. 27. nu. 49.**

8 Et quando praesens † & tacens praesumatur consentire late *Meno. lib. 6. presump. 99.* ubi multos ad hoc citat, quibus adde alios cit. per *Petr. ad Gram. decis. 59. à nu. 9.* & vide nonnulla posita per *Gait. in tra. de cred. c. 2. tit. 3. nu. 741. & seq. fo. 46. Carocc. de loca. ver. praesens.*

9 Sed an consensus † praestitus alicui actui faciat consentienti perdere iura, & actiones. *Viscon. in concl. incip. consensus, Peregr. ubi sup. Gait. ubi sup. n. 760. & seq.* & quid si creditor fuit praesens, & adhibitus testis in contractu venditionis rei sibi obligatae, & se subscripserit in dicto contractu, an sibi praedictio inducatur, & in quo vide *tex. in l. causi ff. de pig. act. & l. sicut §. voluntate ff. qui mo. pig. vel hypo. & ibi D. & alios noviss. adductos per Thor. in 2. p. Comp. decis. Reg. ver. contractus emptionis 3. col. ver. sed videns Isabella usq. in fin. fo. 10.* & an talis consentiens repellatur exceptione cedendarum *Gratia. decis. 215. nu. 15.*

N. 3. ibi ¶ qui postmodum scientiam, & notitiam habuerit, nam sola scientia sufficit. ¶

10 Adde quod quando tractatur † de lucro, seu amissione iuris sufficit etiam probatio praesumpta scientiae *Mohed. decis. 160. de probatio. in fi. Pute. decis. 6 de probat.* & ita dictum in *Rot. Rom. in vna Curgen. Abbatis de foncea die 7. Februarij 1569.* Coram Cantuccio testatur. *Ricc. collect. 1959.*

N. 4. ibi ¶ praesumitur scientia, & acceptatio, ita ut amplius reuocari non possit ¶

O 2 Adde

11 Adde quod consensus ubi requiritur sufficit presumptus *Barbos. in l. nu. 29. ff. sol. matr. fo. 373.* Et si debuit probari per instrumentum.

N. 5. ibi ¶ quia ex coniunctione sanguinis presumitur scientia. ¶

12 Coniunctus ¶ quoniam presumatur habere scientiam à coniuncto gestorum, vide *Meno. hic alleg. n. 9.* licet falsò quia non debuit allegari lib. 6. *presump. 23. sed lib. 6. presump. 24. per tot.*

N. 10. ibi ¶ coniunctus presumitur scire facta coniuncti. ¶

Adde ultra *Duc. ¶ reg. 225. incip. coniunctus* & *Socc. reg. 98. hic cit. Meno. d. presump. 24.* & melius lib. 2. *presump. 51. nu. 43.* & 44 et lib. 3. *presump. 124. nu. 27.* ubi habes dilucidè quando coniuncti presumantur scire facta coniuncti *Cachera. dec. 71. nu. 43.* & quis ¶ dicatur coniunctus *d. presump. 124. n. 28.*

N. 11. ibi ¶ regula prædicta procedit quoad mores, iura sanguinis, & diuitias. ¶

14 Quod scientia ¶ inter coniunctos sanguine presumatur quo ad iura sanguinis processuque naturæ, seu ordine agnationis optimè explicat *Paul. Leon. in sollemni rep. l. qui Romæ §. duo fratres nu. 470. ff. de ver. oblig. procedit etiam in alijs casib. enarratis per Farin. in tract. de testib. q. 70. à n. 164.* qui prædictos etiam cumulat.

N. 11. ibi ¶ in contractu facto ab aliquo ex vicinis. ¶

15 Sed an testis ¶ qui deponit de contractu, & dicit scire, quia coniunctus, vel vicinus, dicatur reddere bonam rationem sui dicti *Farin. de testib. q. 70. nu. 181. fo. 136.* *Meno. d. presump. d. lib. 6. d. presump. 24. nu. 5.* & 6. qui alios cumulat: & vide *inf. nu. 17.*

N. 12. ibi ¶ in his quæ continet tractum momentaneum, ut est tractus, qui momento expeditur non presumitur scientia, secus in his quæ continent tractum successuum. ¶

Adde omnino ¶ *Meno. d. presump. 24. n. 18.* *Cachera. d. decif. 71. n. 43.* & alios per eum alleg. alios cumulat *Farin. d. q. 70. n. 197. fo. 237.* qui nullam fecit mentionem de d. *Cachera. decif.*

N. 13. ibi ¶ depositio testium dicentium contractum non esse factum per coniunctos, quia scit, ut coniunctus, vel vicinus. ¶

17 Testis. ¶ reddens hanc causam scientiæ, quia coniunctus, vel vicinus, in quibus casibus dicitur reddere bonam rationem causæ scientiæ vide *Farin. d. q. 70. n. 164. fo. 235.* & *Meno. d. presump. 24. nu. 7. dixi sup. nu. 15.*

N. 15. ibi ¶ in vno eodemque subiecto concurrere duæ specialitates. ¶

18 Duo ¶ specialia quoniam possint concurrere vide *Maran. de rem. poss. n. 135.* & 143. & alios quos citaui *sup. ad decif. 46. nu. 23.*

N. 20. ibi ¶ quia Notarius stipulatus fuit, & acceptauit pro absente. ¶

19 An Notario ¶ stipulante, & acceptante, pro absente donatario, acquiratur donatario ius irrenocabiliter ante suam rethabitationem vide decisiones inter se repugnantes, alteram *Cacher. 32.* alteram *Tesaur. 70.* & quæ sit verior. *Risc. collect. 43. qui in fin. ex decif. Guid. pap. 49.* dicit dominium rei donatæ absenti, Notario stipulante pro eo in donatarium transit, ex quo tanto magis procedit decisio ista. Tu vide nouissimè *Apicell. alleg. 9. n. 28.* quando queratur actio absenti per Notarium pro eo stipulantem, & ibi, quid si ante ratificationem contraxit alius cum hypoteca *n. seq.* post hæc scripta completa visus, & nouissimè *Gait. in tra. de cred. c. 4. quesit. 7. nu. 819. fo. 350.* ubi cumulando omnes decif. & D ex magis communi tenet donationem esse irreuocabile, & ibidem *n. seq.* concludit contra *Negus. & Barba.* & alios ex Notarij stipulatione etiã in constituto suppleri præsentiam partis *n. 823.* post hæc scripta visus, & vide eundem *Gait. eo. c. 4. quesit. 11. num. 1235.* in illa questione si donatarius præferatur creditoribus posterioribus, quamuis hypotecarijs post *Capibl. sing. 1. Pasca. de vi. pa. potest. p. 2. c. 9. n. 45.* quorum dicta ipse longo sermone examinat.

20 Sed quid dicendum in donatione facta pio loco vide *Ioseph Ludo. decif. Perus. 29.* *Capibl. pragmat. 5. nu. 95. de Baron. fo. 122. in ultim. impress.* & nouissimè decisionem relatum cum allegationibus insertis per *Io. Bap. de Thor. in 2. p. Compen. in ver. donatio irrenocabiliter fo. 158.* qui ad manus peruenit tempore quo describebam hoc opus.

21 Et an donatio ¶ facta pauperi absenti valeat *Amen. ad de Franch. decif. 339. n. 5.*

Ioseph Mele.

SV M-



SVMMARIVM.

- 1 Meretrice an possit agere in iudicio, & per iudicem cogi facere virum ad sibi soluendum mercedem, quam promissit, vel solitam. Et quid in foro conscientia nu. 2.
- 3 Meretrici data, an repetantur, & nu. 4.
- 5 Meretrix publica, vel occulta si sit, est differentia.
- 6 Mulier nupta usum sui corporis vendere non potest.
- 7 Meretrix, an licite quassum sui corporis accipiat, & de illo elemosinam faciat, ut sibi proficit.
- 8 Meretrices regulariter non tenentur restituere ea, quae ex meretricio acquisierunt. fallit in multis casibus de quibus sub nu. 9. & seq.
- 10 Persuadere est cogere, & compellere.
- 11 Stuprans virginem blanditijs, & amatorijs verbis perinde punitur, ac si per vim illam cognouisset.
- 12 Mulier, quae accepta pecunia se immiscuit, an dicatur meretrix publica.
- 13 Meretricum Iudex est in Ciuitate Neap.
- 14 Meretrix an dicatur illa, quae habet unum amicum, & nu. 15.
- 16 Meretrix an sit mulier nupta, quae comisit adulterium.
- 17 Stuprans suasionibus, & amatorijs verbis per vim dicitur stuprare. Stupri poena n. 18. 19. & seq. & quid sit, quomodo probetur, & quomodo fiat recognitio virginis.
- 18 Stuprum de nocte commissum cum scalis volente, & consentiente muliere, quae poena puniendum.
- 19 Stuprum regulariter poena mortis non punitur etiam si stuprata esset immatura nu. 20. sed vide nu. 23. & 24.
- 21 Stuprum violentum poena mortis punitur.
- 22 Violentia omne delictum aggrauat, & in specie coitum.
- 23 Consensus nullus potest in puella immatura considerari.
- 24 Stuprans immaturam virginem quae poena puniendus.
- 25 Stuprantis puellam 2. annorum poena.
- 26 Osculantes virgines per vim poena mortis puniuntur, sed vide n. 28. & quod dicta poena habet locum solum in Ciu. Neap nu. 27.
- 29 Mulieres amplexantes causa cognoscendi per vim quae poena puniendi.
- 30 Pueros osculantes quae poena puniendi.
- 31 Pueros stupras per vim punitur poena l. lul. de vi. publ. sicut, & stuprans feminas.
- 32 Puerum rapiens, & concludens, & tormen-

tis affligens quae poena puniatur, & an poena affligatur puer nu. 33.

- 34 Osculum luxuriosum, quod dicatur.
- 35 Mulier an propter osculum, vel tactum mammillarum amittat dotem, & an propter adulterium nu. 36. & an propter osculum consanguinei num. 36.
- 37 Mulierem si quis amplexatur tentans illam per vim cognoscere, sed non deosculatur quae poena puniatur.
- 38 Virginem amplectens in vitam, & acclamantem illius pudicitiam aeternando in strata publica quae poena puniendus.
- 39 Venereos actus committens inter crura, vel alia parte corporis, vel manibus abutendo, & semen mittendo quae poena puniatur.
- 40 Stupra plura committens etiam sine vi quae poena puniatur.
- 41 Stuprata viri potens, an possit cognosci stuprata mediante copula carnali.
- 42 Stuprata mulieris confessioni, an stetur, & quid si mulier dicat se stupratam, & vir neget cui incumbat onus nu. 49. Et de confessione pueri stuprati, quod inditium faciat.
- 48 Stuprator an sub fideiussoribus relaxandus.
- 50 Mulier si dicat violentum fuisse cognitam, sed similasse violentiam pro honore conseruando, an ei credendum.
- 51 Violenter cognoscere quid sit, & quid interest inter violententer cognoscere, & violententer rapere nu. 52.
- 53 Stupratores in S.C. condemnantur ad dotandum.
- 54 Stuprator euitabit penam si mulier post stuprum publice se prostituit.
- 55 Stuprum vetus facit praesumi concubinatum.

AD DECIS. LII.

AD principalem conclusionem huius decis. cuius nouiss. meminit Ricc. collect. 3053, & qua lo. Bap. Thon. registrat in Compen. decis. 1. p. nunc in lucem edito in ver. meretrix, quod potest meretrix agere in iudicio, & per iudicem cogi facere virum ad sibi soluendam mercedem, quam promissit, vel solitam, quae concurrere debeant, breuiter explicat post Isern. in c. uni. quib. mo. feud. amit. n. 11. fo. 31. Grass. lib. 2. aurear. dec. cas. consci. hic cit. per Autho. n. 3. ubi quid in foro conscientiae, an confessarius possit cogere ad soluendum meretrici promissum, de quo etiam per Nauar. in manual. cap. 17. ver. quinto. & quarto.

N. 2. ibi quic opin. accedit Isern. Adde D. Conf. Rouit. qui se remittit in hoc etiam ad Isern. hic cit. in rub. de meretricibus n. 2.

N. 2. ibi ¶ licet si soluatur repeti non potest. ¶

- 3 Meretrici † data an repetantur vide *Amē. ad D. de Franch. decis. 47. nu. 24. Greg. lib. 10. Syntagm. iu. Syntagm. 10. c. 2. nu. 17.* quo loci
4 explicat an datum † meretrici ob turpem causam ipsam repeti possit citat *Menoib. de arbitrar. cas. 535. nu. 24.*

N. 3. ibi ¶ facit differentiam inter meretricem publicam, & occultam. ¶

Istam differentiam † comprobat *Sot. lib. 4. de iustit. & iur. q. 7. art. 1. ad secundum quē citat, & sequitur Graff. vbi sup. nu. 6.*

N. 4. ibi ¶ meretrix domina est sui corporis, & materia vendibilis. ¶

- 6 Intellige de muliere † soluta, nam mulier nupta vsum sui corporis vendere non potest *Megal. instit. Peregr. lib. 1. c. 3. nu. 13.* sed si de facto illud vendat à restitutione excusatur, vt ibi, & inf. post nu. 20.

N. 7. ibi ¶ quia non turpiter accipit. ¶

- 7 An meretrix † licitè accipiat suæ turpitudinis quæstum vide iura. & *D. cumulatō per Pasca. in tra. de iur. patr. potest. p. 2. c. 10. nu. 39. fo. 358.* & an de illo quæstu elemosinam faciens sibi profit *Fusc. sing. 23. Bonacoss. ver. meretrix Amen. ad D. de Franch. decis. 47. nu. 25.*

N. 13. ibi ¶ vbi fraude, & dolo meretrix à fornicario extorserit tunc. n. tenetur ad restitutionem. ¶

- 8 Regulariter meretrices † non tenentur restituere ea, quæ ex meretricio acquisierunt
13. nonnulli contrarium sentiant, de quibus per *Megal. in Compen. instit. Peregr. ver. meretrices, & ver. mulieres.* Fallit tamen hæc
9 regula primo quando † notabile prærium acceperunt ab eis, qui alienare non possunt. Secundo quando vi, dolo, & fraude extorserunt. Tertio non modo quando vi, dolo, & fraude extorserunt, verum etiam quando blanditijs, & illecebris extorserunt de quibus per *Megal. vbi sup.* vbi an teneantur restituere ea quæ à militibus receperunt. Idem quando falsis, & importunis persuasionibus meretrices extorserunt, cuiusmodi enim persuadere † plus est, quam cogere, & compellere
10 *l. 1. § persuadere ff. de seru. corrup. l. 3. § si quis ff. de liber. bom. exhib.* hinc est quod quicquid concurrit in metu reuerentiali, & minis concurrit in eiusmodi præcibus *Te-*

saur. decis. 32. num. 11. Hinc etiam est quod
11 † stuprans virginem blanditijs, & amatorijs verbis perinde punitur, ac si per vim illam cognouisset *Scobar. de ratiocin. c. 19. n. 60.* cuius contrariū videtur dicere *Author. hic post nu. 14. & vide inf. num. 17.*

Quarto si receperit animo fraudandi *Megal. vbi sup. ver. mulier in Compen.*

Quinto si acceperunt à non habentibus ius dadi, quod quomodo intelligatur *Graff. vbi sup. nu. 3 & 10.*

N. 14. ibi ¶ vbi se virginem vendidisset, & asseruisset, cum non esset, à ne mine alio cognosci se patiat, quam ab ipso solo, vel aliquo Magnate tantum. ¶

Hoc idem exemplum affert *Megala, vbi sup. ver. mulieres in Compen. instit. Peregr. 22. lib. 1. c. 3. nu. 17.*

N. 20. ibi ¶ quia meretrix occulta verè meretrix est. ¶

De meretricibus occultis, & publicis solutis, vel maritatis, vide *Megala ver. meretrices. Graff. vbi sup. nu. 6.*

- 12 Sed an mulier † quæ accepta pecunia se immiscuit dicatur meretrix, ita vt dicatur
13 publica, & in eadem Iudex meretricum, qui est in Ciuitate Neap. habeat iurisdictionem vide *D. de Franch. decis. 68. ver. quid autem sit, vide quoq; Nouar. ad prag. collect. 131. n. 149.* Et quid de illa † quæ habet vnum amatum *Triuisan. decis. Venet. 33. col. 3. teneat quod non contra Affl. refert Gallup. p. 2. c. 6. nu. 206. nu. 58. fo. 91. vide Pasca. p. 2. c. 12. num. 2. vide Ricc. collect. 3053. 7. p. vide Carrocc. decis. 124. cuius meminit idem Nouar. vbi sup. num. 7. & quæ dicatur meretrix inf. decis. 56. nu. 7. vbi dixi.*

- 15 Et quod meretrix † dicatur, quæ vni præbuit corpus *Affl. in constit. quæ passim, & in Constit. pateranorum, cuius contrarium sentit Petr. ad Capy. decision. 44. & ad Gram. decis. 111. numer. 6. Amen. in add. ad d. D. de Franch. decis. 68. nu. 13. ex Meno. de arbitrar. cas. 328. & ex Caball. cas. 4. 123. & 171. quib. adde alios cita. per Viscon. in d. decis. 68. ad nu. 2. fo. 14. & per Baiard. ad Clar. q. 24. nu. 97. fo. mibi 149. Nouar. ad prag. collect. 132. qui adducit decis. Ric. 63. p. 1. & Peguer. decis. 30. nonnulla alia dixi sup. ad decis. 5. & dicam inf. ad decis. 56. & an sit meretrix † mulier nupta, quæ adulterium commisit. *Meno. de arb. cas. 535. nu. 6.**

N. 21. ibi ¶ condemnamus stupratores ad dotandum, & dotem arbitramur ex qualitate vtriusq; personæ. ¶

87 De penis stupri, vide Menoch. latiss. de arb. cas. 294. Tesauro. decis. 148. Add. ad Gui. pap. decis. 555. D. de Franch. decis. 333. multa dixi ad eundem D. de Franch. decis. 534. qui ibi distinguit nu. 1. prout etiam distinguit Martia. in suis Digestis decis. 2. tom. ver. stuprum cap. 2. vbi quod aut stuprum est commissum sine vi, & in tali casu pœna est dimidiæ partis bonorum fisco applicandorum, & relegationis iudicis arbitrio si stuprans vir honestus sit, vilis autem, vel infamis fustigatur, vel in exilium mittitur, quod etiam in femina stuprata locum habere dicit. Aut stuprum est violentum, & punitur pœna mortis, quod extendit, vt eadem pœna puniatur stuprum, si non fuerit violentum, & interuenit Lenocinium, precium, blanda verba, suasiones promissiones, & similia adducit Viu. decis. 299. & quidem iure merito, stuprans .n. virginem, blanditijs, & amatorijs verbis perinde punitur, ac si illam per vim cognouisset, vt dixi inf. ad decis. 81. nu. 5. per Munoz. Scobar. in tract. de ratiocin. cap. 19. n. 60. Detian. lib. 8. c. 7. numer. 6. & seq. Petra ad Gram. decis. 22. num. 1. qui de prædictis non meminit, sed vide Capibl. prag. 8. p. 1. n. 331. de Baron. Et supradictâ distinctionē approbat, quoq; Oino. in §. in duplum n. 12. Institut. de actio. vbi subdit de penis legis Mosai- ca ex exod. c. 22. & iuris Canon. contra stuprantes, quæ pœnæ de consuetudine non seruari dicit Clar. in §. stuprum Tesauro. in dec. 3. Sed stuprans tenetur, vel dotare, vel in uxorem ducere actenta qualitate stuprantis, & stupratæ, de quo etiam nouissimè per Petr. in add. ad Gram. 22. n. 1. & quando stuprator teneatur in foro interiori, & exteriori ad dotandum vide inf. nu. 25. & quando debetur dos stupratæ, an statim sit soluenda, vel expectandum sit tempus nuptiarum, vide multas decisio. nouiss. cumulas per Ricc. 7. p. collect. 2710. & quid sit stuprû D. Thom. 1. 2. q. 154. art. 6. & quomodo probetur Meno. cas. 288. Viu. decis. 299. & quomodo probetur virginitas glo. in c. hac imago. 24. q. 5. & quomodo fiat recognitio in probatione stupri Tiraq. de præscrip. fo. 108. in praxi seruatur, quod obstetrices adhibentur, quæ examinatur, & cum iuramento deponunt si puella est virgo, vel stuprata, standum est enim in arte peritis vulg. l. 7. mensis ff. de stat. hom. vide inf. nu. 41.

88 Sed quid si stuprum † fuerit de nocte commissum cum scalis cum consensu mulieris,

& sine vi, recurrendum est ad decis. D. de Franch. 333.

- 19 Regulariter igitur stuprum † non punitur pœna mortis licet contrarium dixerit Dona. fina. lib. 4. regular. prout est tex. in l. si quis aliquid §. qui nō dum ff. de pœn. etiam
- 20 si tractaretur de stupro † commissio in personam virginis immaturæ Balb. dec. 22. dum
- 21 modo cesset vis, quia intercedente † vi, vt supra, dictum est, & habetur in d. decis. D. de Franch. 534. stuprum mortis pœna punitur, & vltra alleg. ibi per D. Præsiden. vide Afff. per eum omissum in hanc opin. inclinantē in Constit. si quis rapere num. 16. ver. septimò quero. Boss. in tit. de Coit. dam. & pun. nu. 67.
- 22 & 68. & hoc quia violentia † omne aggruat delictum, & in specie coitû, vt per Bar. in l. 1. ff. de extraord. crim. Gram. conf. 45. Clar. in §. fornicatio in ult. ver. Detian. lib. 8. tract. crim. tit. de Stupr. & coit. viol. num. 2.
- 23 quod tantò magis † procedit in puella immatura in qua nullus consensus considerari potest, & de crimine violentiæ Borrell. in sum decis. p. 2. tit. de appell. nu. 474. fo. 412. sed quod stuprum non præsumitur violentum quando mulier reperitur prægnans Boer. decis. 241. Petr. vbi sup. nu. 4.
- 24 Et de stuprantis † virginem immaturam pœna, vide Thor. in Compen. decis. ver. stuprās virginem, immaturā, Molf. ad consue. Neap. p. 7. q. 2. nu. 23. 2. tom. Memo. de arbitr. cas. 294
- 21 Ricc. collect. 119. vbi de pœna † inflicta minori, qui stuprauit puellam 2. annorum, vbi adducit decis. Rot. Lucen. 7. Quando autem stuprator teneatur, & ad quam pœnam, & quando ad dotandum, & in foro interiori, & exteriori latè explanat Nouar. ad d. D. de Franch. decis. 534. post hæc omnia completa scripta visus.

Et non mirum si stuprantes per vim puniuntur pœna mortis, nam si in Regno nostro per cap. Reg. Rober. incip. vt sine, & per prag. sub tit. de osculan. mulier. disponitur,

26 quod deosculantes † virgines mulieres per vim pœna mortis naturalis puniuntur Viu. decis. 117. quem citat Ricc. collect. 1514. ergo multò magis stuprantes per vim, ita argumentatur, Muscatell. in prax. delict. in gener. tit. de adulte. stupr. & c. nu. 35. & seq. de quo etiam Detian. vbi sup. nu. 8. vbi adducit Afff. decis. 270. & Gram. conf. 48. qui dicit, quod

27 dicta pœna † habet locû in Ciuitate Neap. contra ibi deosculantes, non autem in villis, & eius territorio, refertq; Detia. vbi sup. alios casus decisos alibi, & alias pœnas quibus puniuntur osculantes per vim. Tu autē

28 dicas quod eiusmodi osculantes † mulieres non possunt componi, ut in c. ut sine mortali circa

- circa fin. ver. super his cuius meminit Rou. in prag. 1. de Compos. nu. 2. & quod potest tempus foriudicationis abbreviari, vide quia dixi sup. ad decis. 17. nu. 11. pēnaq; triremiū afficiuntur Ricc. collect. 2. 185. vbi quid in amplexante † mulierem causa cognoscendi*
 29 *per vim, & quid in deosculantibus † pue-*
 30 *ros Meno. cas. 287. de arbitr. Stuprans † n.*
 31 *pueros per vim sicuti feminas incidit in pēnam l. Iul. de vi. publ. l. 3. §. praterea puni-*
 32 *tur ff. ad l. Iul. de vi. publ. Detia. d. lib. 8. c. 5. n. 6. & c. 15. nu. 16. qui extendit, vt d. pēna †*
 33 *locum habeat contra eum, qui puerum rapuit conclusit, & tormentis affixit, vt probatur in leum, qui ff. eo. puer autem stupra-*
 34 *tus † per vim nulla affligitur pēna Ma-*
 35 *strill. decis. 295. nu. 41.*
 36 *Quod autem dicatur osculum † luxuriosum Rou. prag. 1. de osculan. mul. nu. 3. Trui-*
 37 *uisan. decis. 47. lib. 1. Ricc. collect. 17. vbi de materia.*
 38 *Et an mulier † propter tale osculum, vel tactum mammillarum amittat dotem, quod sic Bal. in c. tua de procur. de quo latius videt Diaz. reg. 216. incip. dotem sicut per-*
 39 *dit. in 1. tom. regul. fo. 444. 2. col. & multo † magis propter adulterium in 1. tom. regul. fo. 442. 2. col.*
 Si tamen mulier osculetur à consanguineo non perdit dotem, quam amitteretur, quia præsuntur cor sanguinitatis, & non libidinis causa oscul. tam fuisse *Affl. & Vrsill. decis. 236. & an sit licitum osculum inter Vassallum, & consanguineas domini Rouit. vbi sup. nu. 9.*
 40 *Et quid si quis † amplexatur mulierem tentando illam per vim cognoscere, sed nō osculatur, qua pēna plectetur Rouit. prag. 1. sub tit. de oscul. mulier. nu. 1. fo. 512.*
 41 *Et de eo qui puellam † aliquam amplectitur inuitam, & acclamantem illius pudicitiam attentando in strata publica qua pēna sit affligendus Peguer. decis. 7.*
 42 *Et quā pēna puniatur † is, qui habuit accessum ad aliam committendo plures actus venereos non per vas exterius, sed inter crura, vel alia parte corporis, vel manibus abutendo, & semen mittendo Peguer. decis. 75. vbi in Sodomia quando emittitur semen inter crura.*
 43 *Plura autem supra † committentē etiam sine vi puniendum pēna mortis dicit Thō. Gram. vot. 17. per tot. vbi latē.*
 44 *Sed an viripotens † stuprata possit cognosci mediante copula carnali stupratam, dic quod non, quia potest virgo deflorari absq; eo quod ab homine carnaliter cognoscatur, vt impetuoso mēstrui profluio, &*

alijs quæ testantur Medici, & ita in casu notabili testatur peritissimos medicos confuisse *Marilia. in l. quoties num. 507. C. de rei vend. post suas decis.*

- 45 *Et an stuprata † mulieris confessioni stetur Peguer. decis. 71. Boer. decis. 119. Alex. cōf. 229. vol. 6. vide si faciunt dicta per Farin. pract. crim. tit. de iudit. & tort. q. 43. num. 87. cum seq. vbi tractat vtrum dictum adulterata faciat inditium contra adulterantem, sed quod debent in proposito concurrere alia adminicula Marf. cōf. 28. & quid si fuit visus exire, & fugere Meno. lib. 1. prafu. 89. n. 119. Sed in proposito nostro vide Ricc. collect. 137. vbi an stuprator possit † sub fideiussoribus relaxari, & quis sit iudex cōpetens in causa stupri.*

Et quid de confessione pueri dicentis ab alio stupratum, an talis confessio faciat inditium ad torturam *Novar. ad prag. collect. 163. nu. 14.*

- 46 *Si autem stuprator † neget commississe stuprum, & stuprata asserat, cui incumbat onus? dic neganti Oino. qui alia in materia cumulat in §. in duplum n. 14. & ante instit. de actio. fo. 453. Stuprum autem quādo presumatur coactum, & an credatur mulieri dicenti eam per vim stupratam Mascar. de probat. concl. 181. nu. 34. Farin. q. 43. nu. 94. omninō Capibl. in prag. 8. p. 1. n. 329. & seq. de Baro. fo. 246.*
 47 *Et quid si mulier † cognita diceret se vīo lenter cognitam, sed simulasse violentiam pro honore conseruando, an ei sit credendum. Detia. lib. 8. cap. 15 nu. 18. Et quid sit † violenter cognoscere Detia. lib. 8. c. 7. n. 32. & d. c. 15. in prin. vbi distinguit inter violē-*
 48 *ter † rapere, & violēter cognoscere, & an acclamatio mulieris probet violentiam, & quomodo probetur acclamatio, & de alijs in materia stupri vide Petr. ad Gram. decis. 22. In qua vt redeamus ad dicta per nostrū Authorem hic qui testatur in S. C. condemnari stupratores ad dotandum, Adde Molf. cōf. 30. per tot. tom. 2 Ricc. collect. 23. tu vide Gram. vot. 17. Clar. d. §. Stuprum, Tesauro. d. dec. 3. Viu. decis. 299. Capibl. vbi sup.*
 49 *Sed tam dictam † pēnam, quam aliās euicabunt stupratores si mulier stuprata se deindē publicē prostituit, quia non tenebuntur dotare, neq; in vxorem ducere, quod probat Carocc. decis. 58. per tot. Cancer. lib. 3. var. resolut. c. 11. nu. 251. quos refert, & sequitur Pascal. in tra. de vi. pa. pot. p. 1. c. 5. nu. 40. vbi de ratione, & Farin. cōf. 90. per tot. lib. 1. vide Meno. de arbitr. cas. 288 num. 14. & seq.*
 50 *Et prēdictis sub nocte, quod vetus stuprū † facit*

facit præsumere concubitum Gram.vot.4. sequitur Petr.vbi supr.num.5. qui num.6. subdit, quod potest meretricia vita probari per testes singulares, & per vnum testem nobilem, qui dicat pecuniam dedisse ob copulam ex cons.Gram. 58. & alij per eum cit.ibi.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Testes an, & quando repeti possint, tam in civilibus, quam in criminalibus, & an post publicationem, vel post conclusionem nu.2.
- 3 Testes examinati in vna causa, an possint repeti in alia.
- 4 Testes examinati in iudicio summario, an possint repeti in plenario.
- 5 Testes in iudicio momentaneo faciunt fidem in ordinario.
- 6 Testes examinati in vno iudicio ad vnum finem non prohibentur in quocunq; alio iudicio repeti.
- 7 Testis examinatus in iudicio civili potest repeti in criminali.
- 8 Testes etiam mille non probant absq; citatione, vbi traditur praxis; repetuntur etiam facta publicatione ne delicta remaneant impunita.
- 9 Testes confrontati absq; alia repetitione probant, & ponitur pract. nu.10.
- 11 Testes legitime examinati inter eosdem in iudicio retinenda non faciunt fidem in iudicio recuperanda nisi de nouo repetiti.
- 12 Testes inter alios deponentes non recipiuntur ad probandum primum extremum in rem.c.reintegrande.
- 13 Testes non citati, & audita parte examinati non probant, & vsq; ad quod tempus possint repeti num.14. & quid si fuerant mortui, an probent nu.15.
- 16 Exceptiones multe possunt opponi contra intēntem remed. c.reintegrande de quib, nu.20 & 21.
- 17 Testis, ut probet debet esse iuratus, & in quibus casibus exigatur, vel non exigatur iuramentum nu.18.
- 19 Iudex potest summariam capere informationem ad hoc, ut possit discernere quis lite pendente manutenendus.
- 22 Probationes exactissima, & concludentes requiruntur in iudicio summario c. reintegrande.
- 23 Cardinalium depositio absq; iuramento non

- probat, & quomodo iurent.
- 24 Religiosi iurant in pectore.
 - 25 Iudex circa restitutionem possessionis debet partem audire, & citare, & non procedere de facto, alias dicitur spoliare, & incidit in penam l. si meminerint C. unde vi.
 - 26 Iudex, qui non ritè processit non procedit, ut Iudex, sed ut priuatus.
 - 27 Spoliatus de facto de facto debet restitui. Idē qñ deficit citatio, quando etiam si sit citatio ne restituitur num. 32. & spoliatus ante omnia restituendus.
 - 28 Citatio partis requiritur in rem. c. reintegranda, adeo, quod si non interuenit, & pars ingreditur possessionem non incurrit in penā l. si meminerint C. vn. vi. et quomodo debet esse citatio, an sufficiat per edictum nu.29. & quid in dominio Mediolan. 31.
 - 30 Missio in possessionem nulla præuia citatione nullum operatur effectum, & in quibus casibus non requiratur citatio n. 32. & 33.
 - 34 Citationis defectus in decreto pontificio, an operetur penā d. l. meminerint, & quid in concessione Principis ex certa scientia n. 35

AD DECIS. LIIL.

N. 1. ibi ¶ in causa criminali, sed non repetiti. ¶

- 1 Testes † an & quando repeti possint, tam in civilibus, quam in criminalib. Ricc. collect. 234. & 1768. & vide decis. D. de Franch. 716. vide latè Farin. de testib. q. 66. d. nu. 255. fo. 188. Viscon. in concl. incip. testes,
- 2 & an testes † repetantur post publicationem, vel conclusionem D. de Fran. dec. 668. & quæ ibi adduxi, & decis. 716. numer. 4.
- 3 & quod testes † examinati in vna causa possunt repeti in alia inter diuersas personas, vide Antp. de Butr. in c. per tuas num. 9. vers. tertius casus quando testes sunt recepti, & 10. de Imo. ibi, & Feli. Farin. vbi sup. n. 297. qui à nu. 299. loquitur de testibus † examinatis in iudicio summario, quod possunt quoque repeti in iudicio plenario, ex quo dicit Gail. decis. 103. p. 1. quem citat Nouar. ad prag. collect. 219. nu. 37. quod testes † in iudicio momentaneo faciunt fidem in iudicio ordinario. Sed magis propè ad hanc decis.
- 6 Farin. ibi nu. 301. dicit quod testes † examinati in vno iudicio ad vnum finem non prohibentur quādocunq; in alio iudicio repeti ad alium finem adducit tex. in c. cum in tua. ver. quāquā, & ibi glo. in ver. ad aliud, & in ver. ob aliud, ver. & ita propter diuersum modum agendi ext. de testib. ex quo infert
- 7 quod testis † examinatus in iudicio civili potest

potest repeti in iudicio criminali, ut ibi per eum, qui ad hoc citat *Monticell. in repet. test. rub. repetitio testium quibus casibus fiat* fo. 176. col. 1. ver. 5.

N. 2. ibi ¶ testes nullam probationem facere tanquam receptos ad informationem curiæ &c. ¶

8 Quod in criminalibus ¶ etiam si essent mille testes absq; citatione non probent, nec aliquam fidem faciunt *D. Consil. Rouit. prag. 1. nu. 14. de bon. prodi. latè adden. ad D. de Franch. decis. 716. Gallupp. in recenti prax. S. C. p. 2. c. 23. num. 3. & ideo testes repetuntur etiam facta publicatione, nè delicta remaneant impunita Carau. rit. 69. Affl. in Const. terminum vite Gabr. de testi. concl. 21. nu. 25. Tesau. decis. 262. Sed an fiscus poterit repetere testes in limine expeditionis causæ pro reparanda nullitate testium, quod non Petr. ad Gram. decis. 28. nu. 5. vnde ad euitandam repetitionem solet procurari, quod pars habeat testes pro legitimè citatis, & repetitis, quam aduertat Iudex, ut formiter fiat antequam concedat copias repertorū reo iux. decis. Cappy. 74. de qua declaratione multa apud Petr. vbi sup. à nu. 3. vsq; ad nu. 21. & quod quando habentur testes pro repetitis illa dicatur ficta repetitio, vide Rouit. prag. 3. de ord. iud. nu. 9. cum seq. dixi ad decis. D. de Franch. 716. vbi de materia.*

9 Sed quid si testes ¶ examinati pro informatione Curia fuerint cum reo delinquente confrontati, & confirmauerunt eorum depositiones, an fidem faciant absq; alia repetitione *Clar. q. 45. ver. sed in hoc proposito, vbi Baiard. nu. 60. vsq; in fin. Farin. de testib. q. 72. nu. 139. Bertaz. conf. 70. vo. 2. Honden.*

10 qui ponit practicam ¶ ut deferatur iuramentum testi in confrontatione facienda in faciem inquisiti, & legi depositiones in sui præsentia de verbo ad verbum, *Caball. resol. 269. Ricc. decis. 84. & 243 p. 2. Viscon. in concl. incip. testes parte non citata, de quo videndus est etiam Farin. d. q. 70. n. 39. & seq. Ambros. Process. informat lib. 3. c. 1. n. 49. & seq. Ricc. decis. 243. p. 2. Thor. in Comp. decis. Archiep. Neap. ver. interrogatoria fo. 24. & ver. testes viri fo. 44. col. 2.*

N. 2. ibi ¶ & ad alium finem. ¶

11 Hinc testes ¶ etiam legitimè examinati inter eosdem in iudicio retinendæ non faciunt fidem in iudicio recuperandæ nisi denudò sint repetiti *Mohedan. dec. 174. AEgid. decis. 3. 254. Pute. decis. 2 de iudit. quos refert & sequitur Ponta in tract. de spolio. lib. 2. nu. 1299. fo. 53. & testes inter alios deponentes*

non recipiuntur ad probandum primum extremum in c. reintegranda, *Mohed. decis. 178. Pute. decis. 25. de reslit. spol. Pont. d. tract. de spol. lib. 2. nu. 96. fo. 54.*

N. 2. ibi ¶ & parte non citata, & non audita. ¶

13 Testes ¶ parte non citata, & audita regulariter non probant, probat sexcentis auctoritatibus ultra *tex. in l. si quando hic alleg. & c. in nomine domini de testib. Viscon. in concl. incip. Testes parte non citata, nouissime Gallupp. in recen. prax. S. C. p. 2. c. 23. nu. 4. fo. 202. & in testib. examinatis parte non citata in civilibus, & criminalibus latè Farin. in tract. de testi. q. 72. vsq; ad nu. 160. & in quib. casibus probat Ricc. collect. 378. Foller. in prax. crim. ver. & repetantur nu. 4. & ver. & si constebuntur nu. 42. Clar. & Baiard. in*

14 *quæst. 45. & vsq; ad quod ¶ tempus possint eiusmodi testes examinati parte non citata repeti Gram. decis. 28. nu. 6. Carau. rit. 75. nu. . . Baiard. ad Clar. q. 45. n. 21. vide D. de Frac. cit. decis. 668. & 716. Viscon. vbi sup. vbi quid*
15 *si testes ¶ examinati parte non citata mortui sint, an probent ponit opin. pro, & contra, & quando repetuntur, quod requiratur citatio partis Tesaur. decis. 28. alios adducit Petr. ad d. Gram. decis. 28. apud quem multa reperies circa repetitionem testium faciendam in criminalibus, quem post hæc scripta completa vidi. Et an sufficiat si testes parte præsentate fuerint examinati, ita quod citatio non requiratur Viscon. vbi sup. Rouit. in rub. de perseq. malefact. num. 8. vbi citat Peguer. decis. 5. nu. 35. Cauen. prag. inoleuit num. 26.*

N. 4. ibi ¶ multæ possunt esse causæ, quibus d. remedium non competat. ¶

16 Adde quod multæ ¶ possunt exceptiones opponi contra intentantem hoc remedium c. reintegranda, quas longa serie, & nimis accuratè recenset *Pontan. in tract. de spol. lib. 3. c. 2. à num. 2 vsq; ad nu. 112. quas apud eum videre poteris, ex quibus non nonnullas nos tangemus, de quibus apud Authorem inf. ad n. 5. & 6. ea occasione, quia illas author tangit.*

N. 4. ibi ¶ Iudex potest procedere receptis probationibus ad sui informationem, & instructionem. ¶

17 Adde quod testis ¶ ad hoc, ut probet, & fidem faciat debet esse iuratus *vulg. est tex. in liuris iurandi C. de testi. cap. tuis ex. eo. vnde non iuratus non probat latè Ricc. collect. 263. 919. & 1532. quod intelligitur in ijs ¶ quæ*

quæ plenam causæ cognitionem requirunt, secus quando examen fit ad instructionem iudicis, putà quia iudex vult se informare de possessione litigantium, nam tunc testiū iuramentū non requiritur *Alcia. respon. 386. nu. 1. Bologn. in l. naturaliter §. nihil commu. ff. de acq. poss. p. 2. Meno. de remed. retin. nu. 39. Gallupp. p. 2. c. 23. num. 8. fo. 203.* Et quod
 19 Iudex † possit ex officio capi facere informationem summariam ad hoc, vt possit discernere quis lite pendente manutenendus *Ludo. decis. Perus. 59. Cappy. decis. 13. Plot. in l. si quando §. 3. nu. 27. cum seq. C. vnde vi. Menoch. in remed. retin. fo. 288.* ponit practicam nouissimè *Gallupp. p. 2. c. 3. nu. 43. fo. 65.* qui nullam facit mentionem de *Plot. nec de Anna alleg. 60.* qui ante eum id docuerunt, & *Maren. conf. 105. num. 7. & in tract. de mul. tipl. alienat. nu. 328.* apud quos vide etiam si parte citata debet Iudex procedere, vel nō.

N. 5. ibi ¶ vbi iusta causa quis cecidisset à possessione. ¶

20 Adde quod hæc exceptio †, vt dicit *Pont. loco cit. num. 19.* insurgit ex ventre canonis reintegranda, & adimit vires eiusdem constitutionis si agens spolio iusta de causa cecidisset à possessione, & sic proprio facto ratio est in promptu, quia d. Canon. prouidet ijs, qui ex iniustis causis ceciderūt à possessione, vt dicunt ibi *D. Alex. & Soc. in l. rem. que nobis ff. de acq. poss. Paris. conf. 1. nu. 164. Affl. decis. 392. nu. 27. Cassad. decis. 4. sub tit. de rest. spof. vt ibi per et. Ric. collect. 2236. lim. 5.* Hinc nō restituitur spoliatus si de dominio spoliatoris constet ex publico instrumēto *Meno. de recup. poss. rem. 1. n. 224. La p. alleg. 24. Petr. ad Gram. decis. 45. n. 5.*

N. 6. ibi ¶ idem vbi quis cecidisset ex proprio contractu. ¶

21 Hæc est altera exceptio † contra intentantem *rem. d. c. reintegranda*, quam etiam ponit *Pont. vbi §. p. num. 20.* quæ exceptio quando, & quomodo procedat, & habeat locum vide eundem *Pont. latè super illa tractantem. Ricc. vbi supr.* apud quem multas exceptiones reperies positas prius ampliationibus; ad eos in occurrentibus casibus recurras, & vide *Morot. conf. 96. n. . .*

N. 7. ibi ¶ quod hoc iudicium sit summarium. ¶

22 Adde quod licet hoc iudicium sit † summarium adhuc requiruntur exactissimæ probationes, & concludentes, dicitur enim iudicium possessorij plenarij, adeò quod non sufficit probare possessionem per vnicum

testem quando actor intentat remedium cap. reintegranda, vt dicit *Affl. decis. 364. n. 6. Cappy. decis. 55. nu. 11.* latè probant *Pont. d. tract. de spol. lib. 2. nu. 81. & seq. vbi cumulando multa demum ita dicit seruari in Rota. & Plot. in d. l. si quando §. 3. nu. 45. Ludo. d. decis. 59.*

N. 9. ibi ¶ nam etiam si Cardinales deponerent absq; iuramento non probant. ¶

Adde *Gallupp. in recen. prax. S. C. p. 2. c. 23. nu. 6.* qui subdit, quod à iuramento † tactis scripturis releuantur Cardinales, qui tenentur iurare supra pectus, quod quidem seruatur in omnibus personis religiosis *Vestr. in prax. Cur. Rom. cap. 2. nu. 7. lib. 6.* vnde dicunt Notarij iurauit tacto pectore more
 24 religiosorum, sed an Cardinali deponenti magis credatur, & aliquid asserenti, quam vni testi, vide latè *Farin. in tract. de testi. q. 63. d. nu. 55. fo. 136.*

N. 10. ibi ¶ restitutionem possessionis parte non audita, & sic de facto & c. ¶

25 Adde quod Iudex †, vt dixit *Author. sup. n. 6.* debet in hoc partem citare, & audire nā alias dicetur procedere ex inordinato processu, & iudex ipse spoliaret quos fortè spoliare nō posset *iux. tradita in l. meminerint C. vn. vi. in cuius, penā incideret, & decretum reintegrationis esset nullum, & ex decreto nullo dicetur Iudex illum contra quem tulit decretum, spoliare, & ante Authorem id dixit Old. conf. 227. Pöt. quinimis diffuse tractat de materia d. l. meminerint in*

26 *d. tract. de spol. lib. 1. c. 8. nu. 37.* Iudex enim † qui non ritè, & rectè processit, nō vt Iudex, sed vt priuatus processit, quod ex multis probat *Visc. in concl. incip. spoliatus*, & ideò spoliatus per Iudicem debet restitui probat multis decisionibus *Ricc. collect. 2030. amplia. 13.* & si de facto † fuit spoliatus de facto etiam restitui, vt per *D. Conf. Rou. prag. 1. de conserua. nu. 10. in prima impressione*, spoliatus enim, vt in omnium ore est antè omnia restituendus *c. reintegranda 3. q. 1. Anto. Gabr. libr. com. opin. tit. de rest. spolia. concl. 1. & in cap. Reg. incip. Grauiamina, vbi Nig. vtr. 23. Men. de recup. rem. 1. nu. 324.*

28 Et quod requiratur omninò citatio † par ris in hoc *remed. latè Pont. in d. tract. lib. 1. c. 8.* Adeò quod si licentia ingrediendi possessionem fuisset tributa ex alio defectu, quam citationis pars possessionem ingrediens, si ne tamen vi, & excusaretur ab incurso penè *d. l. meminerint. Pont. d. lib. 3. c. 8. n. 42.* Idem si spoliatus in continenti recuperet non incidit

incidit in penam l. si quis in tantam C. unde vi. Meno. de recup. poss. rem. 9. num. 170. est. n. permillum spoliato in continenti recuperare, & spoliare, vt per eundem Meno. rem. 1. num. 384.

Et non modo citatio requiritur, sed requiritur † specifica adeò quod non sufficiat citatio per edictum Bar. in d. l. meminerint, & cons. 91. Rip. in c. sepe de res. spol. nu. 86. Pont. d. lib. 1. c. 8. nu. 41. & d. lib. 3. c. 8. nu. 142. fo. 117. & quod nullum operatur effectum

† missio in possessionem nulla praua citatione Ponta. d. lib. 3. nu. 144.

Et de misso in possessionem nulliter si habet rem illam obligatam, an manutenendus in possessione, vel de illa eiiciendus, vide Thor. Comp. decis. 2. p. ver. missus in possessionem, & Viscon. concl. incip. tenuta.

31 Et quid seruetur in dominio Mediolani, Plot. ubi sup. nu. 26. & antè fo. 22.

32 Fallit id quod supra diximus si is, qui primo possessionem recepisset ab lq; partis citatione recepisset, & eq; nulliter fuisset ingressus, quia isto casu nullitatis compensatio succederet Inno. in c. quereiam de elect. Bal. in l. si paco C. de pact. Rip. loco cit. Roma. sing. 766. Ponta. qui id declarat loco cit. n. 44.

33 Secundò fallit si iudici, qui sine ordine processit notoriè prius constitisset de non iure reiecti ex cuius notitia res non egeret alia cognitione sui iuris Alber. in l. si de vi. in fin. ff. de iud. Det. latè cons. 191. in fin. Rom. d. sing. 766. ver. possessio Pont. d. c. 8. lib. 3. n. 141. faciunt dicta per Ricc. collect. 2036. lim. 11. Item quando citandus nullam posset opponere exceptionem, aut defensionem, non. n. citandus est is cui nulla competit defensio, vel exceptio Bar. in l. 3. §. si causa cognita ver. sed hodie ff. de bon. poss. Surd. qui alios rumulat decis. 39. nu. 20. & de communi Gabr. conclus. 1. de citat. nu. 348.

34 Sed an in decreto Pontificio † citationis defectus operetur incursum penæ d. l. meminerint vide Mobeda. decis. 86. in fin. & quid in

35 concessione † Principis ex certa scientia Ponta d. c. 8. lib. 7. nu. 145.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Meretrices non possunt in vicinijs honestis cohabitare, & recensentur iura Regni, & de quibus meretricibus loquantur nu. 6.
- 2 Persona expellenda à Ciuitate remiss.

3 Meretrix expellenda à vicinia, an possit expelli à terra, & nu. 4.

5 Meretrix si conducit domum, & expellitur quis debet perdere pensionem.

7 Meretrices prohibentur in bigis, & quadrigis ferri, quod erat etiam tempore Deocletiani, & possunt eis prohiberi vestes honeste, vt cognoscatur ab alijs.

8 Scholares exteri, qui habitant sine mulieribus non possunt Neap. habitare in vicinijs, ubi habitant mulieres honeste ex cap. Regis Catho. quod quando habeat locum, & in quibus nu. 9. & an in licentato n. 10.

11 Scholaris habitans cum Doctore, an expellendus. Viuens, & aliquid committens contra scholasticam disciplinam amittit priuilegium etiam fori.

12 Dicta in meretrice procedunt in Lenone.

Lenones expelluntur in Ciuitatib. & quare.

13 Meretrix, an dicatur, qua habet unum amicum, & qua dicitur meretrix nu. 14.

15 Vicinos malos habere malum est, & multa de malis vicinis, qui non sunt celandi à venditore emptori.

16 Meretrices nupta, an expellantur à vicinia honesta.

17 Raptus penam an excludat vita meretricia. pena qua sit, & qua concurrere debeant, & quid in Regno remiss. & de conatu raptoris.

18 Meretrices si habitant proprias domus, an ab illis sint expellende.

19 Meretrices si habitent domus Ecclesie, an ab illis expellenda.

20 Mulier regulariter carcerari non potest, & ex quibus causis possit carcerari, & an dicto beneficio renuntiare potest.

AD DECIS. LIV.

TRactatur in presenti decis. si mulieres nuptæ possunt expelli à vicinis, & locis honestis etiam si habeant alibi domos, de qua per Tho. in 2. p. Comp. ver. mulieres in honesta fo. 367.

N. 1. ibi ¶ qua cauetur nè mulieres meretrices cohabitent inter bonas, quæ Constitutio postmodum confirmata, & aucta fuit ex priuilegio particulari huic fidelissimæ Ciuitati concessio per Reg. Ferdin. I. inter eius Capitula 59. ¶

Adde etiam prag. 4. sub tit. de meretricib. qua mandatum est † vt meretrices exfractent à Ruua Catalana, idem est in Regno Cathaloguæ, vt testatur Peguer. decis. 12. & de

de iure communi testatur *Affl. in Conf. hic cit. per Auth. incip. qua passim Rouit. d. prag. 4. nu. 1. vide Meno. cas. 328. nu. 14.* vbi alios adducit *Viscon. in concl. incip. meretrices, & in addit. ad D. de Franch. decis. 316.* vbi enumerat alias $\dagger$ personas expellendas à Ciuitate, quas etiam ibi enumerat *Amen. nu. 4. Capibl. sing. 73. incip. Homines. Amen. ad decis. D. de Franch. 68. & ibi Viscon. Luc. d. Penn. in l. 4. C. de spect. lib. 11. fo. 145. col. 2. D. de Franch. d. decis. 316. Anna sing. 338. incip. meretrices, vbi de quibus meretricib. intelligendum, Thor. in Compen. decis. ver. mulieres, Pasca. in tra. de vi. pa. pot. p. 2. c. 10. nu. 35. 37. & 38. & de meretrice, quæ rapuit iuuenem loquitur D. de Pont. de pot. proreg. tit. de diuers. prou. fier. solit. nu. 16. Auend. de exeq. mand. lib. 2. nu. 6.*

Et an meretrix $\dagger$ paupercula, quæ expellenda est à vicinia honesta possit etiam expelli à terra, quod nō *Amen. ad d. D. de Frac. decis. 316. ex Rebuff. priu. 2. de priu. Schola. meretrices. n. 1.* $\dagger$ non sunt à Ciuitate expellendæ ad euitandum maius malum *Affl. in d. Conf. qua passim n. 3.* & circa materiam expulsionis meretricum apud quos tractetur, vide cit. per *Amen. ad d. decis. 316. et Thor. in add. ad D. de Pont. tra. de pot. proreg. tit. de diuers. prou. n. 16. fo. 3.* post hæc scripta visus, vbi multos cumulat.

Et si meretrices $\dagger$ conduxissent domos, & fuissent expulsæ quis debet perdere pensionem, dic quod locans *Ricc. resolut. 133. vol. 2.* Idem sentit in locantibus scholaribus *Rouit. d. prag. 4. nu. 5. & seq. ex Nauarr. in manual. confess. c. 17. num. 194. & seq.* sed *Molin. Theologus in tract. de contract. distinguit in disput. 499. quem refert Capiblan. in sing. 205. incip. meretrices nulla facta mentione, nec de Rouit. nec de Nauarr.*

Et de quibus meretricibus $\dagger$ sunt intelligendæ *Consil. Pragm. & cap. Reg. Anna loco cit.*

Prohibentur etiam meretrices $\dagger$ in bigis, & quadrigis ferri, vt est cautum per *pragm. 5. sub tit. de meretricibus*, quod antiquitus fuisse Sancitum etiam tempore Deocletiani Imp. probat ibi *D. Consil. Rouit.* qui de materia meretricum se remittit ad *Meno. cas. 535. quem etiam vide d. cas. 328. hic cit. & Grego. Syntagm. iur. lib. 10. c. 2.* Posset insuper habitus honestus meretrici prohiberi, vt cognoscantur à mulieribus honestis *Bened. in cap. Raynutius nu. 61. 1. p. Foller. in prag. & quia perfidorum de Iudeis Amen. ad D. de Franch. decis. 68. nu. 38.*

N. 2. ibi $\P$ scholares, seu studentes non possunt cohabitare in vicinijs in quibus nobiles, & ciues cum eorū vxoribus, & familijs viuunt. $\P$

8 Quod scholares $\dagger$ exteri qui habitant sine mulieribus non possunt Neap. habitare in vicinijs, vbi habitant mulieres honestæ est Regis Cathol. cap. 66 cuius Author non meminit, sed vide *D. Consil. Rouit. in rub. de Scholar. doct. num. 2. & seq.* apud quem in quibus locum $\dagger$ habeat d. cap. & quando habeat locum *Pasca. in tra. de vi. pa. pot. d. c. 10. num. 36.* & quod non habeat locum in studentibus Neapolitanis, & Casalium, *D. de Franch. d. decis. 316.* neq; in Doctore, & Clerico, *Nouar. ad Pragm. collect. 4. in fi.* sed 10 an in licentato $\dagger$ tangit *Amen. ad d. D. de Franch. decis. 316. nu. 7.*

Sed an possit à d. vicinijs expelli scholaris 11 habitans cum Doctore, vide *Thor. in Compen. decis. ver. Doct. aut Clericus. Anna sing. 338. incip. meretrices, Rouit. vbi sup. Viscon. ad d. decis. 316. & Ricc. collect. 403.* Circumscriptionis autem iuribus Regni, scholares in honestè viuentes, & aliquid contra scholasticam disciplinam committentes amittunt priuilegium etiam fori *Gonzal. ad reg. 8. Can. cell. glo. 56. nu. 14.*

N. 3. ibi $\P$ meretrices, & Lenones. $\P$

12 Idem quod in meretrice $\dagger$ dicit in Lenone *D. de Franch. d. decis. 316. Affl. in d. Conf. qua passim nu. 1.* Lenones enim mulieres ad luxuriam alliciunt, ideò pelluntur à Ciuitatibus, vt castitatis corruptores *S. Sancimus Auth. do Leno. Ric. nouiss. 7. p. collec. 2705*

N. 4. ibi $\P$ declarat meretricem esse ad quam multi habent accessum. $\P$

13 Sed an dicatur meretrix $\dagger$ quæ habet vnū amasium dixi sup. ad *decis. 54. nu. 14. & 15.* & 14 quæ dicatur meretrix, vide *D. cit. hic in prin. Maran. conf. 1. Affl. d. Consil. qua passim n. 2. Nouar. ad prag. collect. 131. num. 5. & seq. & collect. 132. Rouit in d. rub. de meretri. n. 1.*

N. 9. ibi $\P$ quod malum sit malos habere vicinos. $\P$

15 Adde *Affl. in commen. $\dagger$ ad Conf. Sancimus de iure Prothom. §. 3. n. 3. vbi addidi mult. 2.* & in adagio est. Aliquid mali propriè malū vicinū *Duar. tit. de pact. c. 4. Gail lib. 2. obser. 69. 19. & seq.* vbi multa de vicinis, & refert multos, q. de ea re scripserūt, vnde res dicitur minus valere ob malum vicinū *Alex. in add. ad Bar. in l. 3. C. de pred. & omn. reb. nau. lib. 11.* Hinc tenetur veditor malū vicinū nō celere quē fisciuiisset eptor epturus nō fuisset *tex.*

in l. quod sepe §. fin. vbi glo. ff. de contr. emp. Hinc Themistocles venditurus prædium præconi adde iussit, quod vicinos etiam haberet bonos, quasi vicini commendatione futurum esset longè vendibilis.

N. 10. ibi ¶ in muliere nupta luxuriosè viuente cum scandalo, & malo exemplo vicinorum, ¶

An meretrices nuptæ possint, vt ceteræ expelli à vicinia honesta Amen. ad d. dec. 316. & quod non possint expelli iuxta hanc decis. Confil. Pascal. in tra. de vi. patr. pot. d. s. 10 nu. 35. vsq; ad nu. 38. qui inter alios adducit Capi. decis. 44. nouissimè Ricc. ad d. decis. D. de Franch 316. post hæc scripta visus.

N. 16. ibi ¶ in meretrice raptus non est punibilis secundum magis communem opin. ¶

17 An raptus penam vitæ meretricia excludat, vide Conf. Burf. 386. & 415. vol. 4. quæ consilia aurea appellat Petr. ad Gram. decis. 36. num. 4. vbi quid in illis, qui cum schalis ascendunt domus meretricum de quo D. de Franch. dec. 333.

Et raptus pena quæsit, & quæ concurrere debeant, vt locum habeat, & quid in Regno an habeat locum pena ordinaria raptus, & multa in materia vide D. cumulat. per Viscon. in concl. incip. raptus fo. 243. Meno. cas. 261. Ric. collec. 82. et 139. & de conatu raptoris si sit punibilis latè Meno. de arb. cas. 360. à nu. 30. vbi nu. 35. declarat nostram Regni Consil. sub rub. de rap. & violen. man. illata.

N. 26. ibi ¶ mulier nupta expelli potest etiam si in domo propria habitet. ¶

18 An meretrices à proprijs domibus possint expelli vide Tesaur. q. foren. 33. Pascal. vbi sup. nu. 38. Nouit. d. prag. 4. nu. 2. Ricc. vbi sup. Nouar. d. collec. 131. vbi quid si meretrices à habitent domos alicuius Ecclesie,

19 an etiam ab illis expelli possint.

N. 29. ¶ mulieres honestas pro debito ciuili non posse capi, nec carcerari. ¶

Regulariter de iure communi mulier honesta carcerari non potest iux. tex. in l. 1. C. de off. diuers. iud. Auth. sed nouo iure C. de custod. reor. Carol. de Grass. in tra. de excep. in prælud. à n. 110. vsq; ad n. 112. Papon. lib. arrestorum lib. 24. arrest. 3. Farin. in tit. de carcere n. . . Meno. de arbitr. q. 88. lul. Clar. §. fi. q. 28. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 243. apud quos vide ex quib. casis potest etiam carcerari Amend. ad dec. D. de Franch. 229. n. 4. & 518. nu. 8. apud quem vide, an mulier possit

dicto beneficio ne carceretur renuntiare, Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Renuntiatum ad ius non datur regressus.
- 2 Renuntiatione si quis fuit lesus non potest dari cautela ex qua impediatur recursus ad arbitrium boni viri.
- 4 Voluntati alicuius se committens, an liberum arbitrium censetur collatum.
- 4 Arbitrium liberum, quæ verba importet, & quæ verba arbitrium nu. 6. & nu. 10.
- 5 Arbitrium quid importet.
- 7 Arbitrium officialis ad quid se extendat.
- 8 Remittens se gratijs Curie, & clementie Principis quid intendat.
- 9 Arbitrium boni viri, & absolutam potestatem quæ verba importet, & quid importent ista verba (dammi quello che vuoi tu)
- 10 Arbitrandi potestas data secundum liberam voluntatem, vel secundum voluntatem simpliciter quid importet.
- 11 Reductio ad arbitrium boni viri nullo modo potest evitari.
- 12 Reductio ad arbitrium boni viri datur à laude arbitratorum.
- 13 Appellatio quod sit interposita, vel habitus recursus interest.
- 14 Reductio ad arbitrium boni viri petitur quando adest lesio, & quanta debet esse.
- 15 Reductio non impeditur etiam si ceterum iuramento fuerit enormissima lesioni renuntiatum, et an eo casu petenda absolutio nu. 16.
- 17 Reductio peti non potest si arbitris data est potestas procedendi secundum liberam voluntatem.
- 18 Reductio an possit peti si in compromisso fuerit appposita claus. & possint arbitri ledere unam partem in totum, et unam auferri, et alteri dare.
- 19 Vir bonus quis sit. & nu. 20.
- 21 Reductio infra quod tempus peti possit.
- 22 Reductio coram quo iudice petenda sit.
- 23 Reductionis Iudex, an possit cognoscere non solum de iniquitate sed etiam de nullitate laudis.
- 24 Reductio an pluries peti possit.
- 25 Appellatio non datur à Iudice adito, vti bono viro confirmante, vel infirmante laudam, & quid de iure Regni nu. 26.
- 27 Reductio si petitur, an pena exigatur.
- 28 Barones debent imitari pastores qui tondent non excoriant oves.
- 29 Barones sicut honorantur à subditis, ita debent reddere vices suas amando vassallos, et filios.
- 30 Barones maletractantes vassallos possunt feudo priuari, vel possunt cogi ad vendendum nu. 31. in quo feudo intelligatur.

- 32 Pater male tractans filium potest cogi ad emancipandum.
- 33 Dominus male tractans seruum potest cogi ad vendendum 34. & an requiratur monitio nu. 35. & an priuentur iurisdictione Vassallorum non procedente monitione comminatiua nu. 38.
- 36 Barones quomodo possint castigare Vassallos.
- 37 Baronum excessus remis.

AD DECIS. LV.

Refert decisionem istam Io. Bap. Thor. in Compen. decis. 2. p. ver. Appellare, & in vltima impressio ne D. Conf. Rou. in rub. de compositione num. 11. in fin.

N. 1. ibi ¶ quia Vassallus renuntiavit omni iuri suo. ¶

- 1 Licet regula sit quod ad ius ¶ renuntiatum non datur regressus l. Harennius in prin. C. de euiet. cum alijs cumulatis per Barz. dec. 94. n. 13. tamen quando quis per renuntiationem ¶ fuit enormissimè lesus non poterit dari cautela, ex qua impediatur recursus ad arbitrium boni viri, de quo dicemus infra. Interim vide Pascal. in tra. de vi. patr. potest. dicta, quæ adhuc conferunt, & ad dicta per Author. in fin. p. 1. c. 8. nu. 38.

N. 2. ibi ¶ subijciendo se quis misericordie alterius, ita demum censetur renuntiare iuri suo si ille tanquam bonus vir se habuerit, &

N. 3. ibi ¶ qui submisit se alterius voluntati, his casibus gratia, misericordia, & voluntas debet ad arbitrium boni viri referri. ¶

- 3 Adde quod committens ¶ se in sui aduersarii voluntate tunc non liberum arbitrium censetur collatum, sed à iure regulatum glo. in l. pen. in fi. ff. de arb. & ibi Bar. Bal. & l. 3. C. de dot. prom. l. as. in l. sic legatum n. 30. ff. de leg. 1. hic a leg. per Author. Bar. in l. sed & si vnus S. preter ait in fi. ff. de iudi sed glo. Bar. et l. as. supra allegati per Authorē fuerūt prius relati à Meno. tra. de arbitr. q. 7. nu. 6. vbi declarat quomodo id procedat omnino vidē. ad materiā huius dec. in tot. illa quæst. vbi multa ad propositū reperies circa verba qñ liberum ¶ arbitrium conferat quē vide ēt omnino in q. seq. 8. prefertim n. 10. et seq. & q. 9. & quid importet ¶ arbitrium, & quæ verba ¶ arbitrium importet Paris. de Put. in tra. sind. ver. arbitrium per tot. fo. 170. vbi multa de arbitrio ¶ fictialis, & ad quid se extendat. Et quod remi-

ttens se gratia, & clemencie Principis nō videtur, iuri suo renuntiare Bonacof. tom. 2. cōm. opin. tit. de cōfess. n. 38. fo. 289. et n. 154. fo. 294

- 8 Et de eo qui se ¶ remittit gratijs Curie vide omnino Campag. in cap. reg. quod incip. multorum n. 14. fo. 165. Rou. loc. cit. vbi quod inquisitus, qui se remittit gratijs Curie, ¶ in eo misericorditer est agēdū, ne illi inferatur grauamen ex tex. in c. sane, & in c. veniens de renun. Baiard. ad Clar. q. 48. num. 63. And. in c. imperialem S. in super nu. 56. de probib. feud. alie. per fed. tetigit idem Rou. ut ipse met ibi testatur prag. 8. nu. 8. de compos.

N. 5. ibi ¶ verba importantia liberam, & absolutam potestatem, & quæ arbitrium boni viri. ¶

- 9 De verbis, quæ ¶ important absolutam potestatem, & arbitrium boni viri tractat ad saturitatem, eaq; colligit accuratè Meno. d. q. 7. & 8. & nonnulla q. 9. quib. adde dicta per Paris. de Put. loco cit. in d. ver. Arbitrium & per Carocc. in tract. de loca. tit. de socio personam exercente num. 14. & 15. vbi de eo, qui se remittit ad aliquem, & de colono, qui dixit hæc verba (dammi quello che vuoi che lo rimetto in te, & in tua mano, che io mi contento di tutto quello che vuoi tu,) quod intelligitur arbitrio boni viri.

Et non desinas videre D. Confil. Rouit. in prag. 2. num. 6. & seq. sub tit. de arbitr. vbi dicit vnum no. quod quando est data potestas ¶ arbitrandi secundam liberam voluntatem, vel secundam voluntatem simpliciter, illa clausula importat propriam, & liberam voluntatem non regulatam ratione, vnde qui habet liberam voluntatem potest iniquum æquo præferre, & quādo, & in quibus hoc procedat explanat num. 8. & seq. & ad eum in occurrenti casu recurras.

N. 6. ibi ¶ reduci debet ad arbitrium boni viri. ¶

- 11 Reductio ¶ ad arbitrium boni viri nullo modo potest euitari Rou. d. prag. 2. n. 4. et 10 adeo quod dixit Meno. de arb. cas. 73. n. 1. ¶ nulla cautela tradi pōt ad euitandū eiusmodi reductionem Det. cōf. 39. n. 6. col. 3. Gallup. qui de Meno. non meminit in prax. S. C. p. 1. c. 4. n. 39. fo. 15. Barz. dec. 86. nu. 3. Pascal. de vi. 12 pa. po. p. 1. c. 8. n. 38. & hæc reductio ¶ ad arbitrium boni viri datur à sētentia arbitri quā laudum appellamus, de qua vide latè nouiss. Visc. in conclus. dec. ver. arbit. ver. compromissum, & ver. laudū, est. n. species defensionis Tesaur. dec. 14. Ricc. collect. 2379. Bella 13 mer. dec. 299. & quod interest ¶ an sit appellatio, vel recursus Barz. decis. 87. nu. 23.

- 14 Et ista reductio † conceditur quando adest lesio, & quanta debeat esse lesio *Menno d. cas. 73. Idē eo, tra. q. 70. alios citat Barz. d. decis. 86. nu. 3. 4. 5. Det. conf. 11. col. 5. vers. 4. principaliter, & conf. 60. Cappell. Tholosa. dec. 277. Viu. dec. 58. Pascal. loco cit. nu. 41.*
- 15 Et quod non impeditur reductio † etiam si cum iuramento fuerit renuntiatio enor- missimē lesioni occasione reductionis ad arbitrium boni viri *Balb. dec. 168. Fran. Marc. decis. 111. vol. 2. Papo. lib. 6. arrest. 1. Cappell. Tholosa. decis. 267. Cassad. decis. 1. de emp. & vend. quos collegit Nouar. ad prag. collect. 20 nu. 23.*
- 16 Sed quid si fuit rennntiatum † cum iura- mento an absolutio petenda *Ricc. collect. 2379. ver. & hanc cōmunem, Rouit. d. prag. 2. num. 16. vbi dicit quod petenda est absolu- tio iuramenti, de quo videndus est, vltra cum Pasca. d. c. 8. n. 38. & seq. Gallupp. qui ad eos se remittit vbi sup. n. 42. qui n. 43. ex Abb. in c. dilectus num. 4. ver. nota bene de seq. poss. & 17 fruct. dicit quod si est data † potestas arbi- tris procedendi secundū liberam volunta- tem, quod tunc reductio ad arbitrium boni viri peti nō potest, de quo videndus est Rou. d. prag. 2. nu. 8. & 9. quia recte distinguit, vt supra dixi.*
- 18 Sed quid si in cōpromisso † adest clausu- la, de qua per Authorē paulō sup. quod pos- sit arbiter vni auferre, & dare alteri, vel le- dere vnam partem in totum, vel in partem, an poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, vide *Socc. Cōsil. 220. in 2. difficultate vsq; in fin. vol. 2. vbi de materia Gallupp. vbi sup. nu. 44. optimē Barz. d. decis. 86. vbi alios ci- tet quorum non meminit Gallupp.*
- 19 Et iste bonus † vir quis sit *Schard. in le- xi. iur. ver. arbitrium, & ver. bonus vir. & ver. vir bonus.*
- 20 Et quod dictus bonus † vir sit Iudex or- dinarius locorum, vbi fertur laudum habe- tur in d. prag. 2. etiam quod causa deleger- tur à Principe cum conditione, quod in cau- sa grauaminis ad ipsum appellaretur refert decisum *Thor. in ver. recursus siue appellatio quem refert Gallupp. vbi sup. nu. 45. & 46. quē vide de reductione facienda à laudo la- to a Clerico compromissario, infra quod*
- 21 tempus † eiusmodi reductio peti possit, & de alijs ad materiam *n. seq. & Viscon. loc. cit.*
- 22 Sed coram quo Iudice † petenda sit ista reductio vide *Affl. decis. 51. Tefau. decis. 14. Borrell. in sum. decis. tit. 63. de compromiss. n. 301. & seq. Gallupp. vbi sup. nu. 47. & an co- ram Iudice rei, vel aitoris Rouit. d. prag. 2. nu. 11. Pascal. d. c. 8. nu. 44. Tefaur. d. dec. 14.*
- 23 Et an iste † iudex reductionis possit co-

gnoscere non solum de iniquitate sed de nul- litate laudi *Barz. decis. 31. nu. 86. nu. 1.*

- 24 Ista tamē reductio † nō potest nisi semel peti *Cauall. decis. 14. Boer. decis. 284. Ricc. col- lect. 2379. ver. & hanc communem in fi. Hinc*
- 25 est, vt subdit idem *Ricc. ibi quod à Iudice † adito, vti bono viro confirmante, vel infir- mante laudum non appellatur, sed sentētia exequutioni mittitur ex Pragm. 2. de arbit. cum à Iudice bono viro non detur in iure, appellatio Guid. pap. detis. 436. Beninten. de- cis. 15. Pasca. d. c. 8. nu. 46. vbi alios cumulat licet contraxerit Barz. mendosē cita. per d. Ricc. ibi sub decis. 6. cum debuerit illum al- legare decis. 86. nu. 16. tu tamen vide Rou. d. prag. 2. n. 19. vnde ipse pro concordia distin- guit ex Magon. decis. Lucen. 37. & ex Rebuff. ad Constit. Gall. tom. 1. de arbi. & arbitrato.*
- 26 art. 1. glo. 11. De iure tamen Regni † vt ipse testatur ex *Capy. decis. 53. datur appel- latio, sed non retardatur exequutio, quz exequutio quando pendente reuisione lau- di impediatur Ludo. decis. Lucen. 27. nu. 39. Anna sing. 299. cum alijs cita. per Rouit. vbi sup. numer. 13. & seq. & quid in exactio-*
- 27 ne † pēnz appositz in compromisso, *Rouit. vbi sup. nu. 21.*

In fin. ibi ¶ discant Barones conser- uare, non excoiare Vassallos. ¶

- Adde *Capibl. ad prag. 3. num. 49. de Baro.*
- 28 Barones † debent imitari pastores, qui con- dent, non autem excoiant, opes, quinimō dominus est loco patris Vassallorum *D. de*
- 29 *Franch. dec. 541. n. 12. & sicut Barones thō- norantur à subditis, ita debēt reddere vices suas amando Vassallos, vti filios eorū cōmo- da procurando l. nam salutem ff. de offit. prę- fect. vigil. & nō eis detrahare, alias nomen dominorum non merentur habere Bal. cōf. 439. Crauett. conf. 238. Affl. decis. 265. Capibl. vbi sup. nu. 50.*
- 30 Quod si Barones † cōtrariū fecerint ma- lē tractādo Vassallos poterūt feudo priuari *§. sed et maior asperitas dominorū insit. de his qui sunt sui, vel alien. iur. D. de Pōt. in tra. de pot. proreg. tit. de electio. offit. 9. 1. n. 1. & in fin. Frecc. de subfeud q. 10. & 35. Authorit. Petr. ad Capy. decis. 18. ver. licet regulariter, et decis. 9. Masull. ad d. Capy. decis. 18. nu. 13. & ad d. dec. 9. n. 4. vel possunt cogi ad vēdendū*
- 31 *Gram. conf. 10. & dec. 104. Boer. dec. 304. Cā- pag. in c. grauamina n. 33. Thor. in Comp. dec. ver. Baro malē tractans Vassallos fo. 63. alios cōgerit D. Conf. Rou. in prag. 16. n. 8. sub tit. de salar. eor. qui mittunt per ser. Reg. Cur. nu. 53. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glo. 56. num. 22. & sequen. Camill. de Cur. in diuers. iur. feud.*

- feud. in c. quod incipit. licet autem vcrissima
nu. 45. fo. 8. & in cap. quod incip. licet autem
mibi diffinitio. num. 8. fo. 83. Mastrilli. in cons.
vni. quod edidit post volum. decis. num. 18. &
ibi Borrell. se subscribens nu. 9. Consil. Pascal.
in tra. de iu. pa. pot. p. 3. c. 4. nu. 34. vbi insert
32 ad patrem † abutentem patria potestate
de qua per eundem p. 1. c. 2. num. 100. & ad
33 dominum † malè tractantem seruum, quod
potest cogi pater ad emancipandū filium,
dominus ad vendendum seruum, vt in d. c. 4.
num. 11.
34 Sed quo feudo † in tali casu Baro priuan
35 dus veniat, & an requiratur † monitio Pa
scal. d. c. 4. num. 35. & seq. apud quem vide
36 quomodo † Barones possint castigare vas
37 sallum, & de excessibus Baronum, vide Pa
ris. de Put. in tra. sind. in tit. de excessib. Baro
num fo. 117.
38 Et. an possit † priuari iurisdictione Vassal
lorum non præcedente monitione commi
natiua. Gail. lib. 1. præf. obser. obser. 17. nu. 4.
de Pont. decis. 16. n. 34. Gramm. decis. 104. Ma
strilli. de magistr. lib. 4. 2. p. cap. 16. num. 238.
Vrsill. decis. 265. nu. 15. & 16. Thor. in Comp.
decis. ver. Baro male tractans Vassallos el. 2.
fo. 64.

Ioseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Heres inuentarium debet conficere, vt non
teneatur ultra vires hereditarias. fallit
quando maior est impensa, quam utilitas
num. 2.
- 3 Tutor tenetur inuentarium facere. Fallit
quando bona pupilli sunt modici valoris
ita quod plus impenderet in confectione in
uentarij, quam sit valor bonorum n. 4. idem
quando expedit ne paupertas pupilli dete
gatur n. 5. & ne secreta hereditatis pandan
tur num. 6.
- 7 Inuentarij à confectione, quæ causæ excusēt.
- 8 Inuentarij à confectione excipitur Ecclesia.
An fiscus num. 9. an pia causa, hospitale, &
sim. nu. 10.
- 11 Inuentarium si non confecit mulier, an in
ducat separationem bonorum, et quid si est
paupercula nu. 12.
- 13 Expensas si important plus, quam importet
valor rei, an teneatur erogare, quod non
exempla traduntur in prælatis, & alijs ad
ministratores, quod in illis casibus non
possunt de negligentia imputari.

- 18 Tutor si ostendit non remansisse in heredi
tate, nisi talia, & talia bona ex quibus tan
tum, & non ultra percepit si inuentarium
non confecit, non potest contra ipsum iura
ri in litem, & Iudex poterit se ex officio in
formare.
- 15 Heredi an sufficiat dicere non adfuisse in he
reditate nisi tot bona, & qui dicit contra
rium probet.

AD DECIS. LVI.

- N** Vlli dubium est in iure cautum
quod ad hoc, vt heres † non te
neatur ultra vires hereditarias
debet inuentarium conficere de
quo inuētario latè dixi ad decis. D. de Fräch.
536. & dicemus inf. ad dec. 73. & multa repe
ries, & collecta nouiss. per Viscō. in concl. in
cip. Heres post mortem. Sed in hac decisio
ne habes casū in quo heres non conficit in
uentarium, & tñ non tenetur ultra vires he
reditarias, vt puta qñ maior † subesset im
pēsa, quā utilitas, quæ ex illo resultat ex tex.
in l. mediterranea C. de ann. & trib. ad quod
vide omninò Melf. ad consue. Neap. tit. de
3 bon. q. 23 in 2. vol. idq; non modo procedit †
4 in hærede, verum etiam in tutore, qui non †
tenetur facere inuentarium, qñ bona mino
ris sunt modici valoris ita, quod plus impē
deret in inuentarij confectione, quam sit va
lor bonorum Abb. in c. de appellationib. de
app. Tiraq. in tra. de iud. in re exig. feren. ver.
45. Bar. in d. l. mediterranea. Altimō. in prax.
tut. ver. vel acceptans sollēnia n. 5. vide Graff.
cons. 1. n. 22. vol. 2. tit. de transf. Surd. in tract.
de alim. tit. 8. priu. 56. n. 101. vbi quod quādo
5 pupillo non expedit quia paupertas † in he
reditate detegeretur potest, & debet omitti
inuentarij confectio Alber. in l. de creationib.
C. de epis. aud. Vrsill. ad Affl. decis. 360. nu. 10.
6 Idem est quando patrimonium non expedi
ret manifestari per tex. in l. 2. §. tractari vers.
etiam si mater ff. ad Sen. Conf. Tertul. l. ult.
C. de alimen. pup. præf. l. 2. C. quan. & quib.
quarta pars. deb. lib. 10. alios D. citat Altim.
ibi Surd. cuius ipse nō meminit in tra. de alim.
tit. 8. priu. 56. n. 101. fo. 271. & Plot. d. l. si quā
do §. 9. nu. 20. & de supradiçtis vide omninò
Escobar. de ratiocin. c. 9. cum multis seq. Sed
7 quæ sint iustæ causæ † excusantes aliquem à
confectione inuentarij vide Plot. in l. si quan
do §. 5. nu. 37. fo. mibi 72. & §. 9. nu. 20. C. vn.
vi. & in d. §. 9.
8 Excipitur etiam à d. regula † Eccles. quæ
si non confecit inuentarium non tenetur ul
tra vires hereditarias D. de Fran. decis. 282.
P 3 & iterum

& iterum *d. decis. 536. num. 30.* vbi dixi *Genuen. practica. Eccl. q. 43. incen. 16. et Amf. ad d. decis. 282. Put. dec. 379. lib. 1. Guid. pap. decis. 571. Roui. prag. 1. de leg. pjs n. 9. Viscon. in concl. incip. Eccles. heres instituta fo. 64. di- xi sup. ad decis. 43. nu. 7.* vbi quid in fisco † an teneatur inuentarium conficere, & si non-
 10 conficit, an teneatur † ultra vires haredi-
 tarias, & quid si pia causa instituta est heres
Ricc. collect. 1102. Idem in hospitali, quia
 hospitale, & communis pia causa æquipa-
 rantur *Ecclesiz l. Orphanotrophos C. de ep. et
 Cler. cum alijs cumulatis per Plot. in d. l. si
 quando §. 5. nu. 5.*

Et quid in milite vide *Rober. dec. 90.* quem
 adducit *Ricc. collect. 354.*

11 Sed an mulier † non conficiens inuenta-
 rium adeundo hareditatem inducat separa-
 tionem bonorum *Molfes. ad consue. Neap. 2.
 p. tit. de bon. cit. q. 23. q. . vol. 2.* quod non
 vbi citat *decis. D. de Franch. 518.* & in con-
 trarium *D. de pont. conf. 143. vol. 2.* de cuius
 articuli veritate idem *Molfes. tit. de pigno. q.
 16. tom. 2. & p. 4. tit. de renunt. q. 5. nu. 17. &
 12 seq.* Quid si est paupercula † habes hic *n. 4.*
 & in prædictis adde *Ricc. d. collect. 1102.* Et
 quid si testator remisit tutori confectiõem
 inuentarij, an Iudex hoc non obstante si ex-
 pedire videtur possit iubere, quod illud cõfi-
 ciat, quod sic vide *Petr. ad Gram. dec. 55. n. 1.*

N. 1. ibi ¶ oportebat plus expende-
 re, quam indè percipere. ¶

Adde *Graff. conf. 1. numer. 22. sub tit. de
 transact. fo. 68. volum. 2.* vbi idem dicit in-
 13 prælato † qui potest debitum etiam li-
 quidum remittere, & non modo id possunt
 prælati, sed etiam tutores, & sim. administra-
 tores partem crediti remittere debitori-
 bus vide *Escobar de ratiocin. c. 24. Anna Ro-
 bert. lib. 3. rer. Iud. c. 12.* quos refert nouissi-
 mè *Apicell. filius ad tit. 3. tutam. paup. lit. 1. n.
 671. fo. 45.* si in debito consequendo fierent
 maiores expen. quam esset debitum princi-
 pale, & quod non imputatur negligentiz
 prælati, nec aliorum administratorum si nõ
 habet recursum ad superiorem si in habendo
 recursum ad illum expenderent plus quàm
 esset valor causæ, quod idem dicit in refe-
 ctione domus, vt hic, & subdit, quod Iudex
 non debet citare testes ad locum iudicij, quã-
 do tantum distat, quod plus expenderetur
 in adeundo, quam sit valor causæ per *d. tex.
 in l. mediterranea,* sed debet delegare examẽ
 per iura alleg. per ipsi qui infert ibi ad alia.

Vnde poterunt multo magis isti admini-
 stratores cõcedere debitoribus ob pauper-
 tatem dilationem quinquennalem, de quo

nouissimè *Apicell. tutam. paup. tit. 1. n. 69.* &
 ibi Filius adden.

Et quid si sunt plures, & vnus concessit,
 an possit impedire liquidationem *Thor. in
 1. p. Comp. ver. dilatio concessa.*

Et quid de procuratore cum libera *Api-
 cell. ibid. nu. 106.*


N. 4. ibi ¶ non adfuisse alia bona,
 quam mobilia. ¶

14 Adde quod idem est in tutore † contra
 quem ob inuentarium non confectum po-
 test in litem iurari, vt contra eum iurari nõ
 possit, vbi præbarent, quod minores, & eo-
 rum principales, vel domini non habebant
 nisi talia, & talia bona, ex quibus tantum, &
 non ultra perceperunt, & de quibus recte
 disposuerunt de quo Iudex debet se ex offi-
 cio informare *Calca. conf. 93. Ias. conf. 3. vol.
 1. col. 2. Plot. d. §. 5. nu. 37. ver. primo contra
 tutores quem sequitur Vrsill. ad Aff. decis.
 360. in fin.* & ita consului pro Aloisio Clo-
 rit de Ciuitate Ruborum, qui fuerat tutor
 quorundam eius nepotum. Cum inuentariũ
 non reperiretur, & in hareditate Patris pu-
 pillorum non fuerant reperta, nisi quædam
 bona stabilia tantum in quibus fraus nulla
 poterat per tutorem committi, & per con-
 sequens etiam si omisisset inuentarium non
 poterat contra illum in litem iurari.

N. 5. ibi ¶ vbi per confessionem par-
 tis constaret Iudici, quod non aderant
 alia bona. ¶

3 An sufficiat † haredi dicere non ad esse ni-
 si tot bona in hareditate, & qui vult dicere
 contrarium probet vide *D. de Franch. d. de-
 cis. 536. nu. 5.* vbi multos allegat, quibus ad-
 de alios ibi citatos per *Viscon.* quos nõ re-
 censeo, quibus adde *Ludo. concl. 14. Nouar.
 in tra. de elect. for. q. 6. sect. 3.* & vide *Pascal. de
 vi. patr. pot. p. 1. c. 2. nu. 75.* multa autem cir-
 ca confectiõem inuentarij *Escobar. d. c. 9.
 à nu. 67.*

Joseph Mele.



SUMMARIVM.

- 1 Diuisio fit pluribus modis, primo quando
 maior diuidit minor eligit num. 2. & quis
 dicitur maior nu. 3.
- 4 Secundo quando maior facit partes, & illa
 diuiduntur per sortes, vt in Ciuitate Pa-
 pie.

5 Tertio

- 5 Tercio quando fit per sortes, & per buffulas, qui est approbatus à iure nisi concurrat consuetudo loci nu. 7.
- 6 Sortis in iudicio habet locum Deus, & fors cecidit super matthiam, & aliqua de sorte.
- 8 Quarto per officium iudicis.
- 9 Sortis à iudicio non datur appellatio, nisi adsit enormissima lesio, quia potest peti restitutio in int. sed quod in diuisione facta per cartellas à fratre maiore eligente minore nu. 10.
- 11 Diuisio dolose facta, per Iudicem rescindi, & retractari debet, & ad aequalitatem reduci etiam inter maiores.
- 12 Diuisio aequalitatem continere debet.
- 13 Diuisi si steterint fratres per 10. ann. praesumitur inter eos inita diuisio nisi maxima inequalitas insurgat.
- 14 Diuisio ut veniat retractanda duo concurrere debent.
- 15 Rem. l. 2. C. de res. venditione, an habeat locum in diuisione.
- 16 Diuisionem si facit Iudex tutius est cū causae tamen cognitione, & quid si fuit facta cum Iudicis auctoritate cū falsis instrumentis, dolo, vel malitia, vel per ignorantiam, vel fecit transitum in rem iudicatam, quid si testator mandauit, ut stetur in communione, an Iudex ex causa possit compellere ad diuidendum.
- 17 Sortis iudicium quando valeat.
- 17 Diuisionem commodam si res non patitur sorte dirimenda, & quando dicitur res non pati commodā diuisionem n. 17. & quomodo arbitrium iudicis circa hoc versetur num. 20.

AD DECIS. LVII.

- A**D materiam huius decis. cuius compendium fecit *Tbor. in 2. p. in ver. Appellatio*, dum in ea fuit dubitatum, an à diuisione facta per sortes detur appellatio, addendum, quod diuisio
- 1 fit pluribus modis maximè inter fratres, ut per *Ricc. collect. 201. no. in l. si quae sunt cautionis ff. fam. ercis.* primus modus est, ut per
 - 2 maiorem fiat diuisio, & per minorem fiat electio, de quo in c. 1. de parocch. *Couar. pract. q. 40. nu. 3.* & per eum cit. *Mising. cent. 4. obser. 37.* alios refert *Petr. ad Gram. decis. 7. n. 1* quibus adde dicta per *Affl. 1. in l. imperiali §. praeterea 3. no. de prob. feud. alie. per Feder. Vbal. de duob. fra. p. 11. uu. 78. & 79. Viu. cō. opin. opin. 339. nu. 1. Neap. in consuet. si fratres nu. 4. sub tit. de com. diuid. ver. vnus Vilalobl. & Vez. comm. opin. lib. 3. comm. opin. sub tit. fam. ercis. nu. 4. Muta decis. Sicil. 53. n.*

15. *Gratia. discep. foren. c. 160. n. 14. & seq. Benedel. ad Const. Sancimus de iur. protom. nu. 80. fo. 21. à terg. de quo etiam videndus est Meno. de arb. cas. 123. num. 4. quem vide cas. 124. ad sciendum quis dicatur frater maior in diuisione Viscon. in concl. incip. diuisio, ubi alios refert.*
- 4 Secundus modus est, ut fieri & consuevit in Papien. de quo meminit *Meno. d. cas. 124.* Qui modus est, ut frater maior partes constituat, & deinde sorte dirimantur cui vna, & cui altera pars adiudicanda sit, Hic modus participat de primo in eo, quod frater maior diuidat, & participat de iudicio fortis de quo inf. & de alijs consue. *Gisfoni, Rauelli, & Neap. Viscon. d. concl. incip. diuisio.*
- 5 Tertius modus est, ut fiat sorte & siue per buffulas, qui modus est communiter approbatus à nostratibus, ut per *Couar. d. c. 40. per tex. in l. non amplius §. ult. cum seq. ff. de leg. 1. & l. 2. C. quan. & qui. Quarta pars lib. x. Benedell. loco cit. Gratia. ubi sup. nu. 18. Causal. decis. 11. num. 33. Villalobl. Vezz. & Viu. loc. cit. Idem Viu. decis. 437. nu. 1. Affl. d. l. imperiali, Caroc. dec. 135. Viscon. qui alios refert loco cit. & in hoc iudicio & ut aiunt, habet locum Deus, qui est dux fortunae iux. *Psal. 30. in manibus tuis sortes meae, Hinc August. in psal. fors*, inquit, res indubitata, humana diuinam indicās voluntatem c. fors non est 26. q. 2. vnde Apostoli sortes miserāt, & electis duobus fors cecidit super mathiā iudicio diuino, & vide multa cumulata ex diuina scriptura ex l. Canonica, & ciuili circa sortis iudicium per *Mandos. regul. Cācellar. 33. q. 15 n. 14. & seq. omnino videndum, & Aleia. in l. quæret aliquis ff. de ver. sig. dicit, quod fataliter accidere pro diuinæ voluntatis serie accidere dixit, & hunc modum**
- 7 magis vsitatum, uti & de iure ciuili approbatum esse fatentur præcitati D. magis quā primum de iure Cano. licet concurrant semper seruandam consuetudinem loci. Vide nouissimè *Tbor. in 2. p. Comp. ver. diuisio. ubi multa de primo, & hoc tertio modo, post hæc scripta visus.*
- 8 Quartus modus est per Iudicis & officium de quo in §. quædam inst. de act. & no. in §. eadem inst. de off. iud. & per *Meno. sup. cit. Ric. & Bened. loc. cit.*

N. 1. ibi ¶ fuit dubitatum, an à iudicio fortis daretur appellatio. ¶

- 9 A diuisione & quæ fit sorte non posse appellari vlt. *Bal. hic cit. vide Bertach. in reper. ver. diuisio. fo. 88. nisi sit in ea lesio enormissima secundum Bal. in l. maiorib. hic n. 5. cit. C. comp. ver. iud. quia tunc potest peti rest. in inte.*

integrum *Bal. in l. ait prator §. planè ff. de iominor.* sed quod facta ÷ diuisione per cartellas à fratre maiore eligen. per minorem, & per illum electis amplius à contractu non possit recedi etiam prætextu lésionis stante perfectione contractus *Fabr. in tit. comm. vtriusq; iud. diffin. 4. No. in l. si inter vos C. com. vtriusq; iud. Bal. in l. si diuisionem n. 3. C. fam. ercis. & in l. fin ff. eo. & nouissimè refert decis. Thor. post hæc scripta visus in 2. p. in ver. diuisio bonorum fo. 145.*

N. 5. ibi ¶ talis lésio per offitium Iudicis poterit reformari. ¶

- 11 Diuisio dolosè ÷ facta per Iudicem rescindi, & retractari debet, & ad æqualitatem reduci etiam inter maiores *Io. de Ami. conf. 33. nu. 5. Plot. in l. si quando §. 15. nu. 2. Cornaz. decis. Lucen. 135. vt. n. dixit idem Cornaz. decis. 178. nu. 3. diuisio ÷ æqualitatem continere debet Tiraq. de primoge. q. 60. nu. 14. Viscon cōcl. diuisio in prin. Hinc est quod*
- 13 licet præsumatur diuisio ÷ inter fratres si steterint inter se diuisi per x. annos, vt per alleg. per *Benedell. vbi sup. num. 75. quib. adde alios alleg. per Viscon in concl. incip. Diuisio. ver. Hinc posset inferri, & per Petr. ad Gram. dec. 7. nu. 12. tamen secus est quædo maxima inæqualitas diuisionis insurgit, vt per Bened. ibi num. 76. Maran. conf. 66. nu. 2. Meno. lib. 3. præsump. 60. nu. 6. Vrsill. decis. 23. nu. 3. Viscon. d. concl. diuisio. ver. limitat multi, qui*
- 14 paulò infra subdit, quod duo ÷ concurrere debent quando tractatur de retractanda diuisione. Primum quod res probetur aliter se habere. Secundum quod volens diuisionē retractare, tractet de damno vitando *Gama decis. 320. quem ego citavi antequam vidisè Ric. add. D. de Franch. decis. 675. qui ipsum citat, & ex Det. conf. 408. nu. 7. dicit dicta duo requisita debere concurrere pro retractanda diuisione, tu dic idem si probat se in diuisione ÷ deceptum vltra dimidiam cum in diuisione habeat locū remed. l. 2. C. de rescin. vend. Tesaur. dec. 239. & alij cit. per eum licet nihil in hoc concludat D. de Franch. d. decis. 675. vide Plot. in l. si quando §. 15. de in lit. iur. nu. 4. cuius non meminit Viscon. vbi nu. 5. ponit formam libelli, & Escobar. tra. de ratiocin. c. 41. nu. 6.*
- 16 Hinc tutius est, vt in diuisione ÷ Iudex partes æquales faciat, & vni vnam, alteri alteram assignet, vt aduertit *Meno. d. casu. 123. nu. 3. sed, & hæc diuisio etiam cum iudicis autoritate facta si adest lésio, vel fuit facta per instrumenta falsa, vel dolo, fraude, vel malicia, etiam iurata, & transacta in rem iudicatam, vel per ignorantiam potest infringi-*

gi, rescindi, & annullari, nisi fuisset per Iudicem facta causa cognita in iudicio contradictorio *Plot. d. §. 15. à nu. 1. vsq; ad num. 8. Quid si testator mandauit, quod hæredes eius stent in communione, an hoc non obstante Iudex possit inter hos hæredes bona diuidere, quod sic si Iudici ita expedire videbitur Det. conf. 349. Petr. ad Gram. decis. 55. num. 2.*

N. 9. ibi ¶ iudicium sortis liceat si on teneat nisi in casibus à iure expre s. ¶

- Adde *tex. in l. sed cum ambo ff. de iud. vbi*
- 17 quod res ÷ sorte discerni solet, & multos casus recenset *Mando. vbi sup. quibus adde*
- 18 etiam, quod iudicium sortis ÷ valet quando res communis commodam diuisionem non patitur, & si diuideretur deformaretur, tunc .n. sorte dirimenda esset quis sociorum deberet accipere, *Affl. in Const. sancimus in prin. post nu. 44. de iur. protomis. vide Casā. ad consuet. Burgun. tit. de retract. §. 1. in tex. leprochais fo. 334. & Maxill. ad consue. Barren. in tit. de iur. protom. §. si duo inter se nu. 8. ver. sed quid dicendum Bessian. in consue. aluern. de retra. art. 17. eo. tit. Anna latè conf.*
- 19 47. & dicitur res ÷ non pati commodam diuisionem, quando res per diuisionem deterioraretur *Bal. in l. sanemus C. de dona. vel si diuisio esset alteri iniuriosa Bal. in l. 1. C. comm. diu. quod remittitur arbitrio iudicis sicut fit in iuditijs diuisorijs d. §. quedam instit. de actio. & d. §. eadem de off. iud. instit. Maricon. ad consue. Neap. vbi domus lit. A. vbi refert decisionem Collateralis Cōf. Meno. d. cas. 123. nu. 6. & seq. vbi docet quomodo arbitrium ÷ Iudicis versari debeat in casibus in quibus res commodam diuisionem non recipit, & vide decis. relatam per Thor. in Compen. decis. in ver. diuisio domus fo. 150. post Masull. ad Cap. dec. 63. vbi citat Rēdell. in tra. de iur. protom. ver. unusquisq; secundū suam portio. nu. 5. & aliam per eundē Thor. in ver. diuisionem, & fo. 16.*

Dicitur commodam non pari diuisionem res siuè de facto, siue de iure *l. filij, vbi glo. ff. de cond. instit. Rouit. prag. 24. de feud. n. 35.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Feriarum varia genera apud antiquos Rō.
- 2 FERIA quæ seruentur in Regno, & vnde dicta 3.

4 Festi-

- 4 Festiuorum dierum obseruandorum Calendarium,
- 5 Feriarum tempore, qui actus possunt fieri, & qui non.
- 6 Feriarum tempore nullus actus iudicialis exerceri potest.
- 7 Ferie in actis syndicus officialium non seruantur.
- 8 Feriarum tempore potest tutela decerni.
- 9 Feriarum tempore potest appellatio interponi.
- 10 Feriarum tempore, an possit carceratus relaxari sub fideiussoribus, quod non, sed sit consignatio pro clamidem, & quæ sic hæc consignatio nu. 11.
Testes possunt die feriato examinari si fuerint iurati de die non feriato.
- 12 Feriarum tempore in Nundinis, an. possit actitari, & fieri electiones offit. vniuersitatis.
- 13 Feriarum tempore si fiat remissio, an valeat.
- 14 Feriato die si fiat contractus, & obligatio pene acta, an valeat.
Empara, an fieri possit die feriato.
- 15 Ferijs non obstantibus cum Regia decretatione potest procedi, & quibus noceat dicta decretatio.
- 16 Feriatis diebus, an legitime procedi possit si partes consenserint.
- 17 Feriato die sententia lata est nulla, ita quod non meretur exequutionem, & an possit dicta sententia partium consensu ratificari, & nu. 19.
- 18 Ferijs an possint partes renuntiare, & n. 20 & 21. & 25.
- 22 Feriarum duo genera.
- 23 Ferie messium, & vindemiarum non sunt in usu in Regno. Sed ubi sunt in usu pro sunt etiam illis, qui in vindemijs, & messibus non sunt occupati.
- 26 Feriato die si imminet necessitas agricultura exerceri potest, & causa ad fructus perti-nens de breui perituros, & causa alimentorum.
- 27 Feriatis diebus, quæ possint exerceri remis.
- 28 Ferie in honorem Dei, quod non seruentur, an per statutum, vel per consuetudinem induci possit.
- 29 Feriatis diebus publici latrones torqueri, an possint, & an testes nu. 33.
- 30 Latro famosus quis, & quid interest inter publicum furem, & publicum latronem n. 31. & inter latrones, & foruscitos n. 33.
- 32 Latro publicus, ut dicatur, an sufficiat si unica vice in strata publica furtum fecit.
- 34 L. prouintialium C. de fer. corrigi l. quadraginta C. eo.

IN præsentī decision. de qua nouissime per *Thor. in Compen. decis. 2. p. ver. Acta*, tractatur, an acta facta tempore feriarum absq; Regia dispensatione sint valida, ad cuius ornatum vide eruditè tradita per *Borrell. in Commen. ad pragm. odia glo. 4. nu. 66.* vbi de varijs feriarum generibus, quæ tempore Rom. Imper. vigeant, quæ feriæ vnde dictæ sint *Guid. pap. decis. 215.* quem non desinas videre, ibi .n. congerit nonnulla iudicialia, quæ explentur dieb. feriatis, *Meno. de arbitr. q. 30. nu. 9. Tesaurus decis. 39. in fin.* ad quem etiam se remittit, *D. Reg. Rouit. in rub. de ferijs in prin. & Petr. ad Gram. decis. 58. n. 24.* Et de tribus speciebus feriarum, vide *Cauen. rit. 116.* Et quæ feriæ feruentur in Regno *Afflic. in Const. Baiulus 4. 5. 6. col. & de Calendario feriarum obseruandorum in Curijs Regni, vide Prag. 1. sub. tit. de ferijs, & à quibus festiuis diebus sit abstinendum, Luc. de Penn. in l. vnic. C. de op. à Coll. exig. lib. 10. Nauarr. man. c. 13.*

In prin. ¶ tempore feriarum fuerunt facta nonnulla acta. ¶

- 5 In l. 2. ff. de ferijs, enumerantur feriarum nonnulli casus, in quibus potest procedi etiam tempore feriarum, vide *Maran. in specul. p. 4. distin. 16. nu. 91. & 92. Caraut. rit. 80. nu. 3. Milif. reper. verb. feriatis diebus Gratia. decis. Marchie 5. nu. 16.* de quibus nouissime meminit *Petra ad d. decis. Gram. 58. num. 22. & seq.* Et nonnullos casus decisos, in quibus etiam tempore feriarum potest procedi reperies, apud *Ricc. collect. 124. & 340. ad exornationem, l. dies festos de ferijs*, per quem rex. disponitur, quod nullus actus iudicialis regulariter in die feriato exerceri potest, imò citatus die feriato non tenetur etiam die sequenti non feriata comparere *Caraut. rit. 116.* vbi de communi restatur; alios casus etiam decisos congerit *Nouar. collect. 95. ad pragm. 1. de fer. num. 4. & 5. & in prin. dicta collect.* vide alios casus, in quibus procedi potest etiam die feriato, quos recensere superfluum esse duxi, & vide *Maran. in specul. p. 6. ver. Iudicium validum, vel inualidum, Meno. de arbitr. q. 30. num. 10. & alios D. ad quos se remittit D. Consiliar. Rouit. in rub. de ferijs*, quibus adde *Ricc. collect. 7. 17. & casibus positris per supradictos in quibus etiam de die feriato procedi potest adde sequentes l. 1. quod in indicatu offit. non seruantur feriæ etiam in honorem Dei Auil. de Iud. find. s. 2. nu. 14. Rouit. prag. 1. de find. offit. n. 8.*
- 7

Gravi-

- 8 *Grauin. de sindicat. q. 38.* Secundò potest tutela decerni de die feriato, *Altimon. in prax. tutel. fo. 32. post nu. 31. in ver.*
- 9 Tertiò potest interponi appellatio *Grauin. d. q. 18.*

Quartò quando periculum est in mora, vt in capiendo debitorè suspectum *Maran. vbi sup. Rouit. vbi sup. nu. 10. Carau. rit. 80. & 170. nu. 12.* & quando imminet necessitas in colendis agris, & recolligendis fructibus, vt *inf. nu. 26.* & sic in omnibus causis, & iudicijs, quæ exigunt celeritatem, vt in causis ad fructus pertinentibus, & in causa alimentorum, de quibus etiam *inf. d. n. 26.*

- 10 Sed an diebus festiuis possit relaxari carceratus sub fideiussoribus, vide *Fran. Marc. decis. 409. p. 1. Nouar. collect. 156. ad pragm. 8. sub tit. de offit. mag. iustit. nu. 3.* Tu dic quod non potest sub fideiussoribus relaxari, vnde inoleuit praxis quod in diebus feriatis fit consignatio per clamidem, quæ est in viridi obseruantia de qua cõsignatione vide *Muscatell. in prax. fideiuss. et est rit. M. C. 44. vbi Carau. & 162. & Carau. rit. 161. n. 3.* & quod hæc consignatio possit fieri die feriato *praxit. D. & rit. & Apicell. filius add. ad patris tutam. pauper. tit. 1. num. 437.* post hæc omnia scripta completa Visus. Sicuti etiam die feriato possunt testes examinari si fuerint iurati de die non feriato, & ita seruatur, estq; cõmunis praxis, de qua per *Viu. opin. 992. nu. 2. Guazzin.* qui alios citat, & declarat in quib. ferijs id procedat in tract. *ad defens. defens. 14. c. 11.*

- 12 Sed an tempore feriarum possint fieri aũdina, vide *D. de Pont. de pot. proreg. tit. de merc. seu Nundin. nu. 10.* & ibi *Tbor. adden. & Viscon. in ver. Nundina, & dicam inf. ad dec. 73. ad nu. 4. Petr. vbi sup. nu. 12.* & nundinis fieri acta iuditiaria, & electio officialium vniuersitatis, & quod valeat consuetudo, quæ introduxit in nundinis acta fieri, & nos videmus quotidie in nundinis fabricari processus, & indistinctè fieri acta iuditiaria diebus feriatis. Tu vide *Pascal. in tra. de vir. patr. pot. p. 2. c. 1. num. 104. Viscon. concl. incip. Nundinarum, Nouar. d. collect. 195. n. 5. Viscon. d. concl. nundine Maran. vbi sup. Carau. rit. 80.* & nouissimè *Apicell. filius vbi sup. n. 434. fo. 32. Petr. vbi sup.*

- 13 Et an remissio si fiat die feriato valeat *Pascal. d. c. 1. nu. 103.* apud quem vide de con-

- 14 tractu facto de die feriato, an sit validus, & quid de iuramento in eo appposito, & de obligatione pene acta similiter facta die feriato post *d. n. 103.* de quo latius vide, quæ dixi *sup. ad decis. 24.* & nouissimè tradita per *Gait. tra. de cred. c. 3. tit. 2. nu. 28.* cum multis

seq. & D. per eum cit post hæc scripta visus. Et an empara seu recomendatio carcerati, quod non *Brun. de cess. bon. q. 11. 4. 9. prin. n. 28.* vbi *n. 31.* dat cautelam, quam nouissimè recenset *Apicell. filius loco cit. n. 429.* & quid de exequutione *Tesaur. decis. 95.*

In prin. ibi ¶ absq; Regia dispensatione. ¶

- 15 Quotidie vtimur in Regijs Tribun. hac Regia dispensatione, quod ferijs non obstantibus procedatur, de qua meminit *D. Consiliar. Rouit. in d. rub. de fer. nu. 6. in fin. vbi* quod dicta decretatio non præiudicat iudici, & testibus, quod non possunt cogi tempore feriarum ad veniendum ad iudicium.

In prin. ibi ¶ & consequenter acta fuerunt facta de tacito consensu partium. ¶

- 16 Feriatis diebus si an legitimè procedi possit si partes consenserint est *tex. in l. si feriatis ff. de fer. qui limitandus est, vt per Tesaur. decis. 39. nu. 2. D. Consil. Rouit. d. rub. de fer. nu. 6.* vbi limitat quoad Iudicem, & testes, vt ibi, & *inf. nu. 8.*

- 17 Sed quid de sententia lata de die feriato? dic quod nulla est *l. 2. l. omnes Iudices l. omnes dies l. dies festos C. de fer. glo. in l. 1. C. eo. cum alijs alleg. per Borrell. d. prag. odia §. 3. glo. 4. nu. 66. fo. 132.* ita quod nullam meretur exequutionem *Nouar. d. coll. 95. nu. 1. Iaffr. per eum cit. decis. 253.* & an possit dicta sententia nulla partium consensu ratificari, quod non *Iaffr. d. dec. 253.* cum sit defectus iurisdictionis, vide *Gratia. dec. 144. Guid. pap. decis. 215. Franch. decision. 258.* de quo per *Ricc. in collect. 2635.* & de sententia lata die Veneris Sancto eiusq; nullitate loquitur *Tesaur. decis. 95. Grat. d. decis. 144. Milan. dec. 10. lib. 1. Papon. arrest. 9. tit. 10. lib. 7.*

- 18 Et quod per partes si non possit ferijs renuntiari est *tex. in l. si feriatis ff. de arb. & ibi Bar. Borell. d. prag. odia §. 2. glo. 6. nu. 24. fo. 112. vbi nu. 25.* dicit id procedere coram arbitris, quod partes renunciare non possunt ferijs, secus coram arbitrantibus licet ipse non sequatur hanc opin. vide *inf. n. 1.*

- 19 Sed quod neq; sententia lata tempore feriarum inductarum in vtilitatem hominũ, quæ est nulla ratificari valeat, nec tacitè, nec expressè, *Iaffr. d. decis. 253. Nouar. dist. coll. 91. n. 1.*

N. 1. ibi ¶ vbi partes tacitè, vel expressè renuntiant exceptioni feriarum procedendo. ¶

- 20 An partes si de eorum consensu possunt ferijs

ferijs renuntiare vide *Maran.* distinguētem inter ferias in honorem Dei, & hominum. d. p. 6. ver. *validum, vel inualidum* a. n. 82. fo. 21 233. & inf. nu. 3. & 4. vbi an ferijs † repentinis partes renuntiare possint, de quo vide *Tesaur. decis.* 39. nu. 1. & 7. *Borrell.* d. pragm. odia §. 3. glo. 4. nu. 68. vbi distinguit. Et quando possit renuntiare ferijs inductis ad fauorem hominum, vide *Carau. rit.* 92. nu. 3. & 4. *Caen.* in rit. 116. & in prag. 9. num. 8. ver. in tex. quorum meminit *Apicell.* filius ad tutā. pau. tit. 1. nu. 425. post hæc scripta visus, & *Petr.* vbi sup. nu. 24.

N. 2. ibi ¶ quædam sunt sollemnes, quædam in æpentina, quædam verò ordinariæ.

22 Feriæ secundum *Maran.* loco cit. sunt † in duplici differentia quædam .n. sunt inductæ in honore Dei, quædam hominum, vt ibi per eum, sed plura genera feriarum vltra *Borrell.* sup. adductum in prin. enumerat *Tesaur.* d. decis. 39. nu. 4. *Schard.* in lex. iur. ver. *feria*, & ver. *feria vulgò vacantiæ*, alie sunt *repentina*, & in ver. *feriarum publicarum*, & *Summ. Rolan.* fo. 506. 2. col. vbi de plurib. feriarum generibus.

N. 5. ibi ¶ feriaz messium, & vindemiarum.

23 Feriaz messium, † & vindemiarum hodie non esse in vsu in hoc Regno dixit glo. in *Cōstit. Baiulos*, & testatur *Marant.* vbi sup. nu. 85. verum vbi sunt in vsu non seruantur in causis vniuersitatum *Losa* in tract. de iure vniuers. c. 1. nu. 47. vbi quando ad id cogi possunt per secularem, vel Ecclesiasticum, & 24 in illis partibus in quibus huiusmodi feriaz † sunt in vsu prodesse etiam illis, qui in vindemijs, & messibus non sunt occupati, vt per *Marcell.* Calā ad prag. dispendia glo. 3. n. 28. De istis ferijs si libet, vide *Schard.* lex. iur. ver. *feriati dies* fo. 387.

N. 8. ibi ¶ vbi proceditur de consensu partium omnia acta valent, sed testes non possunt cogi venire ad iudicem.

25 Adde *Rouit.* † in d. rub. de fer. num. 6. vbi vt supra diximus, idem dicit in iudice n. 2. & *Nouar.* d. collect. 95. nu. 2.

N. 9. ibi ¶ sed verum est, quod vbi res esset tempore peritura, & periculum esset in mora non obstaret exceptio feriarum.

26 Adde *Tesaur.* decis. 95. in fin. *Consiliar. Rouit.* vbi sup. nu. 10. *Grat.* decis. 5. nu. 6. *Milif.*

rep. ver. feriatis diebus Petr. vbi sup. nu. 23. vendē agricultura quando necessitas imminet potest etiam die feriato exerceri tex. in l. 3. C. de ferijs c. licet, vbi *Abb. eo. tit. Lup.* in c. per vestras de donat. in. vi. & vxor. *Carocc. de loca. tit. Colonorum priuilegia* q. 4. nu. 2. fo. 3. & per *Nig.* in cap. pridem n. 21. fo. 13. vbi de 27 his, quæ diebus † feriatis exerceri possunt, *Nauar.* vbi sup. & *Penn. d. l. vn.* & quod die feriato potest etiam in iudicio tractari causa ad fructus pertinens breui tempore perituros *Carocc. de loca. d. tit. colonorum priuilegia* n. 5. vbi dicit de hoc esse statutum *Tudertinum*, & ibi nu. 6. quod causa alimentorum die feriato agi potest.

N. 10. ibi ¶ posse per statutum tolli ferias.

28 An per statutum †, vel per consuetudinē possit induci, quod feriaz in honorem Dei non seruentur discutit *Maran.* loco citat. d. num. 85.

N. 11. ibi ¶ vbi cunq; datur facultas procedendi in iudicio simpliciter, & de plano absq; strepitu, & figura iudicij poterit procedi diebus feriatis.

29 Adde no. † in clem. seps de verbo. sign. & tracta per *Maran.* vbi sup. nu. 85.

N. 13. ibi ¶ quod in criminalibus proceditur etiam diebus feriatis.

Hinc publici latrones possunt diebus feriatis torqueri, vide *Carau. rit.* 80. n. 4. *Brñ.* de cess. bon. q. 14. prin. & nouissimè *Guaxzin.* in tract. ad defens. defens. 14 c. 11. & per *Feller.* in fragm. prax. crimin. nu. 322. & habetur in cap. regn. quod incip. prouisa, & in alio quod incip. iur. censura, *Nig.* omnino in d. c. prouisa. Et licet exequutio sententiæ die feriato in honore Dei fieri non possit quādoq; aliter fuit practicum cum aliquo insigni, & famoso latrone *l. pen. C. de fer. Clar.* q. 97. ver. *quero etiam D. de Franch. dec.* 259. *Marc. decis.* 49. 10. *Grand.* de bell. exul. predictam. quando q. 2. per *Petr.* ad Gram. decis. 32. nu. 2. verum de exequutione sententiæ civilis omnino, vide *Guid. pap. d. dec.* 215. Regulariter tamen feriato die, tam in honorem Dei, quam in vtilitatē hominum exequutio pænæ capitalis fieri non potest *l. si feriatis ff. de fer. l. custodias C. de publ. iudic.* *Clar.* q. 97. nu. 6. *Boer. dec.* 259. nu. 8. vbi ampliat etiam in crimine læsæ maiestatis *Baiar. d.* q. 97. nu. 8. *Caball. cas.* 227. nu. 1. & seq. cent. 3. & quis 30 sit latro famosus *Ifern. de pac. tenē. §. publici latrones Masfrill.* dec. 147. *Vifcon.* in concl. incip. *latrones Mangrell.* in l. capitalium §. famo-

- famosos ff. de pgn. Farin. in tit. de iudit. et tortur. q. 39. nu. 107. & in 3. tom. q. 101. nu. 54. Ricc. ad de Franch. decis. 577. circa med. Nig. d. e. iuris censura num. 6. & in c. ad hoc num. 31* 5. & n. 55. vbi de differentia inter famosū † furem, & famosum latronem, vide omnino *Iser. in d. §. publici latrones tit. de pace tenen. optimè Mastrill. d. decis. 147. & Giurb. conf. crim. conf. 30. nu. 28. & an sufficiat si vnica* 32 vice † in strata publica furtum fecit, vt dicatur latro publicus *Peguer. & ibi adden. decis. 40. quæ nota, nam deseruiunt ad bullā GREG. XIV. dictantem quod latro publicus non gaudeat immunitate Ecclesiæ; ultra quos vide Farin. conf. . . . D. Reg. Tapp. in d. cap. & D. cit. per Viscon. in concl. incip. latrones fo. 151. et concl. furtum Ambros. ad d. Bullam R. P. Megala tra. de censur. lib. 4. c. 1. nu. 10. et seq. & Capibl. in prag. 8. de Baron. n. . . .* 33 vbi de differentia inter foruscitos, & latrones, & de *Franch. decis. 158. quod latrones publici dicantur etiam, qui furantur in mari, & quid in testibus, an die feriato torqueri possint Caball. cas. 227. n. 16. cent. 3.*

N. 14. ibi ¶ quia tex. in l. prouintialium in quo se fundat loquitur in casu speciali. ¶

- 34 Hæc l. Prouintialium † derogat l. quadraginta C. eo. tit. vbi Imp. Valent. valens, & Gratianus inhihent tempore Quadragesimæ omnem cognitionem causarum criminalium, de quo latè per *Sehard. in lexi. iur. in ver. feria circa med. vbi de ratione, & de d. l. prouintialium vide d. D. Reg. Tapp. qui de ea meminit in d. cap. iuris censura.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Venditor tradens rem constituto prætio, censetur fidem de illo habere.
- 2 Creditor in rebus extantibus, vel comparatis ex rebus suis, an præferatur alijs creditoribus, & nu. 9.
- 3 Venditor mercium quando præferatur in illis, alijs creditoribus, & in illis competat by poteca.
- 4 Merces quando venduntur habita fide de prætio nulla competit hypoteca in eis nisi illud expresse actum sit in limine venditionis, & quomodo sibi venditores cauere debeant nu. 5.
- 6 Creditores non debent inter se diuidere bona

- debitorum decoctorum, sed iuris forma seruata bona illa sunt distrabenda, quod etiā in cessione bonorum habet locum, & quomodo cōsulendum creditoribus nu. 7.*
- 8 Venditor si antequam prætium sibi solvatur non tradidit bona poterit illa sibi retinere quasi loco pignoris.
 - 10 Dominium non transfertur si fuerint merces vendita habita fide de prætio succedente fuga debitoris cum mercibus, & venditor ceteris præfertur.
 - 11 Mercatores fugitiui, an possint torqueri, vt indicēt pecunias sibi datas ad mercandum, & quod tales mercatores habentur pro confessis.
 - 12 Creditores mercatoris fugitiui, vel decocti si dies non cesserit, an possint recursum habere super bonis illius, & de captura illorum.
 - 13 Mercatori fugā cōsulens, an possit puniri.
 - 14 Venditor assignans tempus emptori, an censetur habere fidem de prætio.

AD DECIS. LIX.

- S**Vpra in decis. 40. vbi Author tractauit materiam concernen. hanc decis. cuius meminerunt *Viscon. in addit. ad D. de Franch. dec. 506. & nouissimè Thor. in 2. p. Compend. dec. Reg. in ver. Creditor, & omnino nouissimè D. Gait. tract. de credit. c. 4. quæst. 11. nu. 1215.* apud quem multa ad propositum reperies, quæ post completum hoc opus vidi, diximus, quod regulariter venditor † tradens rem constituto prætio censetur fidem de illo habuisse ex *Luc. de Penn. in l. 3. præsump. 112. C. de apo. pub. & Meno. lib. 3. præsump. 79. num. 4.* cuius contrariū collegisse videtur *Anchar. conf. 378. nu. 1. per tex. in l. si cum dotem §. si. quæ tex. ibi sæpius adduximus ff. solut. matr.*
- 2 13. quod in rebus † extantibus, vel comparatis ex rebus meis ego præferor alijs creditorib. p quo facit tex. in *l. si ventri §. in bonis vers. si tamen ff. de priu. cred. hic alleg. Bal. in l. si pro debito C. de bon. auth. iud. post. similiter hic alleg. nu. 5. & in conf. 400. n. 8 lib. 5.* tamē contrarium esse verius firmat ex multis *Barbos. in d. §. fin. nu. 32. vbi nu. 36.* quid seruatur in Regno Portugalliz, & vide multos cit per *Barbos. ibi. & Stracc. de decoct. p. 3 nu. 5.*
 - 3 Et quando venditor † mercium præferatur in illis alijs creditoribus, & in illis competat hypoteca, vide quæ adduxi in d. decis. 40. & *Amen. citat multos ad hoc ad D. de Franch. decis. 97. Thor. in Compen. in ver. Creditor ex causa venditionis mercium fo. 130. et in 2. p. in ver. creditor.*

Et

- 16 An ex sola suppositione + seu signatura possit capi possessio vide omnino *Garz. post alios per eum cit. in d. tra. benef. p. 4. c. 2. n. 46. & seq. fo. 226.* Sed an sola signatura reddat gratiam perfectam vide eundem *Garz. d. c. 2. à n. 20.* quod sic, maxime si habet clausulam, quod sola signatura sufficiat, & fidei faciat in iudicio, & extra, regula quacūq; nõ obstante prout ego vidi obseruari per Cancellariam, & producta supplicatione cum eiusmodi clausula expedita in personam D. Iulij Primicerij pro cātoratu terræ Terlitij fuit dubitatum si dicta gratia erat perfecta & si opus erat expeditione litterarum, nā ob non expeditionem litterarum alter, qui obtinuerat d. Cantoratum asserendo vacare certo modo dicebat illum intrusum, & fuit dictum, quod dicta gratia erat perfecta per D. Ioannem Donatum Iannonium Alium Generalem Vicarium Bitōtinorum Illustrissimi D. F. Carafæ virum, doctrina, & prudentia Eminentissimum, cui dicta causa fuit à S. Sede delegata ex allatis per *Garz. loco cit. præsertim num. 26. & 31.* Sed quid mortuo PP. nondum Bullis expeditis, an-

gratia

gratia valeat *Petr. ad Gram. decis. 46. nu. 3.*

N. 19. ibi ¶ hæc .n. quasi possessio in beneficialibus, & spiritualibus per vnicum actum acquiritur. ¶

- 17 Quod in possessorio † sufficiat vnicus actus vnde vnica collatio, quæ effectum habuit constituat aliquem in quasi possessione cōferendi *Rebuff. in Constit. Francie tit. de mat. poss. prefat. nu. 188. And. in c. 1. col. fin. num. 12. de controuers. feud. apud pac. term. Anna sing. 16.* vbi quod per vnicam perceptionē quis constituitur possessor annuz perceptionis *Guid. pap. sing. 980. ver. ad acquirendā possessionem, alios allegat Consil. de Anna. cōf. 80. vol. 1. nu. 13. & seq. vbi nu. 15.* idem dicit in possessorio manutentionis lite pendente, quod sufficit vnicus actus, & quidē vltimus

inspicitur, per *tex. in l. item Mela §. sed si alimenta ff. de alim. & cib. legat. Anna alleg. 131. nu. 1. & sing. 584.*

Et quod per vnicum actum queritur ius possessionis etiam in iurisdictionalibus *Lanar. conf. 32. nisi esset actus violētus Capib. prag. 14. de Baro. nu. 32. & nouissime Apitel. la post hæc scripta visus alleg. 8. num. 33. vbi declarat. & ante nu. 16.*

- 18 Et de vnicō actū quando faciat vniuersalem consensum, & quādo requiratur binus actus *Mauriti. Apitel. alleg. 13. post tutam. paup. nu. 16. & 17* hodie visus, Et q̄ vnicus 19 actus † non sufficiat ad denominandum aliq̄ quem ab effectu resul tante ab actū, sed plures; licet vnicus actus sufficiat ad denominandum aliquem ab actū, vt homicida adulter, &c. vide *Petr. ad decis. Gram. 11. nu. 6.*

D. O. M.

Assumptæ Virgini, laus Honor. & Gloria.



ADDITIONES PLENISSIMAE.

scilicet

ANNOTATIONES ANALYTICAE.

Ad secundam Partem Decis. S. R. C.
Regij Consilarij;

NICOLAI ANTONII
GIZZARELLI.

AUTHORE

IOSEPHO MELE BITONTINO
I.C. CELEBERRIMO;



NEAPOLI, Apud Vincentium de Francho. M, DC. XXXI.

SUPERIORVM PERMISSV.

SVMMARIVM.

- 1 Decisio ista continet idem quod decis. 570. D. de Franch.
- 2 Iudex in criminalibus non potest condemnare nisi reus legitime conuictus. vel confessus fuerit.
- 3 Appellatio confessi vel conuicti quando admittenda remis, & de differentia in hac de iure canon. & civili. n. 4. & quid si suus in minore confesso, & conuictio ibid.
- 5 Conuictus tantum an admittatur ad appellandum. & quid in crimine falsa moneta. n. 6.
- 7 Conuinci quot modis quis dicatur.
- 8 Conuictus per testes domesticos de homicidio domi commisso in fratrem, & non confessus non fuit per S.C. condemnatus sed dictum quod torqueretur assertur decis. D. de Franch.
- 9 Conuictus an dicatur inquisitus si testes sint minores, & delictum sit atrox.
- 10 Conuinci quomodo possit testis.
- 11 Conuictus testis potest torqueri, sed illi non est danda copia inditiorum ne fisci destruantur intentio.
- 12 Confessus tantum an appellat.
- 13 In confesum nulla sunt partes Iudicis nisi in condemnando. etiam ex inordinato, & inualido processu, intellige in confessione absq. qualitate. n. 14.
- 15 Quid in confessione nullis precedentibus legitimis inditijs ratificata, & tortus fuisset de mandato Regis, & essemus in atrocissimis n. 16.
- 17 Quid de confessione, facta coram Iudice in competenti.
- 18 Quid de confessione facta coram Iudice, & recepta per scribam cui interdictum erat officium scribere exercere.
- 19 Quid de confessione facta sub spe immunitatis à Iudice.
- 20 Appellatio admittitur in criminalibus exceptis aliquibus criminibus, & quando admittitur an si fuerint plures condemnati, & unus ex pluribus appellauerit appellatio profit omnibus. & tit. (si unus ex pluribus) procedat in criminalibus.
- 21 In atrocissimis opus est exemplo & celeritate, & quomodo intelligendum n. 22.
- 23 Contra insignes latrones disprobatores flartarum per Commissarios Campaniae, & R. Prouin. Audientias proceditur leuato velo, admodum belli, manuque militari, & quid importent ista verba.
- 24 Princeps an possit ordinem inditiarium tol-

lere.

- 25 Princeps an possit mandare ut non subsistentibus inditijs homo bona vite torqueatur.
- 26 Tortura quando vigore prebeminentiae M. C.V. possit inferri ex processu informatiuo, & à quibus.
- 27 Socij criminis dictum regulariter non facit nisi inditium ad inquirendum, nisi adsint alia adminicula, & quando faciat inditium ad torturam, & quando ad inquirendum, n. 29.
- 28 Socij criminis dicto statur in occultis maxime quando est in tortura, & plures essent.
- 30 Socij criminis confitentes de nominato etiam si essent plures non valebunt tantum quantum dictum unius testis.
- 31 Socij criminis dicti nihil operatur contra hominem bona fama etiam in criminibus exceptis, & 32. sed facit inditium ad inquirendum n. 33.
- 34 Sociorum trium confessio quid operetur, & quid iure communi. n. 36.
- 35 Confessioni duorum proscriptorum etiam deponē. de diuersis actibus in tortura contra receptatores statur ex dispositione R. Prag.
- 37 Socius criminis quando de sociis possit interrogari.
- 38 Socius criminis latro potest interrogari de socio. quod an procedat in simplici fure.
- 39 Socij criminis confitentes seruata forma R. Pragmat. debent repeti citato nominato, alias non probarent, & ex hoc defectu nonnulli euaserunt furcas.
- 40 Sociorum criminis, & sociorum in crimine discrimen.
- 41 Socius criminis qui delicti indulgentiam obtinuit ne possit torqueri an eius dictum faciat inditium.
- 42 Socij criminis dictum valde in crimine laesa maiestatis, & fauore fidei.
- 43 Socij criminis dictum ut faciat inditium multa requiruntur.
- 44 Fur committens furtum cum scalis de nocte qua pena puniat?

AD DECIS. LXXVIII.

- 1 **H**aec decisio + uidetur continere. Idē quod decis. 570. D. de Franch. qui uti Praeses S.C. interuenit in hac decis. cum Authore, & aliis ut ipsemet testatur inf. n. 5. Pro qua premittē quod Iudex + in criminalibus nullatenus condemnare potest nisi reus legitime conuictus, uel confessus fuerit *tex. est in c. nos in quemq. & c. prohibetur. l. i. q. i. probatur in l. i. c. de confess. lege raptoris C. de epis. & in*
- 2

- 8 *Cler. in l. qui sententiam C. de pen. Marf. conf. 28. Clar. q. 66. Foller. qui multa iura ad id probandum adducit in prag. sub tit. de Sodom. num. 21. vbi quis dicatur conuictus. Et dem in ea tractatur de non admittenda*
 9 *† appellatione confessi, & conuicti vide Ricc. Collect. 621. & 947. Carrabb. sing. 10. in*
 10 *trip. appellatio. Iaffr. decis. 450. Clarum & fin. q. 94. per tot. Boff. tit. de appellatio. Gram. de*
 11 *decis. 26. num. 29. optime Foller. in prac. crim. ver. penis debitis feriantur num. 6. Borrell. in*
 12 *Summ. decis. tit. de appellatio. num. 399. 400. & seq. D. de Franch. decis. 556. & quz ibi ad-*
 13 *didit, quibus adde, quod est † differentia in-*
 14 *ter ius cano. & ius ciuile, nam de iur. cano. Confessus erimen tantum appellat e. cum*
 15 *spetiali & porro de appellatio. Secus de iure*
 16 *ciuil. Quia oportet etiam, quod sit conui-*
 17 *ctus l. obseruare, vbi Glo. & Azo. C. quor. ap-*
 18 *pell. non recip. Detian. in tract. crim. lib. 2. tit.*
 19 *Ius cano. in quo differ. a ciu. cap. 22. num. 24.*
 20 *Io. Millæus pract. crim. tra. de pen. mortis &*
 21 *quantum autem num. 18. & quid si minor*
 22 *fuit confessus, & conuictus, an possit ad*
 23 *mortem cõdemnari, quod non Masfrill. de-*
 24 *cis. 161. num. 12. Quid de conuicto tantum,*
 25 *an possit † appellare, quod sic Monal. decis.*
 26 *99. Quod limita non procedere † in crimi-*
 27 *næ falsæ monetæ ex dispositione R. Nouell.*
 28 *Pragmat. adit. per Emin. Card. Zapatt. contra*
 29 *monetarios. Et in crimine Sodomie, quod le-*
 30 *gimis probationib. debet Sodomita con-*
 31 *uinci, vide R. Pragm. Ducis Alcalanor. sub*
 32 *tit. de Sodom. ibi, aut legitimis probationib.*
 33 *conuictus fuerit, & ibi Foller. Et quot mo-*
 34 *dis † quis dicitur conuinci Luc. de penn. in l.*
 35 *fiille. vers. fin. C. de decurio. lib. 10. Boff. in tit.*
 36 *de conuict. num. 5. Mascard. de probat. concl.*
 37 *496. Et de conuicto † per tres testes dome-*
 38 *sticos, de homicidio commissio domi in fra-*
 39 *trēm, & non confesso, quod non fuit con-*
 40 *demnatus, sed per S. C. dictū, quod torque-*
 41 *retur adest decisio D. de Franch. 538. Et quid*
 42 *si testes † qui conuincunt inquisitum sint*
 43 *minores, & delictum sit atrox, vt delictum*
 44 *assassinij, Sodomie, & sim. vide supra cit. conf.*
 45 *Marfil. 28. Tbor. in comp. decis. Reg. in 2. p. in*
 46 *ver. conuictus f. 110. Et quoniam non modo*
 47 *inquisitus conuincitur, sed etiam, & testis,*
 48 *quomodo † testis conuincatur dic; quod*
 49 *testis potest cõuinci etiam per testem vni-*
 50 *cum digniorem Boff. vbi supra n. 10. Clar. in*
 51 *S. falsum vers. conuincitur. Bar. in l. vnus &*
 52 *index, ff. de questio. Quo casu † torqueri po-*
 53 *test, & illi non est danda copia inditorum,*
 54 *ne filci destruat intentio Boff. vbi sup. n.*
 55 *39. Carrabb. in tract. de probem. M. C. V. n. 14*
 56 *Clar. q. 25. vers. torquentur etiam testes.*
- 12 Quid de confesso tantum † aduendus est
 Ricc. collect. 1774. Clar. d. q. 94. vbi quod nō
 appellat, sed est condemnandus d. l. qui sen-
 13 tentiam, quia † in confessum nullæ sunt par-
 tes ludicis nisi in condemnando, etiam ex
 inordinato p̄cessu, inualido, & nullo Inno.
 in cap. quale, & quando el. 2. de accusat. cum
 reliquis cumulatis per Barz. dec. Bonon. 141
 14 Quz procedunt † in confessione, absque
 qualitate vide D. de Franch. d. dec. 556. Barz.
 d. decis. 141. num. 17. plenè Viscon. qui alios
 cumulat in concl. quæ incip. Confessio deli-
 cti facta per delinquentem fol. 39. Et quod
 15 de confessione † nullis p̄cedentibus legi-
 timis inditijs, tormentorum metu, & terro-
 re facta, & extorta etiam rata habita, qui
 confitendi non p̄iudicat Glo. in l. pen. &
 ibi Bar. ff. de questio. Innumeros cumulat Pa-
 scial. in tract. de vir. patr. pot. p. 3. cap. 1. num.
 8. & seq. Foller. vbi sup. num. 19. Batan. reg.
 43. incip. confessio delicti 1. tom. regul. fol. 280.
 16 Ricc. omnino viden. collect. 2724. 7. p. Qui †
 ampliat etiam si sit millies ratificata, & iu-
 rata, etiam si superuenerint ex post facto
 inditia, vt ex Castill. decis. 179. p. 2. loquendo
 in casu nostro etiam si fuisset tortus autho-
 ritate Regis, & essemus in atrocissimis, &
 exceptis criminibus, & in crimine læsæ ma-
 iestatis quicquid in contrarium dicat Gra-
 mat. decis. 74. Contra quam extare magis
 communem opin. testatur, & vide ad p̄-
 dicta eundem Ricc. d. 7. p. collect. 1602 in fin.
 ad quod etiam vide Carrabb. sing. 245. in-
 cip. tortura.
- 17 Quid de confessione † facta coram Iudi-
 ce in competenti, de qua confessione tam
 in civilibus, quam in criminalibus vide om-
 nino Gallupp. in recen. prax. S. C. p. 2. cap. 20.
 num. 36. fol. 180. Batan. vbi sup. Et quid de
 18 confessione † facta coram Iudice, & rece-
 pta per scribam, cui interdictum erat offi-
 tium scribæ exercere an noceat confitenti,
 ita quod ex ea condemnari possit, quod nō,
 & ita decisum refert per M. C. V. Nouar.
 lib. 1. q. Foren. q. 89. & refert etiam Tbor. in
 2. p. Comp. decis. Reg. ver. confessio facta f. 98.
 19 Et de confessione facta † sub spe immunita-
 tis à Iudice an sufficiat ad condemnandum.
 Viu. com. opin. 415. Farin. 3. tom. q. 81. a num.
 276. Et quia appellatio admittitur in cri-
 minalibus p̄terquam in casibus exceptis
 enumeratis per Misg. cent. 4. obs. 41.
- An in casu, quo admittitur appellatio in
 20 criminalibus, si fuerunt plures † condem-
 nati, & vnus ex pluribus appellauerit, appel-
 latio profit omnibus, & tit. C. si vnus ex plu-
 ribus appell. locum habeat in criminalibus.
 Thesaur. lun. ad dec. sui Genitoris 135. quod
 sic

fic *D. de Franc. dec. 658. Viscō. in cōcl. qua incip.* appellatio ab vno ex condēnatis interposita *fo. 9. & in ciuilibus vide Ricc. qui dec. cumulat. p. collect. 2733. & omnino Carrar. decis. exeq. Genua 65.*

N. 2. ibi ¶ quia in atrocissimis opus est exemplo; & celeritate. ¶

- Aduerte quia licet verum sit id quod dicit
21 noster Author, q̄ in atrocissimis ¶ opus est exemplo, vt in *l. i. C. ad l. Iul. rep. cū alijs cumulat. per Gail. lib. 1. de pace publ. n. 19. fo. 277. & etiā celeritate, vt hic, vnde in his deñctis proceditur per horas, vt per D. de Pōt. de potest. Proreg. tit. de delegatio. caus. n. 1. c. 2. fo. 534 adestq; cap. Reg. quod incip. si cū sceleratis rub. de prehem. M. C. V. tamē id intelligendū, vt ¶ semper etiam in atrocissimis, & exceptuatis procedi habeat secundū ius, & existentibus legitimis inditijs etiam si procederetur cū prahēminentia M. C. & mādaret Princeps, & procedendū esset contra inquisitos de crimine lese maiestatis contra maleficos insignes latrones, & valde diffamatos *D. Reg. de Pōt. ubi sup. Ifern. in cōlit. Reg. Prosequētes de pugna sublatā, Affl. dec. 391. & in cōstit. si dāna clandestina col. 13. vers. aduerte n. 31. Grā. cōf. 64. Ann. alleg. 74. n. 11 Masull. ad Cappy. dec. 47. n. 11. D. de Frāc. dec. 700. Marā. cōf. 35. n. 1. Gramat. vot. 30. nu. 23. late Carrabb. ubi sup. a num. 43.**

N. 3. ibi ¶ ordo est ordinem non seruare. ¶

- 23 Adde q̄ ¶ contra illos delinquentes quia atrocissima cōmictūt delicta, & contra insignes latrones, & disturbatores stratarum p cōmistrarios cāpaneę per Regias Prouintiales Audientias ex potestate cōcessa ab Excell. Regni Prorege eiusq; Collaterali Conf. leuato velo, ad modū belli, & manu militari, q̄ verba qd importāt nēpe (leuato velo vide *tex. in l. de subuersis C. de naufr. lib. 11. Marā. in prax. p. 6. vers. inquisitio n. 146. & de illis verbis (ad modū belli, & manu militari) lo. Grād. in trac. de bell. exul. ferē p. tot. quorū meminit Viscō. in cōcl. incip. furtum 4. col.*
24 Sed an Princeps ¶ possit ordinē iuditiariū tollere *Verall. dec. 250. Ric. collec. 1108. verū*
25 q̄ Princeps ¶ nō possit mādare, vt nō subfistentibus iuditijs homo bonę vitę torqueatur, *Grā. vot. 32. n. 6. et 18. Carrab. d. sing. 245 circa fi. vbi qd ipse circa id sētiat, vbi ēt habes qn ¶ possit vigore p̄hēminentię M. C. V. procedi ad torturā ex p̄cessu ipformatiuo, & quomodo a quib. iudicib. & ordinarijs, & qn Princeps ¶ facit huiusmodi com-*

missiones contra tales delinquentes quando censeatur excitare iudicem ordinarium, & quando creare delegatum vide *R. Prag. editam per Excell. Com. de Lemos.*

N. 4. ibi ¶ erat conuictus ex depositionibus quatuor sociorum. ¶

- 26 Regulariter dictū ¶ socij criminis nō facit nisi inditiū ad inquirendū *Maceraten. lib. 3 resol. 7. n. 2. nisi adsint alia adminicula, quia tunc deuenitur ad torturā, vt p D. de Frāc. dec. 577. vbi dixi in prin. quib. adde, q̄ etiam*
28 in occultis ¶ statur dicto socij criminis *Grā. vot. 2. n. 6. & maxime qn est in tortura, qn enim veritas aliter haberi nō pōt, socij criminis, dicūtur idonei, & integri Det. in c. tertio loco n. ult. de probat. vbi de cōmuni testatur. & cōf. 342. & tanto magis si plures essent cōfessiones sociorū D. de Pōt. in tra. de pot. proreg. tit. de diuers. prouis. fier. solit. §. 4. n. 43. cū seq. fo. 30. vt aut scias quādo dictū*
29 ¶ socij criminis faciat inditiū ad inquirendū, & quādo faciat inditiū ad torturā consulas *Arno. soliloq. 69. & 64. quz ibi addita, & notata, q̄ Arno. ibi loquitur cōtra Clar. q. 21. vers. sed pone D. de Pōt. cōf. 96. n. 6. & seq. vol. 4. Vin. dec. 216. Boer. dec. 319. nu. 1. Villalob. cōm. opin. ver. cōfessio socij Ascia. de term. 156. n. 5. & 10. Verum aduerte ad id quod dicitur*
30 *Gram. ubi sup. quod etiam si essent ¶ plures socij criminis cōtinentes de nominato non valebunt tantum quantū dictū vnus testis,*
31 ideo cōtra ¶ hominē bonz famz nominatio nihil operatur, vt annuit *Author inf. nu. 8. Bal. et Imo. in c. si qui de testib. Gram. cōf. crim. 35. nu. 4. Meno. de arbit. cas. 454. n. 54. Nig in cit. c. frequēs, & effrenata n. 55. qui idē*
32 testatur ¶ in criminibus exceptis, bene tamē contra illū nominatio ¶ faciet inditium
33 ad inquirendū, vt per *Arno. differen. 69. fo. mibi 213. Carrab. sing. 225. incip. socius.*
34 Sed quod attinet ad confessionē ¶ pluriū sociorū criminis de qua hic, & maxime qn sunt tres vide *Campag. in d. c. frequēs D. Rouit. sup. prag. 5. de recept. male fact. n. 8. fo. 548 in vlt. impress. vbi meminit de dec. sup. cit. D. de Frāc. 540. quz loquitur de dicta cōfessione, cuius etiam meminit Ricc. d. collec. 280. Nouar. collec. 201. qui multa concernentia ad materiā cumulat, & alia reperies apud D. Rouit. in prag. 1. de perseq. malef. num. 9. & seq. & apud Pasc. in tr. Et de vir. patr. potest. p. 4. c. 2. nu. 41. fo. 461. Foller. in pract. crim. 1. p. 2. p. vers. & si confitebuntur nu. 109. & nouissimē omnium Viscō. qui latē materiā prosequitur, & complectitur omnia in duabus conclusion. altera, qua incip.*

incip. latrones, altera verò qua incipit Socius criminis. Et adde quod statuitur † confessioni duorum pro scriptorum etiam deponentibus de actibus diuersis in tortura contra receptatores *iux. Prag. 5. de recep. malefact. quod no. ad correctionē iuris communis, que*
 36 † in criminibus etiam si essent plures confessiones plurium sociorum criminis non producant aliam probationem, quam inditium ad torturam *Peguer. decis. 5. vbi late, &*
 37 ibi quando socius † criminis possit interrogari de socijs, de quo etiam per eundem *decis. 37. & per Foller. vbi sup. n. 102. & seq.*
 38 *fol. mibi 309. & an interrogatio † permessa in socio criminis contra latrones possit et fieri contra simplices fures, vide Peguer d. decis. 37. Caball. resolut. crim. 33. & quod so-*
 39 *cij † criminis confitentes seruata forma D. R. Pragm. debent repeti citato nominato per eos elicitur ex iur. d. Reg. Prag. alias non probarent, & propter hoc quosdam nominatos euasisse furcas testatur Viscon. d. concl. latrones Nouar. d. collect. 201. apud*
 40 *quem de discrimine † inter socios criminis & socios in crimine, & de predictis omnib. vide Ricc. ad d. D. de Franch. decis. 570. et 577*
 41 *Quid autem de socio † criminis, qui indulgentiam obtinuit delicti ne possit torqueri, an faciat iudicium, vide D. de Franch. decis. 459.* Favore autem fidei †, & quia crimen lese maiestatis nimis exceptuatum est crimen dictum socij criminis valet contra sociū, *Peguer. d. decis. 5. Nouar. collect. 163. & quid in crimine Sodomie, vide Foller. qui multos ad id cumulat in d. prag. nu. 57.*
 43 Quando autē dicitur, quod dictū † socij criminis facit inditium multa requiruntur de quibus per *Meno. d. cas. 454. Nig. in d. r. frequens, & Masbrill. decis. 295.*

In fin. ibi ¶ qui scalis appositis, vel extractis ianuis domos ingrediuntur, & furantur. ¶

44 De istis † furibus dixi *sup. ad decis. 13. in fi. vbi adduxi Ricc. de illis loquentē collect. 282. ex decis. D. de Franch. 570. sup. cit. de quibus vide etiam Viscon. d. concl. furtum. Nouar. ad Pragm. collect. 205.*

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

1. Mors civilis, an sufficiat, ut sequatur in substitutione.

- 2 Mortis appellatione proprie & stricte venit mors naturalis, sine hoc verbum profertur à l. siue ab homine.
- 3 Mortis appellatione quandoque actus sublineatur venit mors civilis.
- 4 Mors civilis non dicitur mors, neque cum morte naturali equiparatur nisi in casibus à iure expressis, & nisi quando mors civilis operaretur eundem effectum, quem mors naturalis.
- 5 Mors civilis non reperitur in iure, sed est verbum compositum à iuris preceptoribus.
- 6 Mors civilis in quibus consideratur exemplificatur in foriudicato deportato, damnato ad perpetuos carceres, in monaco, et alijs.
- 7 Triremium pena successit in locum deportationis, & damnationis in metallum.
- 8 Monachi mors civilis dicitur voluntaria meritoria.
- 9 Mors civilis monachorum sequuta professione equiparatur naturali quando monasterium est incapax successionis.
- 10 Vocatus in casu mortis alicuius illo ingrediente monasterium quando admittitur, an sequuta professione, vel post mortem naturalem.
- 11 Monasterium, an habeatur loco filij, & excludat substitutum.
- 12 Substitutus si monitur viuentē ipso instituto, qui in gressus est Monasterium fideicommissum efficitur caducum.
- 13 Substitutus succedit post professionē ingressi quando monasterium est incapax.
- 14 Probandi onus cui incumbat quem decessisse absque liberis, vel in pupillari etate.
- 15 Ius substitutionis non transmittitur ad heredes etiam liberos, fallit in casibus nu. 16. Idem in legato conditionali.
- 17 Fideicommissum vniuersale non potest cedi.
- 18 Transmissibilia, qua non sunt ad heredes per cessiones ad alium transferri nequeunt.
- 19 Transmissibile quod est, cessibile est, an hac regula procedat affirmatiue, & negatiue, et an è cōtra, quod est cessibile sit transmissibile.
- 20 Cessibilia per contractum transmittuntur ad heredes.
- 21 In substitutionibus quando fiat extensio de persona ad personam, et quando de casu ad casum, & de tempore ad tempus.
- 22 In substitutionibus ad euitandum absurda, & ex maiori parte rationis fit extensio de persona ad personam qua extensio dicitur comprehensio, & declaratio.
- 23 Institutio heredis quando extendatur de casu ad casum.
- 24 Nuptiarum casus non extenditur ad casum mortis, & an è contra casus mortis extendatur ad casum secundarum nuptiarum.

Obste.

- 25 Obstetricum iudicio flandum est in eo, quod partus possit naturaliter viuere, vel non.
- 26 Peritis in arte quando flandum est.
- 27 Partus natus quibus casibus si nascitur monstruosus prodigiosus, vel defectiuus sit capax, vel non.
- 28 Partus immaturus, & imperfectus quibus signis, & coniecturis cognosci possit.
- 29 Testibus in minori numero deponentibus de sana mente magis creditur, quam alijs in maiori deponentibus de non sana.
- 30 Quilibet presumitur sana mentis.
- 31 Notario an credatur si dicat testatorem inuenisse sana mentis, sed corpore languentem n. 32.
- 32 Testibus affirmantibus plus creditur, quam negantibus, & si negantes essent mille, & affirmantes pauci, & de ratione n. 32.
- Actore non probante reus absolvitur reg. quando procedat.
- 33 Præcedentia magis influunt in sequentia quam e contra.

AD DECIS. LXXIX.

Articulus huius decis. fuit plene discussus sup. decis. 43. ad ibi tradita te remitto, quibus adde dicta per Camer. in tit. de successio. f. end. nu. 16.

N. 4. ibi ¶ substitutio requirit mortem naturalem. ¶

- 1 Et sic non sufficit ¶ mors civilis, vt potè si quis esset deportatus, vt apertè dicit *tex.* in l. cum pater §. hereditatem corruptè hic alleg. ab Authore sub tit. de leg. 1. c. si sit sub tit. ff. de leg. 2. c. alijs per eum alleg. Et hoc quia
- 2 appellatione ¶ mortis proprie, & stricte venit mors naturalis Rui. in l. gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & postb. Meno. lib. 6. præsump. 4. num. 19. siue hoc verbum proferatur à lege, siue à testatore, vt per D. de Pont. conf. 159. nu. 9. & seq. vol. 2. & D. de Franch. decis. 562. nu. 9. & decis. 689. Viscon. in concl. incip. mora.
- 3 Et licet quandoq; vt actus ¶ subfineatur appellatione mortis venit etiam mortis civilis, vt per Ann. alleg. 135. num. 4. D. Rouit. sup. prag. 2. de iurisdict. inui. non turb. n. 51. 52. Bal. Nouell. tract. de dot. p. 7. priuileg. 11. post nu. 8. vers. quando autem nō tamen proprie,
- 4 & stricte dicitur mors ¶ nisi in casibus à iure expressis glo. in c. placuit el. 1. 16. q. 1. quā esse communiter receptam ex multis probat Castill. de usufr. lib. 1. c. 64. nu. 2. ac etiam vbi operaretur mors civilis eundem effectū quem, & mors naturalis D. in d. §. & quid si tantū, & in c. suspensū de rescrip. in 6. & in l. ex parte §. insulā ff. de ver. obl. Cōsiliar. de Anna. cōf. 14. n. 8. vol. 1. D. de Franch. d. decis. 689. n.

12. & tot. anninò videnda in hac materia c. lē addit. Ric. Frāsc. Mele filius meus in annot. ad Arnō. soliloq. 1. Vezin. cō. opin. tit. de verb. sign. ver. mortis in 2. tō. fo. 568. n. 19. quib. casib. mortē naturalē, & civilē æquiparari dixit Mastrill. dec. 283. D. de Frāc. dec. 689. n. 10
- 5 & 12. mortē ¶ n. civilē de iure nō fuisse cognitā, sed esse quodā magistrale verbū à iuris pceptorib. cōpositū testatur D. de Frāc. d. dec. 562. n. 10. Viscon. in concl. mors.
- 6 Quæ mors civilis nō modo cōsideratur in deportato, de quo loquitur d. §. hereditatē, et in foriudicato, de quo per D. de Frāc. sup. cit. dec. & in dānato ad perpetuas triremes de quo per Mastril. dec. 167. Pasc. in tra. de iur. patr. pot. p. 1. c. 5. n. 103. q. triremiū ¶ pena fuit subrogata in locū deportationis Mastrill. dec. 295. n. 27. vel in locū dānationis in metallū D. Rouit. vbi sup. n. 63. q. citat Casy. dec. 153. de qua pena loquitur Ricc. coll. 262. & 531. ver. infertur 4. & in dānato ad ppetuos carceres de quo p Innq. in c. qualiter el. 2. de accusat. et per Abb. in c. tua discretionis de pen. Bar. in l. 2. ff. de pub. iud. et Bal. in l. reos C. de accusat. refert. Iodoc. Enchirid. par. aut simil. iur. in ver. mors civilis perpetui carceris in 3. tō. cō. opi. fo. 622. n. 25. et per Ric. d. coll. et coll. 722. & p alios relatos p Molf. p. 4 q. 47. n. 6
- 8 Verū ē in monaco, cuius ¶ mors civilis dicitur volūtaria, siue meritoria, vt nōnulli dicūt in l. Deo nobis C. de Epif. et cler. sicuti pdictorū respectu penalitatis, & eorū q capiūtur ab hostib. dicitur casualis, & hęc ¶ mors civilis illorū q religionē ingrediūtur sequuta pfectione æquiparatur naturali qñ Monasteriū nō esset capax successionis Sessa dec. Arag. 44. qui vidēdus est in seq. dec. 45. vbi
- 10 vocatus ¶ in casu mortis alicuius ille ingreditē Monasteriū admittitur, sed ppter mortē naturalē Monachi refert Ric. d. coll. 531. vbi de alijs, quē vide ē de dicta morte civilī Monachorū latē coll. 1624. Mayn. dec. 39. D. de Pōt. d. cōf. 159. vbi de peremptione vñ usufructus, Peregr. in tra. de fideicom. latē art. 28. vbi an existēte monaco hærede grauato in casu substitutionis si sine liberis requiratur q sequatur mors naturalis monachi, vel sufficiat, q in religione emanauerit pfectionem ad hoc, vt fideicomissū cōmictatur, & quādo Monasteriū ¶ excludet substitutū, de quo ē p D. de Frāc. dec. 29. Ozaf. dec. 126. Meno. lib. 4. præsup. 83. per tot. Ric. coll. 3074. p. 7. & alij relati per Amen. ad D. de Frāc. dec. 40. & 469. & p Ric. ad eundē D. ad dec. 29. & p Molf. ad consue. Neap. p. 4. q. 65. tot. vbi latē refert opin. hinc inde super isto articulo, an Monasterium habeatur loco filij, & excludat substitutum, & demum in omni opin. con-

T 2 cludit

cludit in substitutione esse etiam expectan-
dam mortem naturalem ipsius ingressi ad
quod vide *Mantient. lib. 5. recollect. tit. 4. l. 3.*
glo. 2. nu. 3. Spino. in specul. testam. glo. 12. nu.
32. ver. maior tamen quorum meminit Ricc.
ad d. D. de Franch. decis. 29. in fi. idq; eatenus
13 verum esse, quod si substitutus † moriatur
vivente ipso instituto ingresso fideicommis-
sum efficeretur caducū, vt per *D. de Franch.*
dec. 14. n. 14. Pereg. d. art. 28. n. 83. Gutierrez.
lib. 1. Cano. qq. 132. n. 25. q. dicit quod tunc
13 substitutus † succedit post professionē, qñ
Monasteriū esset incapax bonorum in cōi.
14 Cui autē incumbat † onus probandi quē
decessisse sine liberis, vel in pupillari ætate,
an fundanti se in negatiua, vel in affirmati-
ua, vide *Pereg. post D. per eum cit. latē art. 43.*
d. n. 45. vbi contrarias refert opin.

N. 4. ibi ¶ ius substitutionis ad hære-
des non trāsmitti etiam ad liberos. ¶

Ad hoc probādū Author corrupte ci-
tat *tex. in l. toties ff. de hered. inst. stante quod*
tex. ille est sub tit. ff. de acq. hered. qui tex. per
15 belle probat id, quod dicitur hic quod ius †
substitutionis non trāsmittitur ad hæredes
etiam, quod liberi sint, de quo *D. Gizzarell.*
sup. dec. 40. nu. 4. vbi dixi, & adduxi Morot.
resp. 5. nu. 17. & alios latē Pereg. in art. 31. de
fideicom. n. 6. & seq. Curt. Iun. cōf. 96. Castres.
cōf. 403. dixit alias nunc Author sup. dec. 40.
n. 13. vbi nōnulla etiā adduxi quib. adde no-
uiss. Ambrosin. dec. Perus. 7. nu. 11. Amend. ad
decis. D. de Franch. 153. n. 3. vbi dicit, q. substi-
tutus predecens non trāsmittit ad here-
dem spē cuiuscunq; speciei substitutionis, ni-
16 si heres † ille testatoris iudicio, & opinione
veniret, *Det. cōf. 480. & 574. Guid. pap. dec.*
162. Benin. dec. 88. Franc. Marc. decis. 78. 2. p.
Boer. dec. 38. n. 22. & dec. 88. Mago. dec. Luc.
82. n. 11. cum alijs per eum ibi cumulatis,
vbi dicit sex alias limitationes ad hanc re-
gulam poni per *Crauet. cōf. 258. & per Me-*
no. cōf. 325. vol. 4. Idem in legatario, qui si
condicione pendente decedat quamvis po-
stēa conditio extiterit heres legatarij legati
lucrum non habebit, quia conditionale le-
gatum non trāsmittitur ad heredes nisi te-
stator aliud disposuerit *Duran. de art. test.*
cant. 32. vbi dicit quod trāsmittibile fiet le-
gatum si dixerit hoc modo lego Titio, &
17 hæredib. eius. Hinc est quod † fideicommis-
sum vniuersale non potest cedi, regula. n. est
18 quod ea, quæ non sunt † trāsmittibilia ad
hæredes, eadem per cessiones in alium trās-
ferri non possunt *lex plurib. vbi Bar. ff. de*
adm. tuto. latē probat Pereg. d. art. 31. n. 28.
19 quod .n. est trāsmittibile est † cessibile.

Fran. Curt. cōf. 57. incip. Summa. Calcā. cōf.
18. quos citat Gomm. in d. fuerat n. 26. de actio
fo. 219. & n. seq. quæ regula, an procedat af-
firmatiue, vel negatiue optimē declarat *Api-*
cell. in sua tutam. paup. tit. 4. nu. 92. vbi filius
add. & vide Barbof. in l. quia tale n. 20. ff. sol.
matr. An autem ē contra, q. est cessibile sit
trāsmittibile vide *D. de Franch. dec. 593. n. 3.*
& quomodo intelligatur regula ista, quod
id quod est cessibile est trāsmittibile vide
Molfes. ad consuet. Neap. p. 5. q. 10. n. 3. Bened.
in c. Raynautius, ver. si absq; liberis el. 2. n. 69.
fo. mibi 342. Et de cessibilib. per cōtractū
20 trāsmittantur ad heredes *Gratia. decis. 153.*
n. 10. Misfing. cent. 3. obser. 23. n. 6 & de tranf-
missione legati, seu fideicommissi conditiona-
lis, vide latē *Viscō. cōcl. legatarius D. de Frac.*
dec. 525. Medi post D. per. eum allatos exam. 2
& de plurib. coniecturis quib. fideicommissū
condicionale trāsmittitur ad filios primi
gradus eundem *Medi. decis. 3. tot.*

N. 5. ibi ¶ & in substitutionib. non
fit extensio de persona ad personam. ¶

Quādo in substitutionib. fiat extensio de
persona ad personam, & de casu ad casū, &
quādo nō perbellē explicat more suo *Pereg.*
in tra. de fideicō. art. 29. n. 32. et seq. Meno. lib.
4. presūp. 36. n. 9. vbi q. ex cōiecturata mēte
testatoris qñq; extēsiō fit qñq; nō, & vide tū
dē *Meno. eb. lib. 4. presūp. 65. tot. vbi qñ substi-*
tutio directā ex p̄sūpta mēte testatoris ex-
tēdatur de casu ad casū, de p̄sona ad perso-
22 nā, & de tēpore ad tēpus, & q. in † substiti-
tionib. ad euitandū absurda, & ex maiorigi-
te rationis fiat extensio de persona ad per-
sonā v.g. ne minus dilectus præferatur ma-
gis dilecto, quia in tali casu nō dicitur pro-
prie extēsiō, sed cōprehensio, & declaratio.
Mastard. de probat vol. 3. cōcl. 1136. n. 10. Pa-
ris. cōf. 50. n. 60. vol. 3. cū alijs allegatis per
Tbor. in 2. p. cōp. dec. Reg. ver. fideicōmissū col.
5 fo. 212. quib. addo Medi. dec. Senen. 2. n. 4. &
23 institutio heredis qñ extendatur de casu ad
casū *Meno. lib. 4. presūp. 26. & quoad tradi-*
ta hic per Authorē vide *Consiliat. de Anna.*
cōf. 53. n. 70. et seq. Det. cōf. 594. Meno. cōf. 243
Bursa. cōf. 63. ambo. vol. 3. vbi q. in substiti-
24 tionib. † casus nuptiarū nō extēditur ad ca-
sū mortis *Anna cōf. 84. n. 43. & de cōtrario*
casu q. casus mortis extendatur ad casū se-
cundarū nuptiarū *Meno. dict. presūp. 65. ny.*
10. et Mastri. dec. 6. n. 29. post 10. And. per ipsū
cit. Et quod in fideicommissis non fiat ex-
tensio *Medi. decis. Senen. 1. num. 5.*

N. 9. ibi ¶ stante iuditio peritorum
quib. standum est in similibus. ¶

Adde

- 25 Adde quod etiā obstetricum † iudicio scā-
dum est in eo quod partus possit naturaliter
vivere, vel non *Clar. in S. testamentum q.*
45. vers. fin. vbi de communi, de qua cōmuni
Ficbara. 2. tom. cōm. opin. tit. de possib. hēr in-
26 *stit. n. 6. fo. 122. & quando peritis † in arte*
standum, & credendum sit Mascar. de proba-
tio. concl. 1169. vol. 3. Gratian. discep. forens.
lib. 2. c. 233. Hōde. conf. 31. nu. 4. vol. 1. quo-
rum meminit Viscom. in concl. incip. periti.
Ricc. collect. 136.

N. 9. ibi ¶ iudicandus sit fatuus, mu-
tus, & imperfectus à natura, & natiui-
tate. ¶

- 27 Partus natus † quib. casib. si nascitur mō-
struosus, prodigiōsus, vel defectiuus sit ca-
pax, vel non explicat *Pereg. post D. per eum*
cit. de fideicō. art. 43. à n. 24. & de partu † im-
maturo, & imperfecte nato, quib. signis, ac
coniecturis cognosci possit Meno. lib. 6. prę-
sump. 52. tot.

N. 10. ibi ¶ magis creditur duobus
testibus deponentibus de sana mente,
quam mille de non sana. ¶

- 29 Quod testib. etiam in minori numero de-
ponentibus de sana mente magis credatur,
quam alijs in maiori deponentibus de non-
sana ultra *Boer. hic cit. vide Gama. dec. Lusit.*
303. n. 1. Valaf. decis. 145. nu. 12. Ricc. collect.
30 *3084. in fin. 7. p. vbi rationem † assert, quia*
de iure quilibet præsimitur sanæ mentis re-
cti; iudicij latē Ricc. collect. 1557. Ludou. dec.
Perusin. 1. nu. 10. & posset etiam addi, quod
31 *creditur plus testibus affirmantibus † quā*
negantibus Rubin. dec. 183. etiam si paucio-
res elsēt affirmantes, & mille negātes Frāc.
Marc. decis. Delpb. 266. n. 3. & 485. n. 4. vol. 1
Mag. decis. Florent. 17. num. 6. Boer. decis. 23.
32 *Medi. exam. 6. ratio † est propter reditiōē*
causæ credibilioris arg. l. diem proferre S. si
plures ff. de arb. Ludo. decis. Lucen. 3. n. 19. Ricc.
coll. 3083. quo loci cumulavit casus in quib.
aliqui testes alij præsferātur, de quo latē per
Farin. qui alios more suo congerit in tract. de
testib. tit. de oppos. contra dicta testium q. 65.
n. 200. & seq. & quod credatur potius duob.
testib. affirmantib. validitatem instrumenti,
quam plurib. alijs negantib. & improbantib.
vide Gait. tract. de credit. cap. 3. tit. n. 611 et
sequent. & quod sana mens, vel furor pro-
bandus ab eo qui in eo se fundat Mising.
cent. 2. obser. 77. Et quid si Notarius atteste-
tur testatorem sanæ mentis, an probata in-
sania testamentum erit nullū, quod sit Boer.
vbi sup. cum alijs cumulatim per Medi. d. exā.
p. num. 23. quim vide nu. 25. & seq.

N. 12. ibi ¶ actore non probante
reus venit absolvendus. ¶

- 33 De hac Regula vide *Ricc. collect. 459. D. in*
l. qui accusare hic cit. omnium latiss. Franciscū
Mele filiū mēū in Anno ad Arno. soliloq. 7.
Sed an dispositio d. l. qui accusare procedat
quando non fuit datus terminus ad proban-
dū vide Zeuall. com. contra comm. q. 816.

N. 20. ibi ¶ præcedentia recipiunt
interpretationem, & restrictionem à
sequentibus. ¶

Adde quod præcedentia magis influunt
in sequentia, quam è contra *Fab. de Anna.*
conf. 53. nu. 106. & 129. Medi. exam. 24. n. 29.
Joseph Mele.



S V M M A R I V M.

- 1 Mercat. varias committunt fraudes ad deci-
piendū creditores dū se decocturos vident.
- 2 Mercatores quando efficiuntur non solu-
do faciliores sunt ad mentendum.
- 3 In decoctis præsimitur dolus.
- 6 Mercatura Christianis dissuadetur.
- 7 D. IESVS eicit emētes, & vendētes de tēplo.
- 9 In bonis mercatoribus bona fides, & bona
lingua exigitur.
- 10 Falsitas commissā in libris mercatorum pu-
niture pena ultimi supplicij. Idem si magna
non sit, sed reiterata nu. 11.
- 12 Subtrahens, & occultans libros mercatorum
punitur tanquam falsarius.
- 13 Libri subtrahēti, & occultati, ut indicentur
potest ad torturam procedi. quando proce-
dat n. 15. et de quib. libris intelligatur n. 16
- 14 Cōtra fallitos omnis mala cōiectura crescit.
- 17 Mercat. habetur per publicis personis, et n. 19
- 18 Libri mercatoris quomodo confici debeant de
illorum fide, & quid si conficiuntur à mer-
catore suspecta vite.
- 20 Mercatores an teneantur exhibere librum
rationis quē ipsi faciūt pro eortū instructio-
ne, & an quinterntū, seu librum quē vocāt
(squarcia foglio) et an extra locū domicilij.
- 21 Mercator mutans signū punitur pena falsi.
- 22 Mercatura licet vilis ars sit, tamen non ita
reputatur apud aliquas nationes.
- 23 Mercat. an nobilitati deroget 24. 29. et seq.
- 25 Mercatura officialibus prohibita.
- 26 Mercat. exercere Barones Neap. dedignātur.
- 27 Mercatura Baronibus prohibita.
- 28 Merc. an possint Barones exercere cū vassallis
- 29 Mercatura an nobilitati deroget, si exercea-
tur per intermediam personam.
- 30 Mercat. an nobilitati deroget si mercatura sit
magna.

- 31 *Mercatura clericis prohibita fallit in aliquibus casibus n. 32. & seq.*
 33 *Clericis semel mercaturam exercens non dicitur mercator.*
 34 *Clerici negotiatores puniuntur per R. Cam. Apostolicam, Nuntios, & collectores Apostolicos quod in prouintijs, & Regnis resedent.*
 35 *Mercatura militibus prohibita.*
Mercatura, & negotiatio deuiat animum ab exercitio proprii muneris.

AD DECIS. LXXX.

- D**E mercatoribus decoctis nonnulla dixi supra ad decis. 59. Nunc quia in prin. huius decis. dicit Author quod Mercatores † varias committunt fraudes ad decipiendum creditores, dum foro se cessuros, & decocturos se vident. Adde quod quando mercatorum deficit fides † quia effectus sint sunt non soluendo, faciliores quoque sunt ad metiendum, & ad creditores fraudandum Stracc. de decoct. f. 177. cuius meminit D. meus Gait. in tra. de cred. c. 2. q. 8. n. 3069. f. 194. & in huiusmodi decoctis † dolum praeiudicium adnotauit Natt. conf. 361. n. 7. Brun. de cess. bon. q. 9. n. 35. Plot. de in lit. iur. §. 4. n. 64. Giurb. decis. 41. n. 12. & ideo Bal. in c. cum causam in fin. de test. Purpur. in l. 1. n. 18. C. de eden. & Saly. in Auth. ad hac de usur. dissuadet christianis † mercaturam ad quod plura ponit Luc. de Penn. in l. 1. C. neg. ne mil. lib. 12. D. Rouit. pragmat. 1. n. 2. de mercatura. Viscon. in conclus. quae incip. mercatoris ubi multa, & D. IESVS † eiecit ementes & vendentes de templo. de quo est tex. in c. eiciens 88. d. 8 Quod intellige de malis † & perfidis mercatoribus, & qui conscientiae non student secus de legalibus, & conscientiatatis, in quorum domibus reperitur aequitas & veritas, 9 vt per Affl. loco cit. & in quibus † est bona fides, quae in bona lingua etiam exigitur in bonis mercatoribus arg. l. praebiteri C. de epis. & cler. Castren. conf. 82. in fin. lib. 2. quo arg. citatur Ambrosin. decis. perus 15. n. 22. quia horum mercatorum exercitium vile est Reip. vt testatur Petr. Vbal. in sua epist. ante tract. de duob. socijs Fortu. de fi. iur. col. 83. allegando Cic. in offit. Anchab. conf. 156. incip. Summa Prudentiae in prin.

N. 3. ibi ¶ Mercatores decoctores, qui rationes perturbauerint falsificauerint, libros uerationum adulterauerint, aut abraferint, vel occultaue-
 rint. ¶

- 10 Adde quod falsitas † in libris mercatorum commissa punitur poena ultimi supplicij si magna sit L. ubi C. ad l. Corn. de fals. ubi Arg. n. 2. Cappy. decis. 130. 3. dub. & alij relati per Farin. q. 150. n. 24. quibus adde Mastrill. decis. 225. n. 15. ubi subdit quod eadem poena 11 † locum habet quando falsitas est iterata, & si magna non sit, & apud eundem Mastrill. ibi. vide multa circa occultationem † libro-
 12 rum mercatoris, & subtractionem illorum quod illos subtrahens, vel occultans punitur tanquam falsarius per tex. in l. qui testamentum ff. ad l. Corn. de fals. & l. cum qui C. eo. Farin. d. q. 150. n. 154. 158. & 160. Nouar. ad pragmat. collect. 128. n. 4. & quod potest 13 procedi † ad torturam vt indicentur libri subtrahiti, & occultati Farin. d. q. 150. n. 162. & ita decisum testatur Mastrill. ubi supra n. 16. qui non nullos ad hoc citat quibus adde Paris de Put. tra. sindicatus ver. tortus est vers. an causa pecuniaria Mart. in l. diuus n. 7. ff. de questio. & in prax. §. expedita n. 62. Purpur. in l. singularia num. 94. ff. si cert pet. Boer. decis. 215. n. 5. Carrer. pra. crim. in tra. de indit. & tortura §. circa secundum post n. 24. ver. & ideo Mascar. de probat. concl. 819. n. 38. quorum meminit Escobar de ratiocin. c. 20. n. 10. ubi tradit rationem quia omnis 14 mala † coniectura crescit contra fallitos qui ad mentiendum faciles sunt, qui ideo ex illa mala praesumptione possunt torqueri Farin. de indit. & tort. q. 32. n. 35. qui dicit 15 quod praedicta procedunt † quando criminaliter agitur secus si ciuilitur, ad quod vide D. de Francb. decis. 276. n. 12. & Escobar d. c. 20. per tot. ubi discutit quando locus est torturae pro veritate eruenda contra eum qui dolose intrincauit, & conturbauit rationes ita vt veritas apparere non possit, ubi distinguit quando agitur ciuilitur & quando criminaliter, & quando miste. Et praedicta maxime locum habent quando perturbantur falsificantur & occultantur libri praedicti mercatoris falliti ad veritatem occultadam per quem maximum damnum paratur Reip. & interesse creditorum ad tex. in l. Paulus respondit ubi Bal. ff. de fals. cum mercatores habeantur pro publicis personis, & sub fide publica negotiantur, & consequenter eorum libri vt publici reputantur, & propterea tenentur edere eorum libros ut per Stracch. de mercat. p. 2. n. 70. Ias. in l. 1. n. 3. Det. n. 18. Cagno. n. 78. C. de ed. n. alios ad id 18 citat Mastrill. ubi supra n. 20. qui libri † quo modo confici debeant a mercatoribus tradit Gait. d. tra. de cred. c. 2. tit. 2. n. 84. & seq. & de eorum fide, & si libri mercatoris infamis, & suspectae uitae probent eundem Gait. ibid. n. 135.

19 *nu. 135. & seq.* & si mercatores dicantur pub
 licit vel nō, sicuti Bancherij, & campores
 prout habentur in Regno Sicilię, & pro ab-
 soluto tenet *Mastrill. loco cit. vide Meno. de*
arbitr. cas. 91. nu. 9. lib. 2. & Escobar. de ratio-
 20 *cin. c. 11. nu. 10. & seq.* Sed an mercatores
 teneantur exhibere librum rationis quem
 ipsi faciunt pro ipsorum instructione quem
 ipsi quinternum seu (squarcio) appellant,
 vide *Borrell. conf. 66. nu. 10.* & quod non te-
 neantur *Meno. de arb. cas. 499. nu. 65. & 66.*
Genua. de priu script. lib. 4. fo. 196. Cartar. de-
cis. 112. Farin. decis. 235. 237. & 241. Borrell.
conf. 82. Vifcon. d. concl. incip. Mercatoris sta-
 tus circa med. vbi quando mercator tene-
 tur exhibere, an cogatur etiam extra locum
 21 domicilij, ac etiam de mercatore qui mutat
 re signum quod puniatur pēna falsi, & de
 alijs.

N. 3. ibi ¶ licet de per se in aliqui-
 bus nationibus sola mercatura non in-
 ficiat nobilitati. ¶

- 22 Mercatura licet vilis + ars sit quod pro-
 bar ex multis *Gait. d. tract. de credit. c. 2. tit.*
7. q. 5. num. 2084. & seq. quibus adde *Ricc.*
collec. 2177. Guid. Pap. dec. 196. D. de Frach-
decis. 128. Pascal. de vir. patr. pot. p. 4. c. 2. nu.
41. secus tamen reputatur in aliquibus na-
 tionibus, vt Ianuz, Florētiz, Venetijs, *Stracc.*
de mercat. p. 2. nu. 18. Tiraq. de nobil. c. 10. de
 quo etiam vide eundem *Tiraq. c. 27. nu. 13.*
 23 & c. 33. vbi explicat, an mercatura + nobi-
 litati derogat ultra *Mising cent. 6. obser. 54.*
 ad quos in hoc se remittit *D. Rouit. in rub.*
de Mercatura offit. probib. nu. 2. & dixi sup.
ad decis. 10. num. 7. Gait. ubi sup. nu. 2078. &
 24 *seq.* & quod + reuera extra illas nationes
 mercatura non conuenit nobilibus *Capibl.*
in prag. 1 de Baron. num. 350. & est tex. in l.
nobiliores C. de commerc. Tiraq. de nobil. c. 7.
Surg. de Neap. Illustr. fo. 429. D. Rouit. ubi
 25 *sup. nu. 7* prout + non conuenit officialibus
 quibus omnino prohibita est mercatura, vt
 per *Capibl. prag. 4. nu. 39 de Baron. Gait. d.*
q. 5. nu. 2025. vsq. ad num. 2076. & adlunt R.
Prag. de Mercat offit. prob.
 26 Hinc Barones + Neapolitani dedignantur
 mercaturam exercere, vt testatur *Gait.*
de credito c. 2. tit. 3. nu. 632. de quo vide per
 eundem *Gait. eo. c. 2. tit. 7. q. 5. num. 2103. &*
 27 quod + Baronibus sic prohibita mercatu-
 ra adducit tex. *D. Rouit. loco cit. nu. 7. in l. 3.*
C. de commerc. & mercator. & Bomb. conf. 89.
 28 *num. 8. & de mercatura + quam exercent*
 Barones cum Vassallis idem *Gait. 16. num.*
 2074.
 29 Sed an nobilitati derogetur si + nobiles

negotiantur per intermediam personam,
 quod non *Stracca Pascal. & Gait. ubi sup. n.*
2096. & seq. qui alios cumulat. Verū si ma-
 30 gnā + & eximij valoris mercaturam mer-
 caiores exercent, quod non amittunt nobi-
 litatē tenet *Affl. in c. 1. tit. quis dicatur dux.*
col. 2. ver. sed hoc falsit Tiraq. d. c. 33. Stracc.
loco cit. Gait. ubi sup. num. 2079 & 2080. &
 2129.

N. 7. ibi ¶ tale exercitium prohibe-
 ri clericis. ¶

- 31 Quod Clerici + non possint negotiari, &
 mercari satis notum est in iure, & multi sūt
Sacri Cano. id dicentes, vt c. fi. de vit. & bon.
cler. c. 1. c. pradicator 16. q. 1. c. 1. 14. q. 4. c. nego-
tiator 88. dist. S. C. Triden. sess. 22. c. 1. de re-
form. Graff. decis. aur. cas. consens. p. 2. lib. 3. c.
 2. qui recenset pēnas clericis negotiatoris,
Stracc. de Mercat. p. 3. num. 4. & alij cit. per
Gait. d. q. 5. nu. 2132. quibus adde *Novar. d.*
pragm. 1. num. 4. qui dicit dispositiones di-
 32 eorum iurium non procedere in Clerico,
 qui rem emit causa proprii vsus, & postea
 emergente causa, vel ratione eandem rem
 vendidit etiam si rem ipsam carius vendat,
 33 quod per prius emerat. Item quando + Cle-
 ricus semel negotiationem exercuit, quia
 ex vnico actu non potest quis dici merca-
 tor, *Gait.* qui multos recenset casus in qui-
 bus clericus potest negotiari *d. q. 5. n. 2132.*
vsq. ad nu. 2154. & Borrell. conf. 74. n. 24. &
 34 *25. lib. 1.* extra quos semper Clericos + ne-
 gotiatores puniri per Reg. Cam. Apostoli-
 cam, & per Nuntios, seu Collectores Apo-
 stolicos, qui in prouintijs, seu Regnis resi-
 dent, vt idem *Gait. nu. 2135. testatur ex Mos-*
ses. de contract. c. 4. num. 128. & Graff. d. c. 2.
num. 23.

Et non modo clericis, qui sunt milites cē
 35 lestis militiz prohibita est mercatura, + sed
 etiam militibus armata militiz, vt *c. negot.*
ne milit. lib. 12. Rouit. d. prag. 1. n. 3. qui ra-
 36 tionem assignat quia + mercatura, & quz-
 libet negotiatio deuiat animum ab exerci-
 tio proprii muneris, & similem rationem
 assignat *Novar. ea. prag. 1. collec. 130. nu. 2.*
 quz rationes militant p̄sertim in Cleri-
 cis, & officialibus.

Joseph Mele.



SVMMARIVM.

- 1 Legatum quando dicatur factum causa de-
 monstracionis, vel taxationis.

2 Dolus

- 2 Dolus ex proposito quid.
- 3 Dolus re ipsa quid.
- 4 Dolus ex proposito, & dolus re ipsa equiparantur.
- 5 Blanditiæ, & persuasiones operantur eundem effectum, quem operatur vis.
- 6 Seruum, qui persuasit ingredi irreligiosam sectam blanditijs, & vi pariter punitur.
- 7 Persuadere est plus quam compelli.
- 8 Stuprans virginem blanditijs, & amatorijs verbis pariter punitur, ac si vi.
- 9 Preces importune equiparantur metui quoad contractus rescissionem.
- 10 Dolus ex persuasionibus interuenisse presumitur.
- 11 Abbas, vel alius superior persuadens aliquem, ut ingreditur suam religionem si ille ingreditur, Monasterium non habetur loco filij.
- 12 Licitum est contrahentibus se inuicem decipere, quando regula ista habeat locum, & quando non remis.
- 13 Sanguinis cõiunctio facit abesse omnem fraudis suspicionem.
- 14 Causa finalis regulat dispositionem, & actum cum sit substantia dispositionis, & actus.
- 15 Est fons causarum, & principium intentionis.
- 16 Causa finalis, qua sit
Contractus est nullus ex defectu consensus.
- 17 Causa finalis colligitur ex probemialibus, siue simus in contractibus, siue statutis, siue legibus rescriptis, priuilegijs, & sententijs.
- 18 Dispositio à probemiali ratione regulatur sicut corpus ab anima.
- 19 Causa falsa vitiat contractum, & an vitiet rescriptum, gratiam libellum, cõfessionem, cessionem donationem excommunicationem & alia.
- 20 Sententia lata ex falsa causa, an valeat, & quid si causa non est in totum falsa, sed in parte nu. 21.
- 22 Iudex an teneatur in sententia exprimere causam sua sententia.
- 23 Institutio nulla ob errorem testatoris an valeat saltem in vim fideicommissi.
- 24 Causa falsa, an vitiet legatum si causa legatæ aliàs erat obligatoria Demonstratio falsa an vitiat legatum.
- 25 Contractus, & iuramentum habent in se tacitam conditionem si dolus absit.
- 26 Dolus si dedit causam contractui facit contractum ipso iure nullum.
- 27 Contractus quando presumatur dolosus, & in dubio non presumitur dolosus.

Legatum quando dicatur factum causa demonstrationis, vel taxationis vid. *D. de Franch. decis. 721. vbi* multa addidi quibus adde *Det. conf. 323. vol. 1. Surd. de alim. tit. 2. q. 26. à num. 2.* alios citat *Viscon in concl. qua incip legatum quando dicatur*, cuius non meminere moderni adden. qui ferè de verbo ad verbum illam conclus. exemplarunt, & adde *decis. de anno 1622. referente D. Rouit. nouissimè relata per Thor. in Comp. decis. Reg. 2. p. ver. legatum annum in causa Ven. Monasterij S. Francisci Agropoli, & de legato obscuro, quod multis modis potest contingere, vide Ricc. colle. 695.*

N. 5. ibi ¶ non posse considerari dolum, neq; ex proposito, neq; re ipsa. ¶
2 Adde quod dolus † ex proposito est cum aliquis præmeditate, & studio proponit quibuscunq; technis velle alterum decipere.
- 50 *Heres ita grauatus s. bona distribuere inter pauperes potest eligere seipsum.*
- 51 *Tempus in testamento fauore heredis praesumitur adiectum.*
- 52 *Non entis nulla sunt qualitates.*
- 53 *Proximitas in fideicommissis quo tempore attenditur.*
- 54 *Tex. in l. filiusfamil. §. cum pater, vers. sed si omnes ff. de legat. 1. perpenditur.*
- 55 *Grauatus restituere bona pauperibus post mortem an possit uni pauperi relinquere.*
- 56 *Numerus pluralis in singularem conuertitur.*
- 57 *Res indiuisa melius conseruatur quam diuisa.*
- 58 *L. cum filius §. pater ff. de legat. 2. intelligitur.*
- 59 *Quantitas habita ex fructibus fideicommissi habetur loco portionis fideicommissariae.*
- 60 *Legata re videntur relictæ etiam fructus qui ex illa percipiuntur, & quid si illis alter frueretur.*
- 61 *Verba testatoris cum effectu intelligenda.*
- 62 *Verba conseruationis bonorum in familia monasterio non adaptantur.*
- 64 *Mater non succedit in fideicommissum conseruando penes eos de familia, nec in eo institui potest.*
- 66 *Monasterium an veniat contra testamentum ingressi, si iste nihil ei reliquit.*
- 67 *Emphyteusis accepta pro se, & filijs, si accipiens sine filijs ingressus sit monasterium, an transeat ad monasterium.*
- 68 *Monasterium haberi loco filii non semper verum.*
- 70 *Statutum laicale non ligat personas religiosas.*
- 71 *Benefacere nemo cogitur.*
- 75 *Mulier ingrediens religionem, an videatur nubere, ita quod excludatur à legato relictæ si in viduitate remanserit.*
- 76 *Intellectus l. Titia si non nupserit de condit. & demon. remissive.*
- 79 *Mens potius quam verba attendenda.*
- 81 *Dictio, etiam, stat saepe copulatiue.*
- 83 *Grauatus restituere totam hereditatem, an po*

posuit detrabere trebellianitam.

84 *Annullus inceptus non habetur pro completo, limitatur favore filij, nu. 85.*

86 *Conditionibus alternatiue positis à testatore sufficit uni obtemperare, limitatur favore filij.*

87 *Specialia non sunt multiplicanda.*

88 *Trebellianica in filiis primi gradus prohiberi potest etiam per verba generalia, & aequi pollentia.*



Adi species breuiter ita se habet. Quidā Titius duos filios habens, eos instituit hæredes vniuersales, scilicet Ioan. Antonium, & Petrum Iacobum, quos adinuicem substituit, vt alter alteri moreretur, eisq. bona sub tali fideicommissio reliquit, vt nullo modo alienare, hypothecare, donare, seu de eis etiam ad pias causas testari valeāt, seu quouis modo etiam si legis auxilio hypothecanda venirent, siue p. dote, siue pro lucro matrimonio, quia vult, vt in perpetuū ea bona in familia conseruentur pro descendētibz suorum filiorum, & descendētiū hæredibus de familia testatoris de linea masculina ordine successiuo, qua deficiente, vt ad filias feminas eiusdem familiae proximiores bona illa ita vinculata; & fideicommissio subiecta venirent; & his penitus deficientibus, vt deuenirent, ad Franciscum, & Sempronium.

Decessit ipse Titius testator, & adita fuit hæreditas per dictos duos fratres, scilicet Petrum Iacobum, & Ioannem Antonium, quorum alter, scilicet Ioan. Antonius post aliquod tempus ab hac vita ad superos migravit clericus in sacris, cui iuxta disposita per testatorem successit dictus Petrus Iacobus eius frater, qui procreauit quinque filios, scilicet Franciscum Andream, Nicolaum Angelum, Ioan. Mariam, Ioan. Donatum, & Ioan. Baptistam, qui Ioan. Baptista cum adhuc viuente Patre, scilicet dicto Petro Iacobo sibi fecisset reservationem quādam annuorum ducatorū tot consequendorum pro eius ratā super fructibus dicti fideicommissi per eius auum Titium relicti, & possessi per dictum eius patrem Petrum Iacobum; Ingressus est Religionem S. Domini, ibique professus est, qua professione emanata, dictus commu-

nis pater Petrus Iacobus in vltimis constitutus dictos quatuor filios, scilicet Franciscum Andream, Nicolaum Angelum, Ioan. Mariam, & Ioan. Donatum in omnibus eius bonis hæredes instituit, etiam fideicommissarij, dictoq; filio Monacho Io. Baptista id totum per ipsum patrem in suam vtilitatem in vita erogatum loco legitimæ reliquit, factaq; bonorum diuisione inter dictos quatuor fratres, patre testatore defuncto; insurgit prefatus Monachus, & a dictis eius fratribus dictos ducatos annuos sibi reseruatos super dicto fideicommissio intendit consequi. Quid iuris?

PRO MONACHO.

Satis pro Monacho prima fronte videtur respondendum, nempe ipsum bene posse admitti ad petitionem dictorum annuorum ducatorum super bonis dicti fideicommissi non obstante quod a dicto patre Petro Iacobo sit exclusus, & solum in legitima institutus; cum ipse pater hoc non possit, quia videtur grauatus post mortem restituere bona ipsis filiis a dicto Titio patre suo, & Auo dictorum filiorū habita, & consequenter ipse Monachus videtur ab eodem Titio vocatus in illis bonis. Et quod in presenti dictus Petrus Iacobus pater videatur grauatus restituere bona post eius mortem ipsis filiis proximioribus. Probatur, quia fideicommissum licet censeatur inductum in casu alienationis tantum, & non mortis quando fuit facta prohibitio de non alienando, vt bona remanerent in familia, vel in descendētibz, vel in agnatione, vt per tex. in l. pater filium 36. §. filiam ff. de leg. 3. Bart. ibi in prin. l. Pater filium 54. ff. ad leg. Falc. l. peto 69. §. fratre il 3. ff. de leg. 2. c. sexcentum Doctoribus adductis per D. Vin. Fusar. de subst. q. 688. nu. 1. & 9. tamen censetur inductum etiam in casu mortis, quando diceretur per testatorem, vt bona conseruentur in familia, & nullo modo alienari possint; sed vadant ad descendentes de familia ordine successiuo, & gradatim, vt in casu nostro, prout senserunt Paris. cons. 88. colam. 4. vers. nam prædicta lib. 2. Ruin. cons. 101. nu. 15. lib. 2. Decian. cons. 31. num. 109. & seqq. lib. 1. Eugen. in cons. 81. num. 40. Odd. consil. 65. num. 10. Anton. Gabr. de fideicommiss. conclus. 9. num. 19. sic etiam quando fuisset expressa in prohibitione dictio in perpetuum, vt etiam in casu nostro ex verbis testamenti

patet, quia tunc etiam cēseretur inductum fideicommissum in casu mortis *Dec. conf. 23. col. 2. vers. ex his enim verbis conf. 38. col. 1. vers. nam primo, & alibi Francisc. de Pont. conf. 46. num. 13. Mantie. de coniectur. ultim. lib. 6. tit. 14. in fin. & lib. 8. tit. 2. num. 18. optimè Petra de fideicom. quest. 5. num. 11. & seqq. Menoch. cōf. 197. num. 11. lib. 2. cum innumeris aliis cōcordantibus, quos refert, & sequitur D. Fusar. d. quest. 688. num. 17. vers. limitatur primo, & n. 21. vers. non erit igitur, qui num. 24. idem cēset si verba prohibitionis essent multum generalia, vt sunt etiam in casu nostro, vel essent geminata, vt etiam in presenti ex verbis testamēti, vbi sæpius repetitur alienationis prohibitio. Cum ergo omnes istæ coniecturæ, & qualitates concurrant in casu nostro, & consequenter cum sit inductum fideicommissum etiam in casu mortis, dicendū videtur, quod illi quinque filij dicantur potius succedere eorum auo Titio, quam Petro Iacobo eorum patri, nam fideicommissarii † primo testatori, & non grauato succedere dicuntur *l. coheredi 41. §. cum filia vers. nec in fideicommissio ff. de vulgar. D. Peregrin. de fideicom. art. 20. num. 1. Petra eod. tract. quest. 11. num. 63. D. de Franch. decis. 153. num. 19. p. 1 & receptissimam esse sententiam testatur Menoch. conf. 124. num. 13. & seqq. & conf. 357. num. 4. Pret. de interpret. ultim. vol. fol. 329. num. 73. alios citat Fusar. de substit. quest. 484. num. 6. Si ergo iste Monachus ab auo Titio non ex exclusus imò vocatus poterit succedere in isto fideicommissio, & suam petere portionem, cum ipse successionis non reperiatur incapax, imò iura † iuratis retineat, vt per Ias. in l. patre furioso num. 47. de his, qui sui, vel alien. iur. Fusar. quest. 429. num. 25. de communi testatur Vit. lalob. comm. opin. verb. filius num. 113. Hieronym. Ceuall. comm. contra comm. quest. 423. qui ampliat statutum † in contrarium non valere, Illustriss. Carol. Tap. in repetit. auth. ingressi fol. 520. D. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 13. num. 75. & antè eos Bart. in auth. si qua mulier num. 5. C. de Sacros. Eccles. Alex. in l. sub conditione num. 2. ff. de liber. & posthum. & maximè fratres Domini, cani, qui eam successionis retinent capacitatem, quam, si in sæculo essent, retinerent, vt ex Priuilegio Summi Pontificis relato ab Eminentiss. Card. Mantie. de coniectur. ultim. lib. 8. tit. 12. circa num. . . .**

Confirmatur quia dictus Petrus Iacobus eius pater non poterat de illis bonis testari, nam, vltra quod erat prohibitus † alienare, quod esset sufficiens ad impediendum

suum testamentum, iuxta ea, quæ *Angel. conf. 57. Bart. in l. filiusfam. §. Diui il serōdo num. 17. ff. de legat. 1. erat prohibitus expresse à Titio primo testatore, testari de bonis illis fideicommissio subiectis, & consequenter concludendum videtur dictum Petrum Iacobum decessisse ab intestato in illis fideicommissariis bonis tantum, quamuis testamentum in suis propriis bonis, quæ † in illa prohibitione non comprehenduntur *d. l. coheredi 41. §. filia ff. de vulgari. Et poterit benè eo casu decedere pro parte intestatus, & p parte testatus cum regula † lius nostrum 7. ff. de regul. iur. procedit quando quis de omnibus bonis testari potest, vt benè declarāt ibi Dec. & Cagnol. hinc filiusfam. decedit testatus in bonis castrensibus, vel quasi, sed intestatus in profectitiis, & aduentitiis, vt in *§. 1. instit. quib. non est permisi. facer. testam. Sed posito, quod Pater decessisset ab intestato, & de illis bonis non desposuisset, iste Monachus non fuisset exclusus ab eius fideicommissaria portione, ergo quia inualidè disposuit, & testatus videtur dictus Petrus Iacobus, non poterit exclusio illa ipsi monacho nocere, cum ipse ab intestato succedat ex eo, quod prohibitus testari † videtur erga venientes ab intestato fideicommissio grauatus *l. qui filium 74. in prin. ff. ad Trebell. ibi Bart. Paul. de Cast. & ceteri D. Surd. conf. 77. à num. 29. lib. 1. Peregr. conf. 61. num. 1 lib. 4. Menoch. conf. 454. num. 6. & seq. Alciat. conf. 169. num. 5. lib. 9. Hieronym. Gabr. conf. 132. primo dub. lib. 1.****

Secundum fundamentum huius partis illud esse potest, quia non est impedimētum, quod iste Monachus in presenti familiam conseruare non dicatur, & consequenter in ea bona fideicommissaria, cum imò contrarium dici possit, nam Clerici † in familia bona dicuntur cōseruare, prout ferè duo fratres Clerici in sacris ipsius Monachi retinent ista bona fideicommissaria in parte, & per Clericos, sicut per laicos familiam conseruari probarunt Lapp. allegat. 100. Soccin. sen. conf. 128. num. 6. lib. 4. 10. le Cerier de primogen. lib. 1. quest. 24. num. 16. & seq. refert, & sequitur D. Carol. de Grass. de effectib. cleric. effect. 4. num. 77. fol. mihi 317. quibus adde *Dec. conf. 114. Paris. conf. 100 lib. 1. 12 10. de Amic. conf. 14. Hinc Clericum † non excludi à maioratu, qui solet institui pro conseruanda familiæ dignitate concludit D. de Grass. loc. cit. num. 75. per multos, & in effectu 2. num. 277. per infinitos Doctores* 13 asserit illum comprehendere in statuto † excludente à successionē feminas masculis extantibus, vt in Regno nostro ex constit. in aliquibus

aliquibus, quod sanè statutum censetur etiā inducitur pro conseruatione bonorum in familia, & agnatione, vt sensiunt optimè *Bald. de statut. verb. masculus Honded. conf. 37. num. 16. lib. 1. Crass. d. num. 277.* qui alios refert, quibus addo *Ambrosin. decis. Perns. 10. & Paul Leon. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 64 & ibi etiam alijs ff. de verb. oblig. repetentes omnes in Constit. Regni nostri* 14 in aliquibus. Ergo si appellatione † Clericorum veniunt monaci cuiuscumque religionis *Abb. in cap. 1. num. 7. ne cleric. vel monac. & in cap. 1. num. 9. de iuram. Vital. in Clem. si verò num. 12. de sepultur.* quem cum Vultio citat *D. de Crass. in d. tract. in prelud. num. 248.* siue professi † siue nouitii, vt per Canon. in cap. Ecclesia S. M. de constit. Episc. Zerol. in prax. Episc. ver. clericas. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 24. *D. Ambrosin. de Immun. Eccles. cap. 22. n. 11. Pater Azor in summ. tom. 1. lib. 12. cap. 3. quest. 2. & indicant. text. in cap. illorum in cap. Monaci 2. & in cap. de monialibus 33. de senten. excomm.* maxime cum hic non sumus 16 in materia † odiosa, qua stante fortè non venirent, vt per Zerol. d. ver. Clericus §. 1. in fin. per cap. quia periculum de scten. excomm. in 6. & alios, quos lectionum de Crass. in d. prelud. num. 249. deberet iste monachus admitti ad portionem istius fideicommissi, & sic ad illos annuos ducatos ex fructibus ipsius fideicommissi percipiendos, cum in familia dicatur conseruare.

Tertium est fundamentum, quia dato, quod ipse, vt monachus bona in familia nō dicatur conseruare, & consequenter videatur exclusus ex dispositione etiam dicti Titii eius aui, tamen videtur dispositio illa, seu exclusio non potuisse subsistere, quoad hoc, vt ipse, vt monachus excludatur. primo, quia hoc, ne monachus succedat, non potest fieri per statutum, vt per *Cguall. & Fusar. locis cit.* ergo à fortiori nō poterit fieri per quemlibet testatorem, cū 27 maior sit statuti potestas, quam testatoris. Secundo quia dispositio fuisset impeditiua 18 diuini cultus, & consequenter non recipienda, cum inualida esset *cap. ex parte de constit.* imò à vita contemplatiua amoueret, quæ actiua antepositur *cap. infinitas de penit. & remiss.* notant *Fusar. de substit. quest. 429. n. 20. Carol. de Grass. de effectib. Cleric. in prelud. n. 402.*

A qua vita contemplatiua nè homines auferantur plura specialia lex induxit.

18 Primò quia si testator expressè † Monasterium exclusisset, quando à se grauatus si sine liberis decesserit illud ingrederetur, &c

potest ingredi grauatus liberè Monasteriū, absque pena amissionis bonorum, nè eo casu bona substituto deferrentur, vt concludunt *Riccard. Malum. in auth. nisi rogati C. ad Trebell. Bald. in cap. in presentia n. 18 Abb. n. 43. Aretin. n. 64 Felin. n. 33. Bero. nu. 486. de probat. & videtur esse text. in § sed & hoc presenti auth. de Sanctiss. Episc.*

Secundò ideo inducitur est, vt licet testator 19 † legasset filiz suæ mille si nupserit, & 500. si monasterium intrauerit, si tamen illa filia monasterium intraret deberet habere mille, & nō 500. ne spe lucris maioris ab hac vita contemplatiua semoueretur *Bald. in d. cap. in presentia num. 18. Anto. de Bu. r. nu. 27. Felin. nu. 37. Abb. n. 48. Paris. nu. 144. & Bero. n. 494. de probat. Boer. decis. 3. n. 14. D. Matthesil. sing. 52. cum alijs, quos citat Fusar. d. quest. 429. n. 23. & Carol. de Grass. in prelud. n. 404.* quibus addo *Benedict. Pinell. select. interpr. lib. 1. cap. 20. n. 40.* qui eleganter loquitur, & alios citat. Quod ampliat *d. de Grass. loco memorato*, vt procedat non solū si dicta filia monasterium claustratū ingrederetur, sed etiā si Tertiaria † puta S. Francisci efficeretur per *Intrigliol. decis. 30. n. 5. qui allegat Gabr. tit. de legat. conclus. 2. nu. 2. lib. 4. Causal. decis. 1. nu. 10. lib. 3. Lancell. Folit. de substit. p. 6. n. 3.*

Tertio quia si relicta essent filio, vel filiz 21 mille † si monasterium non intrauerit ista conditio reiicitur, & filius, vel filia petit relictum, Quod primo probatur autoritate *Bald. in l. cum ita de condit. & demonstr. Illustr. Tapia in auth. ingress. verb. ingressi c. 1* 22 n. 11. licet declarat quando prohibitio † esset generalis, secus si particularis, vt puta si dictum esset, si tale, vel illud Monasterium, non ingrediatur, quia tunc valeret, nec rejiceretur conditio, & est de mente DD. paulò ante cit. Secundo probatur ratione, quia 23 conditio si non nupserit † reiicitur cum sit impeditiua matrimonii carnalis *l. cum tale §. si arbitrato, §. rescriptum, & §. maius ff. de condit. & demonstr.* sic decretum refert *Balb. dec. 70.* ergo conditio si monasterium non intrauerit, cum sit impeditiua matrimonii spiritualis erit etiam à fortiori reiicienda, 24 eò fortius, quia de vno † matrimonio ad aliud valet argumentum *cap. inter corporalia de translat. t. pisc. cap. quoniā frequenter §. Porro, vt lit. non contest. latè Euerar. loc. 33.*

Quarto tandem hinc est, quod legatum 25 † alimentorum relictum sub conditione, vt alimentarius recipiat illa in tali loco, vel domo, si alimentarius nollet eo loco alimentari, illud amittit, cum extra illum locū non debeantur alimenta *Bart. in l. Caio §. Imperator*

rator ff. de alim. & cibar. legat. Menoch. de arbitr. cas. 167. num. 13. & in præsumpt. 157. lib. 5. num. 51. Turrett. conf. 88. num. 12. lib. 1. Galgane. de condit. & demonstr. p. p. cap. 11. nu. 18. tamen si alimentarius vellet religionem ingredi poterit etiam extra locum constitutum eo casu alimentorum relictum consequi, ut optime tueretur Carol. de Grass. in d. prælud. nu. 407. qui etiam subdit, quod licet tutor, qui se à tutela excusat, legatum amittit per multos, quos citat, & est *tex in l. amicissimos* 36. ff. de excusat. tutor. tamen si tutor ideo se à tutela excusaret, quia se clericari, aut monachari vellet, legatum minime amitteret argumento *l. ab administratione* C. de legat. Carocc. decis. 17. num. 18. & 79.

Si ergo in tot, & alijs casibus contra testatoris voluntatem sit, ne quis à vita contemplativa auferatur, non immerito concludendum videtur dispositionem dicti Titii, non obstande, & non esse interpretandam contra filium hunc, qui religionem ingressus est unde ab eius petitione non est excludendus.

Quartum fundamentum est, quia non videtur ab eius Patre Petro Iacobo in ultimo suo testamento exclusus, & si ipsū in legitima instituit, nam non videtur ipsi auferre, q̄ in vita ei dedit, & permisit. s. reservationem illam annuorum ducatorum, quam ipse in præsenti prætendit, cum illam in testamento dictus Pater visus est non reuocasse, & præsumentum est testatorem non mutasse à se ante disposita *l. 3. ff. de probat. l. lucius in fin. ff. de legat. 2. argumento cap. fin. de donat. l. cum seruus* 81. vers. nam quod ff. de condit. & demonstr. Cartar. decis. Genua. 73. nu. 9. & seq. Card. Mantica de coniectur. ultim. lib. 12. tit. 1. Menoch lib. 4. præsumpt. 165. & lib. 6. præsumpt. 37. Prat. de interpret. ultim. fol. 32. solut. 8. qui ampliatur, etiam si diuersa sequeretur dispositio. Hinc dici solet in dubio fideicommissa non præsumi reuocata Hieron. Gabr. conf. 105. num. 4. li. 1. Menoch. conf. 254. num. 5. Mascard. de probat. conclus. 1280. imò quis moriens non potius dicitur velle, quam nolle *l. fideicommissa* 11. §. sic fideicommissum ff. de legat. 3. l. uxorem 39. §. pen. ff. eod. tit. notat. in *l. cum de in rem verso* ff. de usur. Bart. & Tas. in *l. centesimis* §. ita stipulatus ff. de verb. oblig. quod etiam procedit si testator in vita fecisset actum natura sua reuocabilem, unde si prius fecisset donationem & causa mortis, & deinde constitutus in ultimis fideicommissum de suis bonis alicui reliquisset, non videbitur in eo contenta illa donatio causa mortis, nec ideo reuocata, ut est *tex. in l. sequens questio* 68,

ff. de legat. 2. Decian. respons. 3. num. 10. lib. 1. Peregrin. qui plures citat de fideicom. art. 6. num. 1. ad medium Didac. Spin. in suo specul. testam. tit. de fideicom. subtit. num. 58. Fracisc. Mantica de coniectur. ultim. lib. 7. tit. 8. n. 26. Cum ergo reuocatio illius prætationis annuæ quantitatis à dicto Petro Iacobo non appareat in testamento facta; consequens est, ut nec ab eius hæredibus fieri debeat, & ideo ad eam præstandam erunt compellendi, ad reg. *tex. in l. cum à matre* C. de rei vindic. Molfes. ad consuet. Neap. tit. de renunciat. quest. 5. num. 2. Illust. Tapia decis. 2. num. 188. Sapiens Io. Bapt. Thor. in addit. ad Reg. Saler. decis. ult. num. 4. & ius reuocandi, quod in vita habebat defunctus, non transit ad hæredes Afflic. decis. 111. alias 101. num. 8. Illust. Tapia ubi supra per Castal. tract. de Imper. quest. 114. n. 3.

Confirmatur quia Pater æqualiter filios præsumitur diligere, iuxta ea, quæ *tex. in l. cum pater* 79. alias 77. §. euiclis ff. de legat. 2. imò præsumitur nepotes, & filios æquo persequi amore iuxta *l. cum auus*, ubi not. ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi C. de fideicom. aduertunt, & si in alio casu Castal. Sotom. lib. 3. controuer. cap. 19. n. 215. Honded. conf. 70. num. 25. lib. 1. Ruin. conf. 79. nu. 15. lib. 3. Roland. à Valle conf. 68. nu. 50. lib. 1. Andr. Tiraq. de iur. primogen. quest. 40. num. 91. Menoch. conf. 124. num. 83. lib. 2. intelligendo semper de nepotibus ex filiis, & non ex fratre, qui essent transuersales, ut post Gratian. Rebuff. Soccin. & Bald. quos refert admonet Medic. inter decis. Senenses exam. 1. ante num. 39. nam de istis nepotibus in dubio in omni ferè materia, quæ de nepotibus non loquitur, est intelligendum, ut per Mart. in summ. success. legal. p. 1. quest. 3. art. 2. n. 6.

Quintum fundamentum est, quia ipse Monachus non petit proprietatem fideicommissi, sed tantum annuam petit quantitatem sibi à Patre Petro Iacobo in vita tributam, ergo etiam dato, quod per se bona in familia non conseruarentur, quia proprietas eius fideicommissi conseruatur in familia, poterit ipse iuridicè petere eam annuam quantitatem ducatorum, & poterat eam ipsi prædictus Pater concedere, nam eius præstatio, morte ipsius monachi ad instar usufructus extingueretur, & alias regulare est, quod prohibita non re alienari, non videtur prohibiti alienari fructus, seu pecunia, quæ ex ipsa re percipiuntur *l. codicillis* 91. §. ab instituto ff. de legat. 2. l. lucius ubi Bart. & Salycet. ff. de contrah. empt. Boer. decis. 66. n. 4. Menoch. conf. 777. num. 8. Peregrin. art. 40. n. 117. Petra de fideicom. q. 8. n. 103. & 104.

Pro

PRO FRATRIBVS.

Expositis his, quæ pars aduersaria fortiter opponere posset; mihi tamen his minime refragantibus contraria sententia iuri magis consentanea videtur, scilicet monachum in casu isto nihil penitus ex dicto fideicommissio

37 † pro familiarum conseruatione relicto petere posse, quam ex nostris in specie tenent *Episc. Ricc. collect. decis. 436. per Fab. decis. 25* qui testatur sic decisum, & loquitur satis in terminis nostris nempe, ut Monachus, nec vsum fructuum petere valeat, & idem extendit ad Equites Hierosolymitanos *Menoeb. lib. 4. præsumpt. 88. à num. 5. Francisc. Card. Mantie. de coniectur. ultim. tit. 12. lib. 8. à n. 15.* ubi inquit secundum opinionem istam ex multis votis iudicatum fuisse, & eam tueri videtur *D. Fusar. de substit. quest. 355. num. 2.* ubi citat *Rip. in l. ex facto §. si quis rogatus il primo num. 41. ff. ad Trebell. Padill. in l. cum acutissimi num. 43. C. de fideicommiss. Barbat. conf. 13. col. 2. & 3. lib. 1. Dec. conf. 259. num. 2. vers. & hoc efficaciter. Paris. conf. 22. num. 9. lib. 3. Aemilian. conf. 109. num. 14. vers. tunc autem Didac. Couar. lib. 1. variar. cap. 19. num. 11. Odd. de compend. substit. p. 6. art. ult. Card. Put. decis. 55. num. 4. p. 1. D. de Franch. decis. 29. num. 7.* qui licet teneant in specie hoc fideicommissio pro conseruatione familiarum esse incapax monasterium, idem tamen dicendum est in ipso monacho ingressio, nam dum iste recipit capacitatem à monasterio, consequens est, ut eius capa-

38 citas † à monasterii capacitatem reguletur *arg. tex. optimi in l. si mihi, & tibi 12. §. regula 2. ff. de legat. 1.* tenent in specie *Philipp. Port. conf. 23. à num. 9. & 30. latè Molin. de Hispanorum primogen. cap. 13. à num. 68. & sequitur D. Pinell. lib. 2. selectar. cap. 19. nu. 10. fol. 350.* Quod etiam ratione probatur, quia videmus, quod si monasterium bonorum est incapax, ut sunt fratres minores Capucini, &c. ut in *Clem. exiui de Paradiso §. citq; annui de verb. signif. cap. unico de religios. don. 4. in 6. & in cap. unic. de excessib. Prælat. Dec. conf. 499. per tot. Aluar. Pelarg. lib. 2. de Planct. Eccles. art. 55. & 56. & 64. & seq. Boer. tract. de vita, & statu Eremit. num. 9. Sayr. decis. 69. de regular. & Card. Zabarell. conf. 102. nu. 2.* certissimum etiam est, quod quilibet frater minor erit etiā incapax bonorum, ut per DD. cit. & tenent *Andr. de Besut. in l. 1. num. 11. & seq. de Sacros. Eccles. Bertran. conf. 178. num. 1. volum. 2. primæ impressionis Federic. de Senis conf. 26. n. 1. Martia in summ. success. legal. p. 3. quest. 13. art. 1. 39 num. 9.* Et contra sicut Monasterium † fra-

trum minorum incapax bonorum, feudorū, &c. nihilominus est capax, & poterit consequi relictum librorum causa studii, & vestrum pro fratribus vestiendis, item & alimentorum, dummodo non esset annuum, & perpetuum, ut bene *Bart. & Bald. in l. legatum ff. de capt. diminut. & in l. si in metallum ff. de his, quæ pro non script. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 7. num. 4. & 11. Mart. in d. art. 1. num. 13.* & antè eos *Domin. de S. Gem. conf. 40. num. 8.* ita etiam quilibet frater minor

40 † poterit recipere minimam elemosinam, & legatum vestis pro se, & librorū sibi causa studii relictum *Abb. in cap. cum ad Monasterium de stat. Monach. & ita idem Abb. consuluit in conf. 63. incip. Quadam Domina vol. 2. post Federic. de Sen. conf. 12. & sequitur post Felin. in cap. cum dilecta col. 27. in 6. fallen. ad fin. de rescript. D. Arno. Soliloq. 6. ubi addidi Surd. d. tit. 8. priuileg. 7. n. 11.*

Secundum fundamentum est, quia certissimum videtur, quod iste monachus † licet retineat iura agnationis, & familiarum (vnde familia, seu agnatione vocata poterit succedere monachus, & monasterium capax bonorum, ut per multos, quos citat, *Fusar. de substit. quest. 355. num. 1.*) non tamen conseruare dicitur bona in agnatione, & familia: probatur quia si ita conseruaret, sequeretur, quod si antequam ingrederetur religionem, ei fuissent relicta bona, & prohibitus † esset alienare, sed ut illa in familia conseruarentur, & datus ei fuisset substitutus etiam de familia si sine liberis decesserit, & postea monachus fuisset, utique si per istum Monachum conseruarentur bona in familia, posset iste effectus monachus possidere bona illa fideicommissaria saltem, vsque ad suam mortem, & post eius mortem (dummodo nullis relictis liberis ingressus sit) venire ad substitutum, sed magis communis, & receptissima est DD. sententia eo casu monachum, & professum statim desinere possidere bona illa fideicommissaria, ut conseruanda in familia relicta cum statim ad substitutum deuoluantur, ut senserunt, & rectè probarunt. *Paris. conf. 100. lib. 1. Tyber. Decian. conf. 61. lib. 5. M. A. Peregrin. de fideiō. art. 28. num. 82. D. Hieron. Cgual. comm. contra comm. quest. 193. à num. 10. Gall. de excep. success. tit. 4. except. 27. num. 259. p. 2. Couarr. lib. 1. variar. cap. 19. Intrigliol. de substit. centur. 3. quest. 63. nu. 42. Molin. de Hispan. primogen. cap. 13. num. 91 & alijs multis omis. sis. Didac. Spin. in specul. testam. tit. de fideicommiss. substit. num. 28.* ergo securè concludi potest per monachum istum bona in familia non conseruari. Hinc etiā est, quod licet in casu-

casibus in quibus monasterium capax excluditur à substituto per ingressum grauati si sine liberis decesserit (quos enumerant

43 † *Molfes. ad Consect. Neapol. p. 4. quest. 65. à num. 23. & Fusar. de substit. quest. 429. Dilect. de art. testan. caut. 18. tit. 5.*) nihilominus ipsum, vt usufructuarium possidet bona

44 vsque ad mortem naturalem ipsius ingressi si *Surd. cōf. 239. li. 2. Illustris. Carol. Tapin auth. ingressi cap. 13. num. 43. Mastrill. decis. Sicilia 65. nu. 5. Franc. Mantica de coniectur. ultim. lib. 11. tit. 7. num. 4. et 23. Peregr. d. art. 28. num. 81. & alii quos prosequuntur Fusar. quest. 430. n. 1. & Carol. de Grass. de effectibus clericat. in pralud. num. 41. ante quos Bald. cōf. 407. vol. 1. adeo quod si substitutus ante mortem naturalem ipsius ingressi decedit, nihil ad suos heredes transmittit, vt per *Couarr. d. lib. 1. varitar. cap. 19. Peregr. d. num. 81. l. toties 70. ff. de acquir. hered. & rationem dat tex. in l. statius fiores 48. §. Cornelio Felici, in illis verbis ibi (quia posset prius ipse mori ff. de iure fisci Fab. de Anna cōf. 39. num. 15. & faciunt tex. in l. dies incertus 71. l. heres meus 78. vers. heres meus ff. de condit. & demonstr. l. si pecunia 12 §. 1. ff. de legat. 1. tamen si fuisset adiecta ratio conseruationis bonorum in familia, ista mors naturalis non est expectanda, quia statim ad substitutum de familia, seu fideicommissarium bona fuissent deuoluenda, vt per DD. citatos, ratio est, quia verba conseruationis familiae sicut nō conueniunt monasterio, itā nec ipsi monacho, vt per DD. de quibus infra in respon. ad primum principale fundamentum partis aduersariae. Quod sanē hoc casu proposito**

46 non esset si clericus effectus esset, quia non statim efficeretur bonorum incapax, quia tunc saltem eius vita durante poterit possidere bona illa fideicommissaria alienari prohibita, & vt in familia conseruentur, vt benē concludūt *D. Peregrin. d. art. 28 num. 82. in fin. Intrigliol. d. quest. 63 à num. 13.* ratio illa est, quia clericus retinet iura agnationis, & familiae actiue, & passiuē, vt per *Lapp. Soccin. le ebier. Des. Paris. & Io. de Amicis, quos supra adduxi in secundo fundam. princ. pro mapacho, quib. addē Peregrin. paulo ante cit.* quod sanē non est in monacho.

Tertium est fundamentum, quia reseruatō, quam sibi fecit prafatus monachus ducatorum tot consequendorum ex fructibus istius fideicommissi viuēte adhuc dicto eius

47 Patre Petro Iacobo nullius erat momenti, primo quia hoc fideicommissum relictum erat gradatim, & ordine successiuo, si ergo tūc dictus Petrus Iacobus vivebat, qui erat in primo gradu respectu Ticii primi testa-

toris, qui tale fideicommissum induxit, non poterat tunc iste monachus aliquid prafedere super isto fideicommissio cum in secundo gradu reperiatur. Accedat secūdo, quod eo tunc militabat praiudicium ceterorum filiorum eodem in gradu existētum, & consequenter certē non poterat dictus Petrus Iacobus permittere reseruationem supradictā super illis bonis vineulatis eo casu, quo fideicommissum indūctum est nō tantum in casu alienationis, sed etiam in casu mortis, & sic cum bona illa essent peruētura ad proximiores in gradu de familia post eius mortem, vt in casu nostro, nam ultra, quod certē versaretur reseruatō illa in praiudicium filiorum, praiudicare etiam posset ceteris de familia, qui essent successuri iuxta ordinem successiuum, si prafatus monachus cum ceteris suis quatuor fratribus nō extarent, & sic illa bona, vel plenius fuissent peruētura ad ceteros fratres, vel ad sequentes, & proximiores in familia, & certē versaretur in praiudicium filiorum nasciturorum, qui si fortē extarent tanta reseruatō, illa ab ipso Petro Iacobo licet permilla, non fuisset, vnde meritō ipse Petrus Iacobus illam, quasi restitutionem fideicommissi in vita sua, antequam tempus mortis veniret, ipsi monacho facere non potest, cum in alienum tendat praiudicium, iuxta tex. in l. uxorem 30. §. seium ff. de legat. 3. l. cum pater 79. §. à filia 20 ff. de legat. 2. l. sed si ante ff. ad Treb. l. vbi docēt *Bart. & alij idem Bart. & Iaf. in l. post mortē n. 3. C. de fideicom. Peregr. art. 2. num. 51. Rota Romana in nouissimis decis. 468. & 469. p. 4.* nam licet quis possit proprio favori trānunciare non tamen potest in praiudicium filiorum, vel aliorum iuxta doctrinā *Bal. in l. si quis in conscribendo pen. C. de pact. aduertūt in pulchro casu ferē simili cōcordanter Mysinger. centur. 5. obseruat. 63. Clar. in §. donatio, post alios, quest. 23. nu. 1. Eminentiss. Card. Seraphin. decis. 837. Gayll. lib. 1. obseruat. 40. num. 15. Cguall. comm. contra 49 comm. quest. 105.* hinc hāres † grauatus restituere bona pauperibus post eius mortē nō potest hoc facere in vita in praiudicium Egenorum futurorū post eius mortem *Roman. cōf. 452. Bald. in cōf. 77. de quo etiam Praef. de Franch. decis. 706. Padill. in l. vnum ex familia col. 5. 4. not. fol. 289. ff. de legat. 2. optimē Cened. lib. 1. canonicarum questionum quest. 35. num. 15. vers. Ego nihilominus (nisi fortē hāres cum esset pauper eligeret seipsum, quod posset, vt per *Viu. decis. 305. Maur. Apicell. alleg. 6. num. 36.* cum testator eo casu non habeat talis, vel talis personae rationem) Vnde in casu nostro cessat scire regula*

regula *tex. in l. post mortem* 12. C. de fideicom. l. cum qui ff. de annuis legat. cum similibus adductis per Escubi. de ratiocin. cap. 23. num. 54. & seq. sicque heredem posse ante tempus legatariis, seu fideicommissariis relicta soluere, cum semper in dubio in eius fauore tempus præsumatur adiectum l. cum tempus 17. ff. de regul. iur.

- 52 Confirmatur, quia non entis nullæ sunt qualitates l. si seruum §. si modus ff. de actiō. empt. cum similib. cit. nouissime à Io. Petr. à Mangrell. allegat. 26. num. 53. fol. mibi 126. post decis. Reg. Salernit. ergo si in vita dicti Petri Iacobi non extabat fideicommissum, cum sit in casu alienationis, & mortis indudum, non potest super eo fieri reservatio ista per monachum prædictum. Adde etiam, quod talis monachus non poterat se eo tunc fateri proximiorē, cum proximitas in morte dicti Petri Iacobi esset inspicienda, ut bene Iul. Cef. Minad. allegat. 3. num. 53. post decis. Reg. Salernit. Et dato valuisse reservationem prædictam, clarè tamen constabit infra fuisse per eundem Petrum Iacobum reuocatam, cum dictos quatuor filios in omnibus bonis fideicommissariis instituit.

Quartum fundamentum est, quia casus 54 noster videtur expressè decus in l. filius fam. 117. §. cum pater 1. §. vers. sed si omnes ff. de legat. 1. ubi cum l. C. in principio dicti §. proposuisset casum, quod si Pater, qui habebat filium, & ex eo tres nepotes, filium instituit, & eius fideicommissit ne fundum alienaret, sed in familia relinqueret: post multos casus, quos ibi super ea facti specie resoluit, dubitat in d. vers. sed si omnes, an si filius ille sic grauatus ne alienaret fundum, sed in familia conseruaret, instituit dictos tres nepotes in disparibus eius fundi partibus, puta si vni maiorem partem, aliis verò reliquam minorem, poterunt isti in minori parte scripti petere fideicommissum? & resp. ibi non posse per eam rationem, quia satis videtur in familia reliquisse, licet vni reliquisset. Sic in casu nostro videtur. Quod prædictus Petrus Iacobus, qui habes bona à prædicto Titio eius patre grauatus est ne illa alienaret, sed ut perpetuò in familia conseruaret, cum haberet eos quinque filios supra dictos; nò solum poterat monachum ex dictis bonis vinculis excludere, sed etià ceteros alios tres, & vni relinquere, ergo bene in casu nostro dictus Petrus Iacobus excludit ipsum monachum, & quatuor filios in illis omnibus bonis fideicommissariis instituit, quia sic satis seruat voluntatē dicti Titij eius Patris cum ab eo seruetur ordo successiuus cum illi sint proximiores in gradu, & seruetur prohibitio, cum bona ita in fa-

milia satis conseruari dicuntur, per *tex. in præfate vers. sed si omnes*, ubi notant præceptor Bart. in prin. & Bened. Pinell. lib. 2. selectar. cap. 8. num. 43. & est clarior, & similis *tex. in l. unum ex familia* 67. §. 1. ff. de legat. 2. ibi (si cum forte tres essent ex familia eius, qui fideicommissum reliquit eodem, siuè dispari gradu, satis erit vni reliquisse, nam postquam voluntati paritum est, ceteri conditione deficiunt) idem probat *tex. in l. pater filium* 54. ff. ad l. Falcid. Ex quo inferre videtur Bart. in d. l. unum ex familia §. si duorum. 2. quod grauatus restituere bona pauperibus post mortē, potest vni pauperi dare illum instituendo, quia sic videtur eligere, & alias facit, quod numerus pluralis in singularem facile conuertitur l. non est sino liberis 148. ff. de verb. signif. l. pater seuerinam 100. §. ita fideicommissa ff. de codit. & demon. l. hered. mei 57. §. citi ita ff. ad Trebel. l. iubemus 6. §. fin autē C. eod. tit. Ambrosin. decis. 10. n. 9. Moses. ad consuet. Neap. p. 4. q. 56. n. 2. Marta decis. Pisana 94. Ricc. collect. 493. ergo ex hoc satis sæcurè cōcludi potest monachum hoc casu esse ab eius præensione excludendum dato, & nunquam concesso, quod per eum bona in familia conseruaretur, cum pro eo nullum sit ius, & nulla DD. autoritas, pro ut potius contra eum dicunt, ut supra.

Cōfirmatur quia præfatus Petrus Iacobus in tali exclusionē nihil facit contra mentem primi disponentis scilicet Titij, ut supra ostensū est. Secundo quia iste monachus, sicut nec ceteri fratres non possunt dici vocari à dicto Titio auctore primo testatore, nam tempore constituti fideicommissi adhuc in rerum natura non erant, ut colligitur ex l. si duobus 16. ff. de legat. 1. & facit regula de qua supra. §. non entis, & c. in d. l. si seruum §. si modus ff. de act. empt. Nec hoc præsumitur cogitare testator, & mandasse, sed solum, ut bona sua perpetuò in familia conseruaretur. Accedat quod bona melius conseruatur quā 57 do minus diuisa sunt, quam cum penes plures diuisa reperiuntur, ut colligitur ex l. cum pater 79. §. dulcissimis ff. de legat. 2.

Nec huic quarto fundamento obstat 58 *tex. in l. cum filius* 76. §. pater cum filia ff. de legat. 2. qui probare videtur, quod quando fideicommissum est in casu mortis inductū, sit æqualiter facienda restitutio; tamen nihil facit, quia ibi nepotes extabant tempore facti fideicommissi, at in casu nostro non sic, nā tempore quo supradictus Titius fideicommissū instituit, solū extabant, d. Petrus Iac. & Io. Do natus Antonius fratres, imo in d. §. Pater filia sūt expressè vocati illi nepotes extantes ab auctore in æqualibus portionibus. pater hoc, quia dixit testator, Sempronio nepoti meo

plus tribuas in honorem nominis mei, ergo clarè præcedebat necessitas instituendi omnes æqualiter in viriles partes, ut etiam monet ibi Iureconf. & benè sentit ibidem *Bart. in princ.* Nò sic est in casu nostro, in quo intentio testatoris Titii non illa fuit, ut existeret omnes in pari gradu, omnes simul veniant admittendi, nec hoc dixit, sed solum, ut bona sua non alienarètur, & perpetuo in familia conseruaretur, & ut gradatim, & ordine successiuo ad descendentes de familia deuoluerentur. Vnde cum illud non expressit, an plures de familia descendentes eodem in gradu existentes, omnes simul forent admittendi videtur illud relinquere in arbitriū hæredis argumento eiusdem *tex. in d. §. pater filia*, ibi (arbitrium filie datum) & sic *tex.* iste potius retorquetur, & pro nostra parte facit, ut clare, etiam faciūt iura multa, de quibus supra.

Quinctum tandem fundamētum est, quia iste monachus licet petat tantum annuam quantitatem ex fructibus ipsius fideicommissi, cuius præstatio, sicut ususfructus morte ipsius monachi extingueretur vnde, nò militaret ita fortiter ratio illa, quominus bona in familia conseruentur, tamen negari nò potest dictam annuam quantitatem continere emolumentum ipsius rei, & succedere loco portionis suæ, quoad ipsum fideicommissum, iuxta *l. Manius 66. §. fundo, & melius in l. cū filius 76. §. Dominus ff. de legat. 2. Fab. d. decis. 25.* sed ab isto emolumento, & ab ista portione petenda monachus iste est, tum ex mente, qui sui Titii, tum etiā expressè à dicto Petro Iacobo patre suo exclusus, cū illud debeat esse penes eos, qui bona in familia propriè hoc est actiue, & passiuè conseruare dicuntur iuxta dispositionem dicti Titii, & dispositionem dicti Petri Iacobi, qui ipso monacho in legitima instituto, ceteris quatuor fratribus omnia bona propria, & fideicommissaria reliquit, & consequenter omnes fructus illorum reliquit, etiam si alius illis frueretur, ut est *tex. in d. l. Manius §. fundo not. in l. si alij 19. ubi Bart. multa cumulat ff. de usufr. legat. & facit, quod verba testatoris debent cum effectu intelligi adnot. in l. si quando ff. de legat. 2. in specie Fab. d. decis. 25.*

Quibus fundamētis sic irresolubiliter positis non erit difficile ad cōtraria partis aduersaria fundamenta respondere.

Ad primū ergo respōdeo concedēdo eo casu esse fideicommissum inductū in casu mortis, sicut etiā in casu alienationis, tamē censetur eo casu inductum pro illis, qui eo tempore reperiuntur capaces, hoc est, qui dicuntur bona in familia cōseruare, cum hæc fuit voluntas dicti Titii testatoris, vnde cū iste

monachus bona in familia malè conseruat, cum ipso decedente necessario monasteriū bona illa fideicommissaria occuparet, & nò amplius deuentura fuissent ad illos de familia, cum de ea exirent, meritò dici potest censeri potius ipsum monachum exclusum (dato & non cōcesso posse hoc casu censeri vocatos tales nepotes tempore instituti fideicommissi, & si non extantes) quam vocatum, cum in eo nullo modo adirent

62 possit voluntas præfati Titii, sicuti nec in monasterio, ut per DD. de quibus supra in primo fundam. prin. nostræ partis, quibus adde *Molles. ad consuet. Neap. p. 4. quest. 65. n. 23. Alex. Trentacinq. de substit. d. 4. cap. 7. n. 26. Petra de fideicom. quest. 8. n. 516. Peregr. eod. tract. art. 28. n. 76. optimè Dec. cons. 259. n. 2. Paris. cons. 22 nu. 9. lib. 3. Menoch. cons. 722. n. 32. & lib. 4. præsumpt. 83 n. 45. de comuni testatur Cguall. comm. contra eorum q. 193. n. 4. Gard. Mant. lib. 1. tit. 7. n. 21. de coniectur. Russic. ad l. cum auns lib. 5. c. 2. n. 80*

Ad cuius confirmationem respondeo, q̄ ibi dicta vera sunt quando testator simpliciter hæredem institutum testari prohibuit, prout loquūtur DD. ibi citati, secus tamen si prohibuisset testari ratione conseruationis bonorum in familia, ut in casu nostro, quia tunc sanè non videtur inductum fideicommissum ex prohibitione testandi fauore tātum venientium ab intestato, sed fauore illorum, qui proximiores existunt, & de familia reperiuntur, ut benè perpēdit *Præf. de interpret. ultim. vol. fol. 284. n. 14.* nam si illud esset verum, sequeretur, quod mater, quæ succedit ab intestato filio, vel alij coniuncto, in casu nostro etiam succedere posset, quam tamen 64 † absolutum est, in fideicommissis tali fauore familiz relicto non succedere, nec aliquid prætereendere posse, ut est *tex. in l. codicillis 91 §. matre ff. de legat. 2. Mart. in Summ. success. legal. p. 2. q. 3. art. 1. n. 5.* ubi etiam, quod nec potest institui, sicut quilibet alius, etiam successurus ab intestato, qui de familia testatoris nò esset, ut per *Sim. Præf. ubi sup. fol. 283. col. 1. vers. quod sanè. D. Petra de fideicom. q. 8. n. 270. vers. nihilominus, quos sequatur Fusar. de substit. q. 712. n. 12.*

Ad secundum respondeo concedendo, q̄ clerici dicuntur bona in familia conseruare, 65 verum quod in casu nostro clericorum appellatione monachi cōtineantur negatur, quia illud procedit quando eadem militat ratio, & quod hoc casu diuersa sit ratio probatur, quia clerici actiue, & passiuè bona in familia conseruare dicuntur, cum post eorū mortem succedat illis agnati de familia *c. 1. de success. ab intest.* non sic est in monacho, cui necessario monasterium succedit cū illud loco fi.

hij respectu sui habeatur, vt notat Doctores per illum *tex. in c. in presentia de probat. in aurb. nisi rogati C. ad Trebell. Dilect. de arte testam. caut. 18. n. 5. Cened. q. canonica 35. n. 10 & q. 6. n. 20. Maxill. ad consuet. Bari 9. mulier religionis n. 17. fol. 243. D. Cosm. Nepita in consuet. Catania 13. num. 20. Vinc. de Frach. decis. 460. Gama decis. 306. Triuisan. decis. 66 Veneta 47. n. 7. lib. 1. hinc venit contra testamentum ingressi si ingressus nihil ei reliquisset *Molfes. ad consuet. Neap. p. 4. q. 65. n. 53. & decisu testatur Mart. in summ. success. legal. p. 1. q. 26. art. 1. num. 29. optime declarat Iul. Clar. in tract. de testam. q. 28. per tot. inter 67 tract. success. ab intest. hinc etiam est, quod si quis accepisset emphiteusim pro se, & filiis, & postea ingrederetur monasterium, monasterium potest illam tetinere etiam post mortem ingressi, vt arbitratur *Specul. tit. de locato 9. nunc aliqua vers. 153. Sed contrarium melius faterer cum Marta in summ. success. p. 3. q. 13. art. 3. n. 6. post Butr. quem citat ex ea potissimum ratione, quia verba in contrariis in casu vero, & non ficto sunt accipienda 1. 3. ff. de negot. gest. not. in l. quicquid astrin 68 gende ff. de verb. oblig. licet illud haberet loco filij monasterium non semper procedat, vt per *Cened. q. canon. 6. n. 20. lib. 1. Mart. d. art. 3. n. 6. & 7.****

Ad tertium fundamentum respondeo, quod 69 bene per statutum non potest induci, quod monachus non succedat, quia inferretur religioso statuti praeiudicium generale, secundo 70 quia statutum prae illud laicale non potest praeiudicare, & ligare personas Ecclesiasticas, siue religiosas c. *Eccles. S. M. de constit. secus vero si excludatur ab aliqua particulari persona, prima est ratio, quia quis non cogitur benefacere cap. de Iudeis 25. distin. secundo, quia testator potest rebus suis legem imponere l. quoties C. de bon. qua sub modo c. veru de condit. apposit. arg. auth. excipitur C. de bon. qua liber. & ita Dec. conf. 259. col. 3.*

Nec in se primum exemplum verum est, 72 quia imò contrarium scilicet quod monasterium potest excludi à testatore casu, quo grauat si sine liberis decesserit illud ingrederetur tenent *Bald. Corn. Salvet. & Paul. de Castro in l. Deo nobis C. de Episc. & cleric. Dec. in d. c. in presentia n. 58. & ibi Bero. n. 485. de probat. illustr. Carol. Tap. in auth. ingressi c. 3. n. 18. fol. 470. Molfes. ad consuet. Neap. p. 4. q. 65 n. 23. de communi testatur Molin. in addit. ad Alex. conf. 121. ver. contrariam. Sanchez. in sua summ. to. 2. lib. 7. c. 16. n. 12. D. Mastrill. decis. Sicilia 65. n. 4. Cauale. decis. 77. n. 4. & n. 28. p. 3. Ofofch. decis. 126. n. 11. & 24. Card. Mant. d. coniectur. ultim. lib. 11. tit. 7. nu. 18. Censual. comm. contra comm. q. 193. n. 2. cum alijs*

infinitis quos in consulendo, & in tract. cogerit more suo *Fusar. d. q. 429. n. 18.* qui dicit receptam sententiam, & iudicatu refert apud *d. Franch. decis. 29. n. 3. 4. & 7.*

Nec verum est secundum exemplum, quo dicebatur, quod si relicta essent filiae mille si nubere 73 ret, & 500. si monasterium ingrederetur, filia ista ingrediens monasterium posset consequi mille, nam contrarium verum est, & communis, sic quod potius 500. secundum testatoris mandata petere posset, vt bene *Napodan. ad consuet. si moriatur fol. 101. lit. C.* vbi dicit receptiore sententiam *Prat. de interpr. ultim. fol. 382. n. 15 Card. Mant. de coniect. ultim. lib. 11. tit. 18. n. 27. Anto. Gabr. tit. de legat. concl. 2. Cened. qui bene loquitur q. canon. 35. n. 6. lib. 1. Menoch. conf. 169. Ruffie. ad l. c. auus lib. 5. c. 1. n. 27. & seq. Intrigl. de substit. sentur. 3. q. 62. n. 3. et 4. Illustris. Tap. in d. auth. ingressi ver. ingressi sic. 1. seq. Fusar. de substit. q. 424. nu. 26.* ad quod ego tale adducere rationem, quia quod illa nuba respicit publicam utilitatem, quae consistit in procreatione liberorum, vt in *l. 1. solut. matr.* quod autem ille ingrederetur religionem est priuata utilitas, cum pro se, & se solam saluam faciat, sed publica utilitas priuatae praefertenda, merito. Nec obici potest, quia mulier ingrediens religionem videtur nubere, quia si hoc verum esset, sequeretur quod legatum relictu uxori 75 si vidua remanserit non deberetur uxori religionem intranti, cum ex hoc nubere diceretur consequens est falsum, quia debetur, vt per *Bald. in d. l. Deo nobis col. 3. Arno. Soliloq. 33. Crem. sing. 142. quicquid contra veritate loquatur Raynald. Conf. lib. 2. indagat. c. 23. merito, & ad tex. qui in contrarium faceret in l. Titia si non nupserit ff. de condit. & demonstr. optimè respondet *Cened. d. q. 35. n. 16.**

Nec etiam absque contradictione pertransit illud, quod si relicta essent centum filio, vel filiae si monasterium non intrauerit, relictu debetur ei: si monasterium alter ingrederetur, quia contrarium firmat *Sanchez. de matr. lib. 1. disp. 34 Didac. Couarr. lib. 1. variar. c. 19. n. 10.*

In quibus casibus, & in casu nostro praesertim, testator non videtur facere dispositionem 78 ne illam ad exclusionem monasterii, cum sua intentio primaria est, vt bona in familia cōseruentur, vel vt remaneant p̄ches filios, quibus ipse potius debet dare, quam monasterio, vel suadendo matrimonium carnale ea intentione vt sua familia protēdatur, & durat, & sic non ad illud finem, vt haeres, vel filius à religionis proposito retrorrahatur, cum hoc non considerare videatur, & ideo non est allegandum, siue in consideratione habendum *arg. l. non omne ff. de stat. lib. l. si vebena 9. l. ff. ad l. Rod. de iust. notat in terminis nostris Ruin. conf. 98. n. 21 lib. 2. quē probat Fusar. de substit. q. 429. n. 25, afferent*

afferēs etiā *Rustic. in l. cum auus c. 1. lib. 5. n. 26. quibus addo Cened. d. q. 35. n. 7. vers. nec in congruū, Dec. qui latē psequitur d. conf. 259. Bapt. à Villalob. cōm. opin. lit. S. n. 118. arg. boni tex. in l. qui exceptionē ff. de condict. indebit. l. si quis nec causam ff. si cert. petat. l. nō intelligitur 3. §. 1. ff. de iure fisci, faciunt multū dicta per Roman. conf. 39. Crauett. conf. 118. Nell. à S. Gemin. tract. de harnit. p. 3. 2. temp. q. 82. n. 3. fol. mibi 146. Paul. Leon. in l. qui Romae §. duo fratres n. 65. de verb. oblig. & regula est, 79 quod potius mens t̄ quam verba sunt attendenda l. cū virū C. de fideicō. c. intelligētia 6. & c. propterea 8. de verb. signif. l. 4. l. 1. C. plus valer. quod agitur l. sēper in stipulationib. 35. ff. de regul. iur. l. Celsus §. si fūdus ff. de cōtrah. empt. Verall. dec. 23. n. 6. p. 2. maximē cum mens haberi potest, ex coniecturata ipsius testatoris voluntate.*

33 qui cum cōsensu patris alicui se obligavit, an facta liquidatione instrumenti non obstante læsione, seu restitutionis exceptione detrudi debeat in vinculis fuit iudicatum, quod sic in causa *D. Iohannis de montibus obligati cum patre Incert. Author de present. Instrum. ad form. rit. fol. 613. Galter. in prax. instrum. 2. p. 2. par. princ. num. 23. fi. fi-*

34 *liusfam. obligatus cum patre in simul ob,* iuxta formam rit. M. C. V. causam eius in vinculis, aut facto deposito dicere debet, an sit audiendus extra carceres in multis casibus fuit decifum esse audiendum extra carceres, & ad summum teneri præstari cautionem de parendo mandatis curiæ, & se presentando temp. expeditionis *Molfes. cōf.*

35 *43. num. 30. & seq.* filiusfam. si postquam effectus fuerit sui iuris ratificaverit instrumentum alias à se factum simul cum patre pro debito spectante ad patrem per huiusmodi ratificationem nō perdit beneficium *l. quod cum eo,* ut fuit decifum in S. C. in causa Philippi Saracha sub die 11. Ianuarij 1591. referente Consiliar. Oignano, quid si filiusfam. renunciaverit huic beneficio *l. quod cum eo, an deinde possit uti vide Molfes. in conf. 4. vbi multas refert decis. Ricc. in collect. decis. 1754. & Decif. 354. par. 4. presid. de Amat. cōf. 41.*

36 *Num. 45. palat.)* & vidua dicitur mulier, quæ habet maritum captivum exulem, vel ad triremes, aut carceres condemnatum, ut retuli *ad Franc. decis. 100. num. 18.* & est cōcessum frui privilegio electionis fori *No. uar. in prax. elect. & variat. sect. 1. sub num. 2. & idem*

- & idem est si habet maritum absentem, tãquam inutiliter nupte *Vin. decis. 157. num. 3* & privilegia concessa viduis extenduntur ad mulieres habentes viros inutiles *Novar. 38 quest. forens. 167. num. 4.* & mulier, quæ habet virum inutilem, & ad triremes damnatum potest repetere dotem *ex l. si constante ff. sol. matr. voluit Lup. in cap. per vestras §. 18. nu. 12. fol. 105. de donat. int. vir. & vxor.*
- 39 Vidua diues, miserabilis dicitur cum viro sit orbata, & habet privilegiũ variationis *Capiblan. in pragm. 8. num. 310. de Baron. quãdo variandi non habeat facultatem vide Imbrian. in tract. de 1. & 2. benefic. considerat. 5. num. 5. Paschal. de vir. pat. pot. par. 2. c. 2. n. 99. & 100.*
- 40 Num. 46. Mandos) donatio inter virum, & vxorem, licet iuramento firmetur tamen reuocari potest *Conar. in rubr. de testam. par. 2. num. 11. Paul. Staib. cons. 70. num. 3. & 8. & quando apparet expressa, vel tacita reuocatio morte non confirmatur Gail. abser. 91. lib. 2. Artam. decis. 4. de donat. & dotio facta à viro vxori, quæ cõfirmatur morte mariti censetur reuocata per specialem obligationem rei donatæ factam per virum post donationem, quod secus in obligatione generali bonorum facta per eum Negusan. in tract. de pignor. in 2. par. princ. num. 4*
- 42 Donatio inter virum, & vxorẽ an, & quando valeat vide *Molfes. in 2. par. summ. de contract. in quest. de donat. int. vir. & vxor. M. ntic. de tacit. & ambig. conu. lib. 21. tit. 3. 4. & 7. Borrell. in summ. decis. tit. de donat. propt. nup. a num. 45. usque ad num. 61. par. 3.*
- 43 3. facta in testamento valet *Tiraquell. in l. si unquam ver. libertis num. 119. & 120. C. de reuoc. donat. vt in donatione facta marito in testamento censuit S. C. referente quon. Consiliario Lanario in causa inter Loisium Fenoglianum cessionarium Io. Petri Sanctori cum Io. Thoma, & Io. Iacobo de Motta die 3. Octobris 1581. in banca tunc Io. Andreæ de Caro.*
- In fin. decis. S. C. testatur D. de Franch. decis. 578, sed cõtra illam decis. respondit Reg. de Pont. in tract. de potest. proreg. tit. de diuers. provis. num. 25. & seq. dicens tex. in 5. causas autem. Auth. vt cum, de appell. cognos. nihil commune habere cum hoc articulo, cum ille loquatur in diuerso casu, & latè persequitur Thor. in suo compend. verb. fidei. habere p. i. & in addit. ad eundem de Pont. ubi citat. Molfes. in consuet. Neap. p. 8. q. 5. num. 2. & vide Paschal. in tract. de vir. patr. potest. par. 3. cap. 5. num. 13. & seq. Surd. cons. 367. vol. 3. Gratian. discept. foren. tom. 1. cap. 108.*
- 44 & recipias decis. D. de Franch. quando enim

mulier remanet pœnitens indotata, vel non habet saluam dimidiam partem suæ dotis, & tunc obligatio hæc non tenet etiam pro excarceratione viti *Gratian. discept. Forens. 723. n. 12. & 18. tom. 4. Seraph. decis. 1187. n. 2. Marefc. variar. resol. lib. 2. c. 5. n. 21.*

Didac. de Mari.



SV M. M A R I V M.

- 1 In locatione pradiorum fiscalium antiquas conductor præfertur nouo pro equali pensionem, secus in pradijs priuatis.
- 2 Quid in conductione rei Ecclesiæ, & communitalis, & in miserabilibus personis remissiuè.
- 3 Res conducta, ob continuatam reconductionem censetur tacite reconducta, & pro quo tempore.
- 4 Instrumentum pro tacita reconductione, an habeat executionem paratam remissiuè.
- 5 Hypotheca expressa in locatione, censetur repetita in sequentibus tacitis reconductionibus.
- 6 An locator cum hypotheca tacite repetita in reconductione, præferatur alijs creditoribus, qui ante reconductionem contraxerint remissiuè.
- 7 Reconductio ex quibus probatur ad effectum designandi bona remissiuè.
- 8 Reconductio tacita ex quibus causis inducatur remissiuè.
- 9 Reconductio non probatur per testes aduersus nouum conductorem, sed requiritur scriptura.
- 10 Reconductio quando intelligatur facta in triremibus remissiuè.
- 11 Renouatio locationis quando censetur facta, & quid de emptione fructuum, et quid si promiserit rem. vacuam restituere.
- 12 Oblatio transcendens sextam in licitatione rei fiscalis, seu arrēdamentorum, an sit admittenda si res vendita remansit ultimo licitatori ad extinctum candela, & fuerint expedita provisiones, & interpositum decretum liberationis.
- 13 An in locationibus perpetuis rerum fiscalium excedentibus sextā, admittatur noua oblatio, & an admissa maiore oblatione, pro eadem præferendus sit primus emptor.
- 14 Oblatio melior, an sit admittenda extincta candela, quando tractatur de interesse creditorum.

AD DECIS. V.

- N** *Vm. 2 decis. tex l congruit* procedit in locatione prædiorum fiscalium, in quibus speciale est, ut antiquus conductor nouo præferatur, si eandem offerat pensionem *Cartar. in decis. 97. nu. 5. Cardin. Tusc. præf. conclus. lit. L. concl. 422. num. 6. Cost. subsid. remed. 76. num. 3. Mantie. de tacit. & ambig. conuen. lib. 5. tit. 3. num. 27 [D. Regn. Tap. decis. S. C. 59]* Camill. Larath. *conf. 18. nu. 3* in priuatis vero, si prædium est vrbæ, tunc veterem conductorem nouus expellit, & si tantundem se soluturum offerat *ad tex. in l. ne cui C. locat. vbi Doctor. & ita iudicatum ait Afff. in præf. decis. quem sequitur Benedell. de iure protom. in princ. num. 288. Maran. conf. 96. num. 7. & alij antiquum conductorem nouo præferri, velint si tantundem offerat, verius est tamen illum non esse præferendum, ut decisum testatur Fab. Anna. *conf. 77. num. 7. Rice. decis. 181. par. 1. de Pont. conf. 23. num. 24. Foller. in constitut. Regn. sicut accepimus num. 37. de Franch. decis. 406. nam Afff. decisio loquitur tantum stante consuetudine Neap. quam allegat, ideo nouum antiquo præferri cõcludit, imò Afff. rectius loquens in Const. Sancimus in princ. num. 2. affirmat cõtrarium eius, quod dixerat in dict. decis. ut per Viscont. in addit. ad D. de Franch. in dict. decis. & vide Castil. decis. Sicil. 114 p. 2. Gratian. discept. Foren. c. 357. lib. 2. quid in conductore rei Ecclesiæ Mastrill. *decis. 309. in fin. par. 4. & communitatis Genuen. in suis præf. ab. eccl. 421. & quid si erint miserabiles personæ Nouar. in prax. priuileg. miserab. person. priuileg. 42.***

Num. 8. Grammat.) adde Gregor. Lopez par. 6. l. 5. tit. 19. Azcued. in l. 2. tit. 1. l. 2. noua recopilat. n. 15.

- 3 *Num. 14 ff. locat.) conductæ res ob continuatam reconductionem censetur tacite reconducta Gait. de cred. cap. 3. tit. 1. nu. 989. & pro quo tempore vide Causale. decis. 44. num. 91. par. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. c. 85. num. 7. ad instrumentum habebit executionem paratam pro re conductione tacita vide Auend. de exequut. Mand. par. 2. cap. 30. num. 10. Barz. decis. 60. Merlin. decis. 64. num. 7. hypotheca expressa in locatione cõferatur repetita in sequentibus tacitis reconductionibus Ant. Fab. in eius Cod. tit. de locat. defn. 45. Polid. Rip. obser. 154. Carnaz. decis. Lucen. 177. an locator cum hypotheca tacite repetita in reconductione præferatur alijs creditoribus, qui ante reconductio-*

- nem contraxerunt *vide Barbat. in tract. de assisen. glos. fin. num. 70. Cardin. Mantie. de tacit. & ambig. tom. 1. lib. 5. tit. 15. reconductio ex quibus probetur ad effectum designandi bona, habes penes Blanchett. in decis. 494. in nouis par. 1. & de reconductione tacita ex pluribus causis inducta vide Mart. vot. 35. reconductio requirit scripturam, & non potest per testes probari aduersus nouum conductorem de Fræb. *decis. 278. Tap. in iur. Regn. par. 4. tit. de locat. domor. in prag. 1. de locat. num. 3. Paschal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 6. num. 34. sed Ricc. in prax. resol. 625. par. 1. refert fuisse in curia Archiepisc. Neap. datum terminum in causa, & admisam probationem per testes, & idem fuisse decisum in S. C. de anno 1615. in causa Cesarei de Mari cum Camillo Lamberto in banca de Scacciauento; Quando reconductio intelligatur facta in triremibus vide Castil. decis. 11. renouatio locationis quando facta cõferatur, & an sit idem in emptione fructuum, & quid si promiserit vacuum rem restituere Gratian. *decis. 119.***
- 12 *Num. 27. præf. locat.) oblatio noua superueniens maior, & transcendens sextam in licitatione rei fiscalis, seu arrendamentorum, an sit admittenda, si res illa vendita remanserit vltimo licitatori ad extintum candelæ pro qua fuerunt expeditæ, necessariae prouisiones, & desuper interpositum decretum liberationis elapsis tandem temporibus offerendi fuit decisum per R. C. S. facta relatione in Collat. Consilio esse admittendam, & de nouo arrendamentum esse licitandum de Pont. in tract. de potest. pro-reg. tit. 4. de regal. imposit. S. 5. num. 62. An in*
- 13 *locationibus perpetuis rerum fiscalium excedentibus sextam admittatur noua oblatio, & an admissa maiori oblatione præferendus sit primus emptor offerendo idem pretium plena manu scripsit D. Vinc. Corcion. ad præfens Meritis. Præsid. Reg. Cam. in quadam allegat. & per Reg. Cam. de an. 1613 ad relationem præsid. Pappacoda fuit decisum Didacum Strozzi emptorem officij Regij Secreti, & Magistri Portulani Prouin. Calabr. vlt. esse præferendum nouæ oblationi factæ per V. I. D. Gregorium Musitano, & si facta relatione in Collat. Consil. cum fuerit per dict. de Musitano nouum oblatores, facta alia longe maior oblatio Didacus de-*
- 14 *stitit: Oblatio melior, an sit admittenda, candelæ extinta, & oblatione inde sequuta, quando præfatur de interesse creditorum decisum fuit affirmatiue. Ita Masul. ad Capic. decis. 36. n. 6. quem sequitur Ricc. collect. decis. 1726.*

[In

[In fine. Adde videndum ad ornatum Fulu. Lanar. in addit. ad repet. D. Regen. Lanar. in §. sed etiam res. num. 25. 26. & 27. per quos fiat inuestitura.]

Didac. de Mari.



SV M M A R I V M.

- 1 Descendentes seu heredes emphyteute, possunt petere confirmationem emphyteusis finita per generationem finitam, & quid in emphyteusi Ecclesia, & n. 6.
- 2 Quid si heredes essent extranei, & res non esset integra.
- 3 Quid si agnati fuerunt negligentes.
- 4 Quid si emphyteusis finiret ob canonem non solutum.
- 5 An possint repetere agnati non instituti heredes concurrentibus extraneis heredibus.
- 7 Quid in emphyteusi noua, & quid in feudis.
- 8 Renouationem emphyteusis Ecclesiastica, ut possit quis repetere, quamam debeant concurrere.
- 9 Quae sit differentia inter emphyteusum Ecclesiasticam, & laicalem.
- 10 Emphyteusis Ecclesia concessa pro se, & heredibus, an transeat ad extraneos.
- 11 Emphyteusis, etiam Ecclesiastica, quando ad Dominum deuoluitur, deuoluitur cum omnibus meliorationibus, si ex culpa emphyteute deuoluitur.
- 12 Quid si emphyteusis Ecclesia finiatur ob lineam non finitam, cui debeantur melioramenta.
- 13 Emphyteusis Ecclesiastica, an inter coniuges, & filios communicetur. remissiuè.
- 14 Dominus directus licet, secundum multos, possit finito tempore emphyteutam expellere, tutius tamen est implorare iudicis auctoritatem.
- 15 Pensionarius non potest propria auctoritate beneficij possessionem capere ob nō solutam pensionem.
- 16 Praxis circa praestationem familiae creditori habenti publicum instrumentum cum potestate capiendi, constituto, & precario pro capienda possessione bonorum obligatorum absque citatione, in quibus casibus limitatur.
- 17 Emphyteuta spoliatus re emphyteutica à Domino directo auctoritate propria, an sit ante omnia restituendus, & quid si petierit Dominus possessionem captam confirmari.
- 18 Dominus potest conductorem in re conducta male versantem, expellere.

- 19 Conductor utens re conducta in alium usum, quam fuit conducta, cadit à locatione.
- 20 Antiquus conductor non potest in ultimo anno resipiscere terram in praedictum Domini.
- 21 Conductor, & emphyteuta ex quibus causis possint expelli à re conducta.
- 12 Emphyteuta, qui singulis annis canonem soluere iurauit, si non soluit, an possit statim pelli ob periurium, non expectato biennio, &c.
- 23 A solutione canonis non excusatur emphyteuta, nisi in totum res perierit.
- 24 Emphyteusis dicitur quando pensio, quantumvis magna, soluitur in recognitionem directi dominij.
- 25 Consanguineus, aut vicinus admittitur ad retrahendum pro se, non autem in beneficium alterius.
- 26 Pralatio datur Domino directo, si velit uti pro se, secus si pro alijs.
- 27 Renouatio emphyteusis quando facienda sit descendantibus, etiam ab Ecclesia volente pro se retinere.

AD DECIS. VI.

- 1 **N** Vm. 2. Bart) communis est opinio emphyteusim per generationem finitam, & reuersam ad dominum, descendentes, seu heredes emphyteutz, seu generationis finitae petere posse confirmationem, & implorari officium iudicis pro renouatione Horat. Mandos ad Roman conf. 22. lit. H. Verall. decis. 230. lib. 1. Ludouic. decis. Lucen. 63. num. 20. Rot. Rom. decis. 195. par. 2. vol. 2. & Ecclesia quando vult rem ipsam emphyteuticam alteri locare, tunc agnati admittuntur ad renouationem, sed si nollit alteri concedere, & pro se retinere uti posset Benint. decis. 19. Gamm. decis. 41. num. 2. Marefc. var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 11. signanter si Ecclesia hoc ageret ex causa Bero. conf. 98. sub n. 2. 16. vol. 1. Ampliatur communis, quando essent extranei heredes instituti, etiam si res non esset integra, & renouatio emphyteusis facta foret in extraneo, proximiores admittantur Paris. conf. 8. num. 4. vol. 2. Intelligence si agnati non fuerint negligentes, secus si fuerint negligentes, quia tunc proculdubio illa valeret renouatio Gozad. conf. 86.
- 4 Declara communem opinionem habere to cum quādo emphyteusis expiraret per generationem finitam, secus si per canonem non solutum Dec. conf. 329. circa fin. fortiturque locum dicta communis, vbicunque petentes renouationem reperirentur instituti

- tuti hæredes, secus vero si extranei essent instituti, quia tunc illi deberent præferri *Bero.conf.98.num.9.10.& 27. vol. 1.* interpetratur quoque dicta communis opinio, quod tam descendentes, & agnati, quam collaterales, & cognati dummodo sint hæredes instituti renouationem petere possint
- 6 *Hieron.Gabr.conf.30.sub nu.10.vol. 1.* emphyteusis renouari debet agnatis etiam si Ecclesiastica sit *Bero.conf.98.num.3.& 45. vol.1.* vel etiam nobis *Ruin.conf.151.nu.16. vol.1.* quid in feudis *vide D.de Pont.de potest. proreg.tit.de elect.official. §.3.nu.36.& seq.1s*
- 8 qui renouatione emphyteusis Ecclesiasticæ petit duas debet habere qualitates, quarum altera est, vt de descendentes sit vltimi possessoris, vel saltim de agnatis, & cognatis *Peregr.conf.44.n.13.vol.4. Ceuall. comm. contra comm.q.194.Barz.decif.115. num.6.* altera est, quod sit hæres prædicti vltimi morientis *Gamm.decif.326.num.5.* Quæ sit differentia inter emphyteusim Ecclesiasticam & laicalem, *vide Ricc. in collect.decif.1290.*
- 10 Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus an transeat ad extraneos *vide Ricc.in prax.resol.117.par.1. Marefc.var.resol. tomo 2.resol.76.num.32. & seq. Mantie. de tacit.& ambig.lib.22.tit.9.num.2. & tit.19.per tot.vbilate, & præcipuus est si Ecclesia passa sit semel apud primum hæredem extraneum transire ab eo exigendo canonem, nam transibit etiam, quoad alios n.32* Emphyteusis Ecclesiæ legitime facta cõcessio, tunc ad hæredes extraneos trãsit, si tẽpore cõcessionis constaret de vtilitate Ecclesiæ, & de sollempnitatibus adhibitis alias secus *Magon.decif. Lucen.12. Viu.decif.496. Valas.de iure emphyt.q.43 Caldas de nomin.q.22.* Emphyteusis etiam Ecclesiastica deuoluitur ad dominum directum cum omnibus meliorationibus, & augmentis, quando deuoluitur ex culpa emphyteutæ, secus si absque culpa *de Franch.decif.191. Rot.di.uerf.186.par.2. vol. 2.* Melioramenta emphyteusis Ecclesiæ finitæ ob lineam finitã debentur non Ecclesiæ, sed liberis, & descendentes emphyteutæ, vel hæredibus etiam
- 13 extraneis *Menoch.conf.111.vol. 2.* Emphyteusis Ecclesiastica, an inter coniuges, & filios communicatur *vide Valas. de partit.c.26.n.13. eruditiss. Giurb. in consuet. Messan. cap.1.glos.2. n.21.& 23.*
- Num.6. Gozad.) *vide Corbul. de iur.emphyt.tit.de caus.priuati. ob tempus finitum & tit.de caus.priuati. ob non solut. canon.q.13. Menoch.de adipisc. possess. remed.5. à num.77.* sed tutior est via implorare iudiciariam auctoritatem *Vifcont. in suis conclus. iur. fol.*
- 15 35. Pensionarius, qui resignauit beneficium cum pensione non potest propria auctoritate possessionem beneficii capere ob non solutam pensionem, licet verba regressus sint amplissima *Ricc.in decif.247.par.3.* Praxis circa præstationem famulæ creditori habenti publicum instrumentum contra suum debitorem cum potestate capiendi constituto, & præcario in forma pro capienda possessione bonorum obligatorum absque citatione in quibus casibus limitatur *vide Rouit.in pragm. de conseru.*
- 17 Num.7. Corn.) Emphyteuta si fuerit propria auctoritate à domino directo spoliatus re emphyteuta, vel ob alienationem factam irrequisito domino, vel ob census nõ solutos, an sit ante omnia restituendus, & quid si dominus petierit possessionem captam confirmari, & in hac ambiguitate distinguitur, vt intelligantur omnes decisiones hinc inde adductæ, nam si emphyteuta patitur terminũ dari in causa respectu petitionis factæ per dominum de cõfirmatione eius possessionis, tunc si appareret in termino de veritate reddituum nõ solutorum alienationisq. factæ irrequisito domino restitutio fieri non debet, & proinde spolium cessare, vt multoties fuisse decisum in pluribus causis tradit *Vrsill.decif.392.sub nu.20.* alias secus, at si pars emphyteutæ efflagitet prius possessionem restitui obstando non dari terminum, tum quia spoliatus ante omnia sit de iure restituendus, debet possessio restitui, & spolium locum habebit, & ita in similibus causis decisum fuisse congerit *Vrsill.loc.cit.in fin.num.20.*
- 18 Num.9. notat.) dominus potest cõductorem male in re conductã versantem expellere, cum aliquibus considerationibus, vt tradit *Ludou.decif. Perus.22. Paschal. de vir. patr. potest. par.4. cap.6. num.50. & sequ. Menoch.conf.372.vol.4. & vtens conductor re conductã in alium vsum, quam fuit cõductã*
- 20 cadit à locatione *Merlin.decif.73.* & antiquus conductor in vltimo anno non potest restipulare terram in præiudicium domini
- 21 *Mart.decif.149.* conductor ex quibus causis possit expelli à re conductã *vide Magon. dec. Lucen.75. Maran. in tract. de remed. possess. à num.169. & quid emphyteuta vide Castill. de usufr. cap.25. Valas. decif.50. Gratian. decif.174.* Emphyteuta qui singulis annis canonem solgere iurauit, si non soluit statim ob periurium potest expelli non expectato biennio, vel triennio *Cauale. in dec.43. num.18. par.1. & decif.29.num.47. par.2.* contrariam opinionem tenet *Couar. in cap. quamuis par.1. num.5. de pact. in 6. nam iuramen-*

- ramentum non potest alterare naturam contractus, ac legis dispositionem, unde in S. C. post sententiam celeri satisfactione evitatur commissum, & ita fuit observatum in
- 23 contingenti casu *Anna. in sing. 286.* A solutione canonis non excusatur, nisi in totum res perierit etiam si canon sit magnus *Surd. decis. 198.* Emphyteusis proprie dicitur, quavis pensio magna, & correspondens fructibus solvatur dummodo solutio fiat in recognitionem directi dominij, & constet de emphyteusi actum fuisse *Maresc. var. resol. lib. 2. resol. 76. num. 11. 13. 14. 16. 24.*
- 25 Num 12. *Boer.*) Consanguineus aut vicinus pro se, & in sui utilitatem admittitur ad retrahendum, sed non in alterius beneficium *Cost. de rat. port. q. 100. num. 3 Gail observ. 19. num. 10. lib. 2. Giurb. decis. 59. nu. 12.*
- 26 *Peregr. decis. 19. a. num. 14. cum seq.* Prælatio domino directo datur, si pro se vult uti, at secus si in alterius commodum *Vrsil. ad Affl. decis. 238. num. 6. de Pont. decis. 28. num. 12.* fieret enim fraus legi de persona ad personam, quod iure prohibetur *Mench. conf. 756. num. 10.*

Num. 14. *Gozad.* vide *Ricc. in prax. Ar. 27 chiap. Ncap. resol. 116.* Renovatio emphyteusis descenditibus est facienda, etiam si Ecclesia vult pro se retinere, dummodo adsit consuetudo immemorabilis *Bal. in Auth. si quas ruinas C. de Sac. Sanct. Eccles. & in Rot. Rom. in vna Nonantulan. bonorum 19. Martij 1591. coram Mantica, fuit conclusum illustr. Cardin. commendatarium non posse pro Ecclesia retinere bona finita emphyteusi per tertiam generationem, sed teneri ad renovandum ipsis descenditibus, sicuti ab immemorabili tempore fieri consuevit.*

Num. 17. *Tiraquell.*) & hanc sententiam amplexa fuit *Rot. in vna Brixien. feudi. 29. Aprilis 1587. coram Bubalo, & in causa Ceruien. bonorum 25. Martij 1583. coram Cardin. Seraphino.*

Num. 23. *degunt*) ut tangit *Ann. in sing. 338. ubi Fab. Ann. in addit. & sic decisum per Sac. Consil. in causa 10. Angeli Muscatelli cum Detio Campanile*, qui studiis vacabat cum alio clerico in platea S. Mariæ à Cancello, ubi fuerunt producta decreta antiqua similia pœnes *Burrell. Aetor. magistr. & dispositio dicto cap. non procedit contra Neapolitanos, & per consequens, nec Casalium Civitatis l. qui ex vico ff. ad municip. & etiâ Casalium Civitatis Neapolis divisorum, quo ad iurisdictionem à Civitate Nouar. in collect. sup. Pragm. de meretr. & expelli non possunt scolares à domo conductâ, etiâ ob novam necessitatem locatori supervenientem*

Cosm. Nepit. in consuet. Catin. vn. sub tit. 29. de locat. Apotec. num. 6. Pascaf. de vir. patr. potest. par 4 cap. 6. num. 22. & à doctoribus reponuntur inter miserabiles personas, ut est videre apud Viu. decis. 65. num. 5. Capi-blanc. de Baron. prag. 8. n. 102. [an habeat beneficium ne conveniantur ultra quam facere possunt, vide Bætz in tract. de inop. deb. cap. 27. num. 26. non possunt capi pro repræsentis Auth. habita C. ne filius pro patre, & eodem privilegio gaudet pater, dum, it ad videndum filium Rebuff. in tract. de privilegiis schol. priu. 77. num. primo, qui scholares privilegio scholarium gaudeant declarat Oymotom. in S. item Roma num. 6. insit. de excus. tutor. quando præferatur scholaris Doctori declarat Boer. in tract. de Auctor. mag. conf. num. 99. & 911.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Debitor quando possit uti beneficio Auth: Hoc, & an valeat renunciatio huius beneficii, absque iuramento, & an habeat locum, quando fuit renunciatum omni legum auxilio.
- 2 Hæres cum beneficio inventarij, an possit tradere bona in solutum creditoribus, ita, ut hi teneantur ea acceptare mediante appretio.
- 3 Privilegium inventarij, quod præservet heredem immunem ab omni damno, de quo damno intelligendum. Explicatur tex. in l. fin. S. & si præfatam, C. de iur. delib.
- 4 Aliud pro alio. inuito creditore, solui non potest.
- 5 Filius adeundo paternam hereditatem, an possit bonorum adventitiorum alienationem à patre factam, impugnare.
- 6 Hæres cum beneficio legis, & inventarij tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus est in hereditate. Et quando admittatur contra factum defuncti.
- 7 Inventarium quando profit in feudis.
- 8 Hæredes volentes agere rescissionem contractus, non egent absolutione iuramenti. Et reatus periurij non tenet heredem.
- 9 Contra heredem debitoris non potest in Regno procedi via executiva, nisi pro censibus super bonorum hereditariis.
- 10 Hæredes defuncti delinquentis quando teneantur ad penam pecuniariam.
- 11 Officiali mortuo. an transeat in heredem actio criminalis pro malis per eum gestis.

AD

AD DECIS. VII.

N *Um. l. limitari.*) & plures refert limitationes *Rice. in collect. 207. Tbes. decis. 153.* Debitor non potest uti beneficio *Auth.* hoc nisi quoties ei renunciauerit, sed non valet renuntiatio simplex sine iuramento, ut voluerunt *Lopez. glos. 3. in l. i. tit. 14. par. 3. Caroc. in tract. de oblat. 2. par. q. 10. num. 66.* contrarium tamen, quod valeat talis renunciatio absque iuramento, & simplex dixerunt *Baez. de inop. debitor. capit. 1. num. 99. Gutier. de iuram. confirm. cap. 29 num. 3.* & ibi communem dicit, an beneficium dictae *Auth.* habeat locum quoties fuerit renunciatum omni legi auxilio vide *Notar. in prax. dat. insolut. par. 2. q. 4.* limitatur dispositio dictae *Auth.* quando solutio est promissa a debitore creditori specificè in pecunia cum iuramento *Gutier. dict. cap. 29 num. 5. Bertaz. in tract. claus. instrum. claus. 41 glos. 3. num. 2.* declarata non procedere, quando succedit casus insolitus, & inopinatus *Trentacinq. var. res. lib. 3. resol. 36. sub num. 5. Paschal. de vir. patr. potest. par. 2. c. 9. n. 90.*

Num. 10. de Cast. Marcabrun. ab Anguil. conf. 3. & Anshar. Regien. quest. famil. 64. par. 2. pramittunt conclusionem tanquam indubitatam, & communem, quod hæres cum beneficio inventarii habeat hoc privilegium tradeudi bona insolutum creditoribus hereditariis etiam inuitis, & illi teneantur accipere mediante appretio, & mouentur per *tex. in l. fin. §. & si prefatam. C. de iure deliber. ponderando illum tex. in tribus locis. primo dum in principio §. dicitur,* quod hæres non debet esse in damno dicunt ipsi, quod si creditores non tenerentur in solutum accipere sequeretur damnum hæredi, qui vendendo bona hereditaria de euidione obligaretur, & in tali obligatione vertitur damnum. Secundò ibi in vers. sed & si legatarij, dum dicitur in *tex.* quod eis satisfaciant ex hereditate defuncti, vel ex ipsis rebus, quasi satisfactio ex ipsis rebus fiat ex illarum in solutum datione. Tertiò ex vers. fin. verò hæredes, ibi (res hereditarias creditoribus, & legatariis pro debito dederint in solutum) quasi per talia verba videatur expressum, quod creditores teneantur recipere in solutum: Sed si verba dicti *tex.* vel ad corticem inspiciantur, tantum abest, ut potius appareat totum contrarium, & primò dum in eo *tex.* dicitur, quod hæres non debet esse in damno, non propterea sequitur, quod creditores debeant esse in damno per receptionem bonorum in solutum, sed pro

indemnitate hæredis sufficit ei, quod ipse vendere non cogatur, & in hoc bene verum est, quod consistit eius privilegium, nam nec cogitur vendere, si non reperit emptorem absque propria ipsius obligatione de euidione, nec tenetur esse sollicitus de vendendo, ut concludunt *Doct. omnes in d. §. & si prefatam*, sed non ob id tenentur creditores accipere bona in solutum, præsertim quia hæredi consultum esse potest, & creditoribus etiam absque tali datione in solutum, est consultum hæredi, quia ipse non cogitur vendere, & sufficit, quod relinquat bona vendenda a creditoribus iuxta consilium *Bal. in d. §. & si prefatam num. 1.* est consultum creditoribus, quia procurabunt subhastationem bonorum, ut ex illorum pretio satisfiat ipsis creditoribus, & sic non tenentur accipere aliud pro alio. Nec dicatur quod si vendantur bona ad instantiam creditorum non reperietur emptor pro iusto pretio, & in hoc vertitur damnum ipsius hæredis, qui ex privilegio inventarii debet esse penitus sine damno, nam hæc est maxima æquiuocatio siquidem privilegium inventarii, per quod hæres præservatur indemnus ab omni damno, non respicit damnum, quod imminet hæredi in bonis hereditariis, sed illud, quod imminet in propria substantia ipsius hæredis, ut sunt expressa verba *tex. in d. §. & si prefatam in princ. ibi* (nihil ex sua substantia penitus heredes amittant) unde licet heredes ex tali venditione facienda ad instantiam creditorum patiantur damnum in minoritate pretii bonorum hereditariorum, tale damnum in consideratione esse non debet, ut præpoderet damno, quod patiantur creditores si tenerentur aliud pro alio recipere, qui etiam debent esse in hoc magis privilegiati ex quo creditores tractant de damno propriæ substantiæ hæredes vero tractant de lucro, quod sperant facere ex bonis hereditariis, ut probat *idem tex. in §. & si prefatam* ibi hedum lucrum sperant facere. Secundo neque probatur in vers. sed & si legatarii, nam in eo *tex.* datur hæredi facultas satisfaciendi creditori, vel legatario primo venienti, vel de ipsis rebus, vel de eorum pretio, ita ut per huiusmodi satisfactionem non possit a creditoribus anterioribus molestari, & hoc est privilegiū de quo proprie in eo *tex.* satisfaciendi de ipsis rebus est intelligendum civili modo, & ne inducatur correctio legum, scilicet, vel quando sunt creditores, aut legatarii speciei, qui propterea omnino tenentur recipere ipsas species, vel quando ipsi sua sponte contentantur recipere res in solutum, licet sint creditores

in pecunia, & non quod inuiti teneantur recipere in solutum, quod in eo tex. nō fuit cogitatum. Ita pariter responderetur ad versic. sin verō hāredes imō ex eo patet clarissimus intellectus totius §. *ut scilicet*, licet hāredes dederint res hāreditarias in solutum creditoribus, quod intelligitur volentibus si sunt in pecunia, vel etiam inuitis si sunt creditores in specie, aut in pecunia satisfecerint, non propterea hāredes ipsi possint molestari à creditoribus anterioribus, sed his anterioribus sint salva iura contra posteriores quibus satisfactum fuit, & ex his colligitur verba §. *Et si prefatam esse* aliena à dicta opinione, & proinde non recedendum à regula *tex. l. 2. §. mutui datio in fin. ff. si cert. petat.* quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest nec *Marcb. & Anchar.* opinio, quæ communis reputatur, & fuit recepta à *Surd. in decis. 318.* cōmunis vere dicitur cū imō potius resultat communis opinio in contrarium ex numero doctorum relato per *Phanuc. in tract. de inuēt. par. 5. num. 149. Rol. conf. 14. num. 19. & seq. lib. 1.* qui nullam præsupponunt necessitatē in creditoribus recipiēdi bona in solutum, sed dant simplicem facultatem hāredi dandi bona in solutum creditoribus, & id est, quod proprie continetur in *dict. §. Et si prefatam*, sed ex tali facultate hāredi concessa tradendi bona in solutum creditoribus inferre necessitatē in creditoribus recipiēdi huiusmodi bona in solutum in hoc est maxima æquiuocatio, & talis, ut æquitas inducā pro hārede ex privilegio inuentariū resultaret, in maximam iniquitatem contra creditores, quod imperator in eo tex. nunquam cogitauit, & in tribunalibus huius Regni quotidie ad instantiam creditorum bona exponuntur vñalia, & ex pretio, quod reperitur satisfit creditoribus [ut dicit post alios *Flam. Monac. in addit. ad decis. minad. 2 sub num. 14.*

Num. 23. Doct. addē *Barz. decis. 63. Ca. Still. decis. 64 num. 29. & 30. Ricc. collect. decis. 469* Filius paternam hāreditatem accēdendo, an possit bonorum aduentitiorum alienationem à patre factam impugnare vide *Paschal. de vin. patr. potest. par. 1. cap. 2. à nu. 44. vsque ad n. 65. de Franch. decis. 665.* quando actus est absolutē, & ex omni parte nullus non prohibetur hāres contrahentis illum impugnare si nullum ius nullaq. obligatio penitus fundari ex eo potest in persona defuncti alias secus, ut plene tradit *Phanuc. in tract. de inuēt. par. 7. num. 149. 164.* & ad regulam *tex. l. cum à matre vide l. 1. limitationes*, quas refert *Ladou. in comm. cōcl.*

16. à fol. 52. vsque ad 54. Et qide Dom. de Pont. in repet. feud. lect. 19. n. 7. Valenz. conf. 69. n. 156.

Num. 26. Lanar.) addē *D. Reg. Tap. in decis. 2. num. 202. Molin. de primogen. Hispan. lib. 4. cap. 1. num. 17. Rosentall de feud. cap. 6. concl. 69. num. 37. lit. V.* Et hāres cum beneficio legis, & inuentariū tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus est in hāreditate *Loffred. conf. 1. num. 169. Theodor. ab leg. 20. num. 13.* Non admittitur contra factum defuncti à quo tantumdem recepit aliis quibus tamen concurrentibus, ut refert *D. Tap. dict. decis. 2. num. 405. & 421.* & quando inuentarium prolit in feudis vide *Anna. cōcl. 5. Reg. de Curt. in diuers. feud. §. multoties cōcedere num. 25. Reg. de Pont. de potest. proreg. ita de assens. Reg. §. 3. & in tit. de refutat feud. §. 8. num. 20. [Prec. de subse. lib. 3. fol. mibi 422. Jo. Thom. de Marin. de generib. et qualitat. feud. fol. 71. num. 18. & fol. 87. num. 39. Fula. Lanar. in addit. ad repet. Reg. Lanar. in c. primo de success. feud. n. 29. & sequ.]*

Num. 35 de Iur. Iur.) proinde hāredes volentes agere rescissionem contractus nō egent absolutione iuramenti, cum reatus periurii teneat iurantem non autem hāredem *Andr. Gail pract. obser. lib. 1. obser. 27. Carol. de Grass. in tract. de except. except. 12. num. 27. & 28.* Nec contra hāredem debitoris, in Regno procedi potest via rit. executiua, ut legitur in *rit. 178. Bernard. Pand. de execut. Instrum. par. 2. declar. 3. num. 2.* nec illud, quod statuitur per *Reg. Prag. P. in tit. de censib.* quod contra hāredes, & vniuersales successores illorum, qui censalia vendiderunt detur prompta, & parata executio realiter, & personaliter seruatur in *M.C.V.* sed tantum contra hāredes exequitur realiter pro censibus super bonis hāreditariis emanatis prius contra ipsos aliquibus præceptis, vel contra ipsos expeditur citatio ad dicendum causam quare non debet contra ipsos exequi pactum executiuium in instrumento adiectum pro solutione tertiarum, per quos ad impediendum solutionem tertiarum potest opponi, & dici de nullitate, *D. Tap. in 4. tom. Iur. Regn. fol. 22. num. 137. & 138.* vbi reperies, quid fuit decisum ad relationem *D. Ferdinandi Quadra:* Hāredes defuncti delinquentis quando teneantur ad poenam pecuniariam vide *Farinac. q. 110. Thes. decis. 144.* [an mortuo officiali trahatur in eius hāredem actio criminalis promalis per eum gestis vide *D. Reg. Moles in decis. Reg. Cam sub tit. de offic. q. 3.*]

Didac. de Mari.

S/M.

SVMMARIVM.

- 1 Releuium quid sit, & à quo, & quare soluat-
tur, & an in illo contribuant secundo ge-
niti.
- 2 Releuium duplicatum debetur, nisi fuerit de-
nunciata mors feudatarij. Et quid si fuerit
venditum feudum, & mortuo venditore
haredes eius mortem non denunciauerint,
an debeatur duplicatum releuium ab em-
ptore.
- 3 Quid si ex iusta causa mors non fuerit de-
nunciata.
- 4 Releuium quinam teneantur soluere, & n.
5. 6. 7. & 9.
- 8 Releuium an sit minuendum propter onus
vita militie.
- 9 Releuium debetur per mortem Comitis ne-
dum pro suis castris, sed etiam pro subfeu-
datarijs, quibus aliqua castra fuerunt alie-
nata.
- 10 Releuium non debetur ex feudo donato alte-
ri cum assensu, reseruato vsufructu donā-
ti, morte concedentis sequuta.
- 11 Releuium non debetur ex bonis feudalibus,
donatis contemplatione matrimonij.
- 12 Quid si inesset reseruatō in donatione ali-
cuius quantitatis, an debeatur releuium.
- 13 Feudatarius non teneatur soluere releuium,
si eodem anno fuerit imposta ad hoc, & ip-
se soluerit.
- 14 Releuium non debetur per mortem illius, cui
concessa fuerat annua promissio super fru-
ctibus feudi.
- 15 Releuium non debetur à vassallo refutante
omnia feuda, non in fraudem, debetur ta-
men per mortem eius, cui facta est refuta-
tio.
- 16 Releuium an debeatur deductis oneribus.
- 17 Feudo vendito cum pacto de retrouendendo,
si venditor reumat ad heredem emptoris, de-
betur releuium.
- 18 Decisio S.C. assertur, quod actio exigendi re-
leuium, est mere personalis, nec datur con-
tra tertium possessorem.
- 19 Feudo refutato, quando, & qualiter debea-
tur releuium. remissiuè.
- 20 Ex feudo rustico non acquiritur nobilitas:
secus ex feudo nobili, & quodnam dicatur
feudum nobile.
- 21 Baro nobilitatur ex multitudine, & nobili-
tate vassallorum.
- 22 Feudum nobile, ut nobilitet, debet esse qua-
ternatum.
- 23 Habens feudum nobile quaternatum annui
valoris vnciarum 20. habet vocem in par-
lamento.

24 Baronalis dignitas quando dicatur Rega-
lis.

25 Barones quibus fauoribus decorètur. remis-
siuè.

26 Barones, & officiales maiores non possunt
carcerari inconsulto Prorege.

27 Offendens baronem non potest gaudere in-
dultu.

AD DECIS. VIII.

N Vm. 2. pro releuio) Adde Ricc. in
collect. decis. 2515. vers. sed pro or-
natu par. 7.

- Num. 3. Loffred.) Releuium est
moribus inductum, illiusque solutio fit Re-
gi, vel domino per succedentem in feudo de
Franch. decis. 121. subdens, releuij quantitatem
esse medietatem fructuum feudi illius anni,
quo moritur feudatarius, & sequitur Consi-
liar. Georg. alleg. 18. num. 23. [Est onus pri-
mogeniti releuium Mastrill. decis. 112. n. 13.
nec vnquam fuisse practicum secundo ge-
nitos contribuere in releuio testatur Reg.
Tap. in decis. S.C. 14. nu. 21.] soluitur rele-
uium domino à successore in feudo ob re-
nouationem, & confirmationem inuestitu-
ra, & in signum deuotionis, ac reuerentia
2 Borrell. in summ. decis. tit. 38. n. 7. par. 1. rele-
uium duplicatum debetur fisco nisi fuerit
denunciata mors feudatarij, ut fuit decisum
annis elapsis in Regia Camera, & si feuda-
tario vendente feudum cum assensu Regio
per verbum fiat in memoriali expressum,
tradente possessionem, nec curante mortē
patris denunciare dummodo tempore mor-
tis feudum non sit in eius dominio, emptor
non teneatur ad duplicatum releuium, cū
sit onus haredis denunciare mortē, & hæc
in factis dictæ decisionis cernebantur, unde
fuit absolutus emptor à solutione releuij,
& quando venditor non denunciatur, bene
teneatur ad duplicatum releuium, ut dixit
Vrsill. in addit. ad Affr. decis. 129. num. 2. & si
3 ex iusta causa non denunciaretur mors, ces-
sabit omnis pœna, & demum ubi nō est cul-
pa, nec pœna esse debet venditor ad simplex
releuium tenetur, & emptor ad restitu-
endum venditori quidquid fuerit solutum cu-
rix in casu, quo voluerit feudum retinere
4 Ann. alleg. 95. Releuium tenetur soluere
etiam hæres, qui redemit feudum post mor-
tem feudatarij per eum in vita alienatum,
cum pacto retrouendendi, ut bis fuisse deci-
sum in Reg. Cam. refert Brecc. de subfeud. lib.
5 2. Author. 3. num. 114. Releuium debet etiam
solui per pupillum, ut pluries fuisse decisum
testatur Pres. Mormil. in suis singular. in-
constit.

consist. post mortem sub num. 8. fol. mibi 93.
Ricc. colicet. decis. 2041. alias citat decisiones
 & *Consiliar. Rou. in pragm. 2. §. item volumus, & mandamus nu. 4 de offic. procur. Ca-*
sar. vbi aliam refert decisionem. Releuium
 debetur etiam à patre refutante feudum,
 filio, cui ipse pater succedit iurè reuersionis
 per mortem filij, vt fuisse decifum testatur
Bambacar. in cap. si minori si de feud. defunct.
cont. & c. num. 21. & sequ. in causa Principis
 Bisiniani refutante feuda eius filio p. æmorte
 tuo cui successerat. Debetur pariter rele-
 uum Regiæ Camere ob donationem feudi
 inter viuos facta à patre filio ex aliqua cau-
 sa, cum clausula ex nunc tantum, vt refert
 fuisse decifum D. de Pont. in *prælu. feud.*
lect. 2. num. 53. & præcipue in Reg. Cam. sum.
 in causa Federici Tomacelli cum filio sub-
 dēs secus esse si donatio facta fuerit ex clau-
 sula ex nunc pro tunc, nam secuta morte
 non debetur releuium *Thor. in Compen. de-*
cis. par. 1. fol. 452. Releuium an sit inueni-
 dum propter onus vitæ, & militiæ, ita quod
 ab ipso releuio sit deducendum, quod sol-
 uitur pro ipsa vitæ, & militia, fuit decifum,
 quod non *Iacob. de Ayell. in tract. de iure*
Adhæc num. 48. in fin. Reg. de Pont. de potest.
proreg. tit. de assensu Reg. §. 4. nu. 30. [& ita
 decifum fuit pluries in Reg. Cam. vt videbis
 decreta in lib. notam. die 26. Iunij 1565. in
 releuio Ducis Andriæ, vbi idem fuit iudica-
 tum, & de vitæ militiæ, quæ debetur patruo
 feudatarii, & ita iudicatum in releuio prin-
 cipis Sulmonis referente Io. Fran. de Armi-
 nio rationale die 6. Octobris 1569. & ita
 fuit sæpius iudicatum, quoad alias expensas,
 quæ fiunt pro custodia Castris. *Reg. Moles in*
rubr. de iur. releu. q. x. Debetur et per mor-
 tem Comitum nedum pro suis Castris, sed
 etiam pro subfeudatariis suis, quibus fuerunt
 alienata multa Castra, vt in causa Principis
 Salerni refert *Ayell. in dict. tract. de iure*
ad hæc num. 85. non debetur ex feudo do-
 nato alteri cum assensu reſeruato vſuſuſu
 donati morte concedentis ſequuta, cū ſeu-
 datarius veniret ad feudum ex contractu,
 & non ex ſucceſſione, vt fuiſſe decifum in
 Regia Cam. in occurrenti caſu refert *Frecc.*
de ſubfeud. lib. 2. Author. 3. num. 17. de Pont.
de potest. proreg. tit. 8. §. 4. num. 3. vbi in fine
 refert fuiſſe decifum, & tradit aliam limita-
 tionem, ex bonis feudalibus donatis con-
 templatione matrimonij, & hoc in cauſa
 Principis Melſæ, & in cauſa Comitiffino-
 polis: Sed quando in eſſet reſeruatio in do-
 natione alicuius quantitatis, fuit decifum
 in Regia Camera in cauſa Ducis Magdalo-
 ni, qui poſt reſutationem ducatorum centū

mille, quos donauerat Eccleſiæ Sanctæ Ma-
 riæ Annunciatæ, eſſe ſoluendum releuium
 pro medietate, id eſt quarta parte introi-
 tum, teſte *Molſes in conſuet. Neap. par. 3. q.*
 13 8. num. 7. Feudatarius non tenetur ſoluere
 releuium, ſi eodē anno fuit impoſita adhæc
 & ipſe ſoluerit adhæc, vt fuiſſe decifum in
 Regia Cam. ſumm. refert *Frecc. de ſubfeud.*
lib. 2. author. 3. num. 26. Paſchal. de vir. patr.
 14 potest. par. 4. cap. 1. num. 14. Nec debetur de
 annua prouiſione fructuum feudi per mor-
 tem illius, cui erat facta cōceſſio prouiſio-
 nis, vt fuiſſe decifum refert *Ayell. in tract. de*
 15 iur. ad hæc num. 164. quia erat facta mentio
 de feudo, nec eſt ſoluendum releuium à Vaſ-
 ſallo. refutante omnia feuda non in fraudē,
 ſed ob matrimonium contrahendū, ſed be-
 ne debet ſolui per mortem illius, cui facta
 eſt reſutatio, vt fuiſſe decifum in Collatera-
 li Conſilio facto verbo per Regiam Came-
 16 ram refert *Ann. ſing. 568.* An debeat rele-
 uum deductis oneribus vide *Maſtrill. decis.*
 17 112. Releuium debetur ſi mortuo feudata-
 rio, qui tenebat feudum emptum cum pa-
 cto retrouendendi venditor virtute pacti
 reemit feudum ab hærede *Nouar. in q. Fo-*
renſ. 74. num. 5.

Num. 7. contrarium) vide decisiones re-
 latas ſuper hoc per *Annib. Moles in ſuo*
tract. manuſcripto de Regal. Reg. Neap. in
Rubr. de iur. releu. q. 6. ſed ſecundum decifum
 18 *Auctoris fuit iudicatum in S. C. referente*
Reg. Conſiliar. Angulo in cauſa Illuſt. Ma-
rchionis Cuſani cum multiplico de Pauſe die
 14. Maij 1626. in banca de Ferrarijs pñc de
 Simeone. [feudo reſutato quando, & qua-
 liter debeat releuium vide eandem D. Mo-
 les in q. 13.

Num. 10. Andr.) Animaduertendum eſt,
 19 ſi ſit feudum ruſticum, aut nobile, ex feudo
 enim ruſtico non acquiritur nobilitas, & ſic
 dignitas, & ita quendam fuiſſe condemnatū
 ad Regias triremes non obſtante conceſ-
 ſione feudi ruſtici conceſſa ab Illuſt. Prin-
 cipe Biſiniani, & fuiſſe decifum refert *Reges*
de Curt. in ſuo diuerſ. feud. par. 1. n. 4. ex ſeu-
 do vero nobili omnes dicunt acquiri nobi-
 litatē, & hoc ex tenore inueſtituræ cogno-
 ſcitur ſi dominus dicit, quod inueſtit vaſallū
 in feudum nobile, & gentile, & hæc verba
 videntur appoſita ad fauorem Vaſalli, non
 rei feudalis, cum res propter perſonas di-
 cantur, & hoc modo dicitur nobilis *Tirg.*
 21 *quall. de nobilit. cap. 7. num. 4.* ac eo magis
 baro nobilitatur ſi habet vaſallos vna inſi-
 mul cum iuriſdictione annexa, imo ſi vaſal-
 li ſunt nobiles, & nobiliores, & nō fiat mo-
 dici, ſed numero multo baro vocatur no-
 bilior

- biliior *Capic. decis. 27. num. 21.* feudum nobili-
 22 le quaternatum debet esse, vt quis nobili-
 tectur *Consiliat. Georg. in lect. feud. ca. 7.* Ha-
 23 bés feudum nobile quaternatum annui va-
 loris vnc. 20. assistit in parlamento procerū,
 & Magnatum, & dat vocem cum aliis Ba-
 ronibus Regni *Paschal. de vir. patr. potest.*
 24 par. 4. cap. 2. num. 42. Baronalis dignitas re-
 galis est quotiescūque baro habuit terram
 sub titulo baroniæ *Cahed. decis. Lusit. 104.*
 25 *Capiblan. in rubr. de Baron. num. 13.* Fauo-
 res, & beneficia quibus decorantur tam in
 iudiciis, quam extra barones, & alii titulati
 recenset *Mastrill. in tract. de magistr. lib. 4.*
 26 cap. 13. Licet M. C. sit iudex competens ba-
 ronum, non tamen possunt carcerari, nisi
 consulto Prorege, quod obseruatur etiam
 cum officialibus maioribus vti præsidibus
 prouinciarum, & auditoribus, nam prius
 referri debet Proregi, antequam M. C. pro-
 cedat ad carcerationem *de Pont. de potest.*
Proreg. tit. de assens. §. 7. dicuntur barones
 officiales Regii perpetui magistratus, & or-
 dinarii, ita quod offendēs eos dicitur offen-
 27 dere Regium ministrum, & non potest gau-
 dere indultu *Mastrill. diē lib. 4. cap. 15.* *Ca-
 piblan. in rubr. de baron. num. 56.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Morti proximus habetur pro mortuo.
- 2 Sententia ad fauorem mortui est nulla.
- 3 Valet sententia contra mortuum, fauore Ec-
clesiæ, aut libertatis, & generaliter quando
valida sit sententia contra mortuum.
- 4 Sententia lata contra Prelatum Ecclesiæ
mortuum, non dicitur nulla.
- 5 Mortuo eo, cum quo incepta fuit lis, tran-
sfertur iudicium in heredem, ubi qualiter
exequatur sententia contra heredes, mor-
tuo reo condemnato.
- 6 Citato debitore absente, aut infirmo, quid ser-
uetur in M. C. V.
- 7 Instrumentum non liquidatur existente
creditore infirmo.
- 8 Instrumentum qualiter liquidetur per cre-
ditorem carceratum.
- 9 Instrumentum, vt liquidetur à cessionario,
an requiratur etiam presentia cedentis.
- 10 Instrumentum non potest cōtra prodigum
liquidari via ritus,
- 11 Instrumentum an possit liquidari per ins-
tātem cum eius tutore,
- 12 Instrumentum cuiusvis non recipientis ius-

- ramentum de facie ad faciem (excepto hu-
rede) non liquidatur.
- 13 Liquidatio instrumenti facta contra eum,
qui eodem die decessit, est nulla.
 - 14 Contumax non dicitur, qui non tenetur cō-
parere, & contra eum non currit perem-
ptorium.
 - 15 Ritus 266. & 267. declaratur.
 - 16 Infirmitas non potens comparere, quando te-
neatur mittere excusatorem, ad impediē-
dam liquidationem.
 - 17 Sententia lata contra mortuum, aut graui-
ter febricitantem est ipso iure nulla, etiam
Iudice ignorante.
 - 18 Morbo epileptico laborans est inhabilis ad
sacros ordines, & ad beneficia.
 - 19 Restitutio in integrum, nisi sit petita, non est
considerabilis.
 - 20 Hæres annullans sententiam latam contra
defunctum, an petat beneficia.
 - 21 Quanam exceptiones possint in promptu,
Curia sedente, opponi, ad impediendam li-
quidationem, & qua dicatur probatio pro-
rupta.
 - 22 Testes per debitorem producti ad probandā
satisfactionem, possunt in banca recipi post
presentationem instrumenti.
 - 23 Creditor replicans aduersus promptuariam
probationem debitoris, non est audiendus
nisi dato termino.
 - 24 Liquidatio instrumenti, an impediatur ex-
ceptione compensationis, & quid in excep-
tione non numerata pecunia, & in excep-
tione rei non tradita.
 - 25 Exceptio falsitatis quomodo probetur, & an
impediat liquidationem instrumenti, ubi
latē de alijs exceptionibus.
 - 26 Exceptiones ad impediendam instrumenti
liquidationem quando debeāt fieri à prin-
cipalibus, & quando à procuratoribus.

AD DECIS. IX.

- 1 **N** Vm. 3. Doct.) In extremis laborās
aut de proximo moriēs p mor-
tuo iudicatur *Gratian. discept. Fo-
ren. 711. n. 4. tom. 4.*
Ibidem concordat) adde *D. de Franc. de-
cis. 245. num. 2. Cornax. decis. Lucen. 145 n. 4.*
 2 etiam si esset ad fauorem mortui sententia
est nulla *Polid Rip. sing. obser. 23. Verall. de-
cis. 140. lib. 3.* valet sententia contra mortuū
fauore libertatis, & Ecclesiæ fauore, & vti-
litate *Verall. in diē. decis.* contra mortuum
lata, quando valida sit vide *Castill. decis. 6a.*
 4 *Mastrill. decis. 137.* Lata contra Prelatum
Ecclesiæ mortuum non dicitur nulla *Rouit.
in pragm. 5. num. 31. de offic. Sac. Reg. Conf.*
 Quan-

- 5 Quando lis est cepta cum defuncto, qui, ea nondum finita, moritur, tunc proceditur translato iudicio in hæredem *Barz. dec. Bonon. 48. num. 23.* & qualiter concipiatur sententia lite contextata cum defuncto *vide Borrell. in summ. decis. tit. 30. nu. 386. & seq. tom. 2.* & qualiter exequatur sententia contra hæredes mortuo reo condemnato *vide D. de Franch. decis. 199. & 405. Borrell. cons. 90. cent. 1.*
- 6 Num. 6. imputari) Quid seruetur in practica, quando citatur super tenore instrumenti in M.C.V. debitor absens, qui reperitur infirmus, & quid in Civitate *vide Borrell. in summ. decis. tit. de Instrum. liquidat. num. 65. par. 2. Galter. in prax. Instrum. in 3. par. princ. rubr. 6. num. 4.* Non liquidabitur instrumentum existente creditore infirmo *Franc. Ant. de Iudic. Robert in prax. liquidat. Instr. consider. 4. num. 6. de Franch. decis. 676.* ubi ait fuisse conclusum in S.C. quod ob infirmitatem creditoris non debet iudex accedere ad domum eius pro facienda liquidatione, ea ratione, quia domus creditoris non est locus iudicii assignatus, in quo fuit citatus, & ad illius domum non tenetur ire ad opponendum suas exceptiones *Verall. decis. 274. num. 4. lib. 3.* Qualiter liquidetur per creditorem carceratum *vide Robert in præcit. consider. 4. num. 25. Thor. in compend. decis. par. 1. fol. 223.* Et quomodo liquidatur instrumentum per cessionarium, & si requiratur præsentia amborum videlicet cedentis, & cessionarii *vide Viscon. ad decis. de Franc. 353.* Contra prodigum non potest liquidari instrumentum via rit. etiam quod instrumentum fuerit celebratum ante interdictam administrationem *de Franch. decis. 672. Camill. de Medic. cons. 39. Paul. Staib. cons. 30.* & si contrarium voluerit *Rouit. in pragmat. 4. num. 17. de instrum. liquid.* An possit instrumentum per infantem cum eis tutore liquidari *vide Pulver. in addit. ad dict. Rit. in 3. tomo D. Tap. fol. 239.* instrumentum ad instantiam creditoris legatarii, vel cuiusvis non recipientis iuramentum de facie ad faciem (excepto hærede) non liquidabitur *Cara rit. 178. num. 11.*
- 13 Num. 5. condemnatio) liquidatio instrumenti, etiam si facta fuisset in illa die in qua moribundus decessit uti nulla reuocatur non obstantibus fundamentis adductis per Auditorum, primum non infringit conclusionem, licet cōcurrat iustitia liquidationis, eo quia deficit persona citati, quæ uti infirma morbo graui, non tenetur comparere, ut in sumario *dicta l. 1. quesitum notat Bart. ibidem.*
- 14 & qui comparere non tenetur nequaquam efficitur contumax si non comparuit, cum ille, qui non arctatur comparere non poterit dici contumax *Surd. decis. 28. num. 7.* & contra illum, qui contumax fieri nequit non currit peremptorium, & sine peremptorio, citatio nulla iudicatur *Robert in præcit. q. 4. num. 30. & 31.* ideo Iudex procedendo ad liquidationem contra non citatum, aut citatum, & comparere non obligatum, indubite, nulliter, & iniuste agit, & sic quo ad hanc partem liquidatio esset nulla, & pro non facta iudicaretur, Secundum *fundam. non obstat, quia rit. 266. & 267.* nequaquam dicunt requiri excusatorem infirmitatis, sed tantum dicunt posse mitti excusatorem per absentem, vel infirmum, idcirco dispositio *d. l. 1. quesitum* non infringitur per rit. 15 missio autem excusatoris requiritur quando causa liquidationis esset incepta, ut *Ias. & ceteri DD. probant in l. 2. §. si quis in iudicio ff. si quis caut.* & post inceptam superueuisset infirmitas, nam tunc requireretur excusatio, & infirmitatis allegatio. Tertium *fundam.* etiam tollitur, nam DD. citati per auctorem admittunt sententiam dici nulla etiam ignorante iudice, sed non ipso iure, secundò, & fortius, nam sententia lata contra mortuum dicitur ipso iure nulla, etiam iudice ignorante *de Franc. decis. 245. & Bart. ac alij in dicta l. 1. quesitum* dicunt reum iulle impeditum, non teneri mittere excusatorem, ideo si excusator in allegatione iusti impedimenti de iure non requiritur, merito scientiam iudicis de impedimento non requiri est firmandum, quia si hoc in casu esset necessaria scientia, frustra daretur privilegium infirmo, ut non teneatur allegare infirmitatem argumento eorum, quæ in his terminis docet *Io. Andr. ad specul. tit. de procur. §. ratione quoque in fin.* imò magis gravaretur si oporteret iudicis scientiam deducere de suo impedimento, ad quam inducendam fuit inuenta allegatio impedimenti: ideo ubi quis allegatione immunis fit, & immunis reputari debet super probatione eius, quod allegare non tenebatur. Quartum, & vltimū fundamentum tollitur etiam faciliore resolutione, nam si verum sit in obligatione dandi, & sic in promissione certæ quantitatis non committi moram, non per hoc contra impeditum hoc iusto impedimento licet morosum dari poterit sententia, aut decretum, eo quod nulliter fertur sententia contra sebricitantem grauiter, licet mora committatur, quia actio non denegetur, sed condemnatio, aut quolibet aliud iudicium, per modum decreti durante impedimento *dicta l. 1. quesitum, tex. enim ille annullat pronuntia iudicis,*

iudicio, non autem impedit commissionem more.

18 Num. 7. de elect.) Morbus epilepticus est nimis turpis, & flagitiosus atque illo laborans est inhabilis ad ordines sacros. *Verall. decis. Rot. 48. num. 3. & 238. num. 3. par. 2. & nec eligi, nec postulari potest, quia est inhabilis ad beneficia Paris. lib. de resignat. benef. cap. 6. num. 105. & saltem per annum curatum esse requiritur, ut non repellatur Mandos. in tract. de casib. Annal. num. 87. cap. 1. 7. quast. 2.*

19 Num. 18. Abb.) nisi sit petita non est considerabilis Couar. var. resol. lib. 1. cap. 3.

20 num. 5. hares sententiam contra defunctum statim annullans, an beneficia petat vide Imbrian. in tract. de 1. & 2. benef. consider. 9. n. 104. & sequ.

21 Num. 21. probantur) exceptiones, quae possint in promptu curia sedente opponi, & probari ad impediendam liquidationem reasumit Frecc. de praesent. instrum. par. 9. q. 7. Rouit. in rubr. de instrum. liquidat. num. 30. & sequ. Robert. in prax. liquid. consider. 4. n. 52. Galter. in prax. instrum. 2. par. 3. & ultim. par. princ. num. 27. & quae dicatur probatio proptuaria vide Frecc. in d. tract.

22 par. 16. q. 1. hinc testes, qui per debitorem ad probandum satisfactionem producuntur possunt recipi etiam post instrumenti presentationem, sed in banca tantum D. de Boff. in addit. ad rit. 166. fol. 241. in opere D. Tap. & recipiuntur, quoad satisfactionem tantum & isti testes, qui de satisfactione deponunt requiruntur, ut ad illum actum sint rogati, nec sufficit, ut propter aliud opus secundum D. Boff. loco cit. num. 30. ubi quotidianum reputat, licet aliae exceptiones opponantur in promptu, & ita fuit iudicatum per M. C. V. de anno 1612. & confirmatum in S. C. videatur in pulcro casu Thor. in compen. decis.

23 par. 1. fol. 275. Verum creditor, qui vult replicare aduersus probationem promptuariam debitoris non est audiendus, sed ordinariè dato termino audiri, & agere debet, quia dict. rit. 166. non concedit illam nisi debitori ad tollendum illius rigorem, ut euitet carceres, ita ostendit Rober. in dict. consider. 4. num. 54. Gait. in tract. de credit. cap. 3. tit. 1.

24 num. 166. an instrumenti liquidationem compensationis exceptio impediatur vide Viscont. in conclus. sur. verb. debitor, quid de exceptione non numerata pecuniae late Paschal. de vir. patr. potest. cap. 8. num. 82. & sequ. quid in exceptione rei non tradita, vel non libera Dec. conf. 119. & an tunc non operetur clausula constituti, & precarii, ut possit 25 liquidari Gum. decis. Luff. 239. an petita de-

positio principalis impediatur liquidationem quid in exceptione falsitatis, & de modo illam probandi Bal. in l. in exercendis C. de fals. de instrum. pugnat. in pragmat. 4. num. 40. & fals. quid si opponatur exceptio pluralitatis personarum, & producitur fides, vel alia probatio in promptu ex qua constat reperiri alium maxime in eodem loco eiusdem nominis, & cognominis, dicas, quod non solum impeditur liquidatio, sed executio, ut fuit obtentum facto verbo in S. C. pro Salvatore Vallone, quod capiatur informatio circa identitatem personae, & interim supersedeatur in exequendo ad relationem Consiliar. Io. Bapt. Melior. de anno 1640. quid in exceptione litis pendente super occasione bonorum Brun. in tract. de cess. bon. q. 12. princ. vel super rescissione eiusdem instrumenti, puta coram Episcopo de usura Angel. in l. 4. §. totidemnum ff. de re iudic. vel coram arbitris vigore compromissi facti servata forma statuti circa contenta in instrumento, quod liquidari petitur, quod tunc impediri possit liquidatio, refert decusum Thor. in comp. dec. vers. instrumentum liquidari an possit par. 1. & oppositio dictarum exceptionum debet fieri à principalibus, & quando à procuratoribus, Mustat. in prax. S. C. gloss. exceptiones par. 2. vers. an exceptiones.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Doctor sola dignitate Doctoratus dicitur nobilis accidentaliter.
- 2 Quando preferatur nobili genere nato.
- 3 An sit immunitas onere guardia, & hospitalitatis militum in sua domo.
- 4 Non potest renunciare privilegijs Doctoratus.
- 5 Popularibus diuitibus, & personis honestioribus non infliguntur poenae ignominiosae.
- 6 Nobiles tam in impositione, quam in executione poenae mitius puniuntur.
- 7 In crimine falsi non habetur ratio nobilitatis.
- 8 Nobiles dicuntur esse in dignitate, & qui sunt effectus nobilitatis remissius.
- 9 Nobilitas sanguinis non amittitur pro contrariis actus: secus est de nobilitate accidentali.
- 10 Nobilitas fratris an transeat in fratrem.
- 11 Nobilitas in uno loco non est nobilitas in alio.

Nobilis

- 12 Nobilis vnius sedilis non debet habere suffragia in alio.
- 13 Nobilitas quibus modis probetur.
- 14 Lite pendente super nobilitate, an qui seobilem esse contendit sit manutenendus in possessione.
- 15 Filiorum nobilitate parentes honestantur.
- 16 Mulieris nobilitas obumbratur si nubat viro ignobili, nisi sit in maxima nobilitate constituta.
- 17 Quid quoad ea, qua sunt praiudicialia suo honori.
- 18 Quid si maritus sit diues.
- 19 Agricultura non est ars mechanica, ideo nobilis illam exercens non amittit nobilitatem.

AD. DECIS. X.

- N** Vm. 2. vulgatissimis) Adde Vin. in Sylu. com. opin. 197. de Franc. decis. 504. nu. 3. Maxill. in consuet. Bar. fol. 54. num. 17. Maran. conf. 25. num. 20. & ex doctorum scientia mūdus illuminatur, & nisi essent in tenebris essent Gramm. vot. 1. num. 9. & 10. doctor sola ratione dignitatis doctoratus nobilis accidentalis dicitur DD. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. quando pręfertur nobili genere nato vide Zappull in prafat prag. 5. nu. 67. & sequ. de administr. vniuer. Doctor non tenetur ad guardiam, siue custodiam Mut. in cap. Regn. Sicil. cap. 474. num. 2. tom. 5. non tenetur hospitari milites in domo sua Mangrell. ad Bart. in l. rescripto § sciendum ff. de muner. & honor. [tamen D. Reg. Moles in tit. de reg. fiscal. q. 7. decis. 7. testatur pro maiori parte Dominorum de Camera fuisse cōclusum Doctores Regni non debere gaudere hac immunitate hospitij, & ita alias fuisse obseruatum referente D. Berardino Sancta Cruce] non potest renunciare priuilegijs Doctoratus cum sint inducta favore publico, vt talis dignitas in honore habeatur Merlin. decis. lucen. 10. num. 4. & de prerogatiuis talis dignitatis vide, quę scribit Ricc. in collect. 1848. Gratian. discept. Forens. 186. tom. 1.
- 3 Num. 15. Bart.) popularibus diuitibus, & personis honestioribus non infliguntur pęnę ignominiosę Fab. An. conf. 34. num. 2. nec etiam filijs natis ex parētibus honestis, & diuitibus, donec nō peruenerint ad ætatem, vel exerceant artes viles Ricc. dec. 366. p. 2. nobiles à plebeis differunt in pęnis imponendis Pheb. decis. 18. num. 2. & 3.
 - 6 Nobiles, tam in impositione, quam in executione pęnę mitius puniuntur Ioseph. de

- Sesse decis. Arag. 11. num. 9. [Pheb. decis. Lib. sit. 18. nu. 2. & 3.] verum aliquando ob criminis immanitatem practicum fuit, vt et nobiles suspenderentur, & ad Regias trirames condemnarentur, vt refert de Pont. in tract. de potest. proreg. tit. de prouis. fieri solit. §. 2. nu. 1. & sequ. & in crimine falsi vb eius immanitatem nobilitatis ratio habenda non est Ricc. decis. 279. par. 2. nobiles clerici etsi non condemnentur ad pęnas ignominiosas, & viles pro delictis patratiss, secus si pro delictis Sanctę fidei Ricc. decis. 232. par. 9. [nobiles dicuntur esse in dignitate Magistrill. in tract. de magistr. lib. 2. cap. 8. num. 4.]
- 8 nobilitatis effectus, qui sint refert Caput in tract. de regim. Reipub. cap. 1. §. 1. Paschal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 2. num. 79. & sequ. nobilitas sanguinis non amittitur, nec pręiudicat filijs per contrarios actus gestos à patre, & nec pręiudicat patri si ad nobilium actus redierit Fab. Ann. confil. 17. num. 17. et sequ. accidentalis idest ex priuilegio in totū amittitur, & his relictis non renuiscit Caput. in pract. cap. 1. num. 22. nobilitas naturalis dicitur illa, quę provenit à maioribus, & dicitur ius sanguinis, & consequenter incommutabile l. ius agnationis ff. de pact. maiorum nobilitas æque principaliter, & eodem tempore omnibus competit de eodē genere Ann. in eod. conf. num. 46. an autem
 - 10 nobilitas fratris transeat in fratrem vide Bombin. conf. 71. Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 17. & cap. 37. num. 14. qui affirmant, quod si vnus frater probat antiquam sui generis nobilitatem, & tanquam à nobili stirpe descendens nobilis declaratur, tunc sententia in eius fauorem lata prodest etiā alteri fratri consanguineo ab eodem stirpe descendenti, si vero aliquis esset nouiter electus inter nobiles alicuius Ciuitatis, tunc eius nobilitas non porrigitur ad alium fratrem, nam priuilegium personale non egreditur personam l. 1. ff. de constit. princ. nec sequitur consequentia frater fuit aggregatus inter nobiles de sedili, ergo etiam alij fratres gaudere debent Ottalor. in tract. de nobil. 2. par. 3. princ. cap. 8. num. 5. & sequ. nam
 - 11 nobilis in vno loco non est nobilis in alio Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 10. & ita est intelligenda conclusio relata per Io. Vinc. Ann. in sing. 468. quod sententia lata in fauorem vnius fratris in sedilibus prodest alteri fratri consanguineo, qui testatur ita decisum fuisse in causa delli Pandoni, cum sedili Capuano per S. C. Doctores enim, quos allegat cum hac distinctione loquuntur, cui cōclusioni alia quoque declaratio adiicienda est, quod si quis petat se declarari nobilem tanquam

tanquam vnus de aliqua notoria familia Neapolitana, tunc eo ipso, quod constat eū esse de eadem familia admitti debet ad eodem honores, quibus gaudent ceteri omnes de eadem familia, si vero illa familia, nō est originarie Neapolitana, sed per allectionem reperitur ad aliquod Sedile aggregata, tunc licet aliquis probet, se esse de eadem familia, & tanquam nobilem gaudere in aliquibus huius Regni partibus, non tamen admittendus est ad honores illius Ciuitatis, nisi specificē probet se esse descendente ab eodem stipite illius, qui fuit primus aggregatus, quod in dubio non præsūmitur, vt plene probat, ac pluries fuisse decisum, refert *D. de Ponte in conf. 107. lib. 2.* [*Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 630.*] *Thor. in compen. decis. in vtr. nobilis probans fol. 357.* imō etiam nobilem vnus sedilis non debere habere suffragia in alio plenissime affirmat idem *de Pont. in conf. 108. eodem lib. 2.* maior pars nobilium sufficit in reintegrando, vel aggregando aliquem in sedili, prout fuit decisum iunctis aulis in *Coll. conf. in causa Mag. Fabritij Villani cum sedili Montanea anno 1570* licet hodie quando agitur de aggregando requiratur etiam cōsentus suæ Maiestatis, & quando agitur de reintegrando est prouisum, vt determinetur corā quinque Iudicibus Hispanis, vt est videre in literis productis in processu placidi de Sangro, ac illorum de Capano cum Sedili Nidi. Qui sint nobiles gaudentes, seu de Sedili, & nobiles non gaudentes, seu extra Sedile recurrendum est consuetudinibus locorum *Garf. de nobil. glos. 7. nu. 12.* Quibus modis probetur nobilitas vide *Viu. decis. 225. Marcell. Cala de modo artic. a num. 265 cum seq. fol. 94. Alphan. in Auth. si quis in aliquo num. 110. C. de eden.* an autem lite pendente super nobilitate, interim is qui se nobilem esse contendit sit in possessione manutenendus vide *Gutier. pract. quest. cap. 25.* communis est resolutio, quod si is, qui se nobilem esse prætendit in promptu præsente nobilitatis priuilegium in ea debet lite pendente manuteneri alias non *Didac. perez. lib. 4. ordinam. tit. 2. lib. 6 in glos. in verno embargante, que tuuiera pleytes fo. 798 col. 1. in princ.* & ita facta relatione per *Sac. Conf. in Collat. Conf. iudicatum fuit in causa Io. Leonardi Ripa cum nobilibus Ciuitatis Brundusij in banca Scaeciauenti de mense Ianuarij 1614. & de anno 1617. fuit pariter iudicatum per S. C. ad relationem Cōsiliar. Morra in causa Io. Vincentij Foti cum nobilibus huius fidelissimæ Ciuitatis Rhegij, & vide notata per *Auend. de exequem. mand.**

par. 1. cap. 19. num. 23. vers. 13. debet inspicere, qui dicit, quod si aduersus personas, quæ ad officia nobilium nominantur, opponatur, quod non sunt nobiles, inspicendum est an illa persona ante huiusmodi oppositionem reperitur in possessione nobilitatis, & tūc ea oppositione non obstante valet nominatio, & etiam lite pendente super quæstione nobilitatis manuteneri debet in possessione, in qua reperitur, & ad officia nobiliū admitti, si vero non reperitur in aliqua possessione, tunc admitti non debet, donec probet se nobilem, quam conclusionem plene confirmat *Fab. Anna conf. 94. lib. 2. qui n. 1. & 6.* affirmat, quoad constituendum aliquem in quasi possessione nobilitatis sufficit, quod reperitur descriptus in bussula, seu matricula, in qua alij nobiles describi consueverunt, [*& vide, quæ scribit Cabed. in dec. 73. par. 2.*]

Num. 14. Io. Raina. ex nobilitate filiorū aliquantulum parentes cohonestari pluribus iuribus, & rationibus approbat *Ant. Gamm. decis. Jusit. 112 Paschal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 2. n. 29.*

Num. 16 nobilitatem si mulier nobilis, nubet viro ignobili eius nobilitas obumbratur *Io. Lopez in rubr. de donat. int. vir & vxor. §. 31. num. 6. & in §. 32. nu. 1. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 9. tit. 28. de digni. defn. 17* quā ignobilitatem retinet mulier etiā post obitum viri, donec permanet in viduitate, vt testatur *Guid. Pap. decis. 349. & 380.* verū si vxor esset in maxima dignitate, vel nobilitate constituta, vt pote Comitissa, Ducissa, &c. ex quibus, quis nobilis efficitur, tunc non solum vxor non amittit nobilitatem, si plebeio nubat, sed ex eius splendore nobilis efficitur, maxime si ea dignitas fuerit data in dotem, quia tunc maritus ex radijs vxoris corruscat *Tiraquell. in tract. de nobil. cap. 18. num. 19. & seq. vide Mastrill. in tract. de Magistr. lib. 4. cap. 13. num. 20. cum plur. sequen. D. de Pont. in conf. 16. num. 23. & seq. lib. 2. & scēmina titulata nupta priuato facit ipsum titulum, vt de consuetudine seruari testatur *Reg. de Curt. in diuers. feud. §. sed vnde digressi num. 24. & sequ.* & fuit seruatum in personam D. Tiberij Carapha viri Marchionissæ Fufualdi, quæ in constantia dicti matrimonij fuit effecta Principissa Bisfiniani, & successiuē eius vir sic declaratus, & habitus etiam post mortē dicti Marchionissæ per *Collat. Conf. Thor. in Compend. decis. par. 1. ver. titulatū,* & sic in dies videtur, quod respectu feudorum vxori deuoluturum seminz quandoque nobilitant viros *Capiblan. in rubr. de Baron. num. 32.**

late

- lat. de Pont. de potest. proreg. tit. de decret. Col
 17 lat. Conf. §. 1. an. d. m. 16. cum sequ. mulier nobilis si nubat viro ignobili non amittit suam nobilitatem, quoad ea, quae sunt praedicta sua honori, ut declarat Azeved. in l. 9. lib. 2. rit. 1. num. 7. noua recopil. Gart. de Giron. de priuil. & exempt. explic. q. 63. num. 320.
 18 mulier nobilis non amittit nobilitatem ex eo, quod nubat inferiori, si est ille diues, & viuat opulenter Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 15. num. 55. tom. 2. si mulier contrahat cum viro rustico, & cultore agnorum amittat propriam nobilitatem, tamquam nubens plebeio. Resoluere poteris ex his, quae DD. tradunt circa quaestionem, si nobilis per illud exercitium agriculturae amittit nobilitatem, in qua communiter tenetur, & receptum est, quod non, quia haec ars non connumeratur, inter artes mechanicas Collat. in prag. frumen. cap. 2. num. 2. lib. 2. [etiam si mercede conductus agricola alienos agros colat Garci. in tract. de nobil. glos. prima §. primo num. 57 & 58.

- 13 Baro habens primas, & secundas causas, potest, pendente appellatione coram Iudice secundarum causarum, facere gratiam vasallo.
 14 Facultas aggratiandi est de regalibus, ideoque illam non habent Barones, nisi specialiter sit concessa in inuestitura.
 15 Gratiae, & compositiones sunt prohibitae absque partis remissione, nec possunt fieri salvo iure partis, aut sub conditione, quod obtineatur remissio intra certum tempus. Limitatur in indultibus generalibus num. 16.
 17 Abolitio generalis sit non potest habere effectum extinguendi delictum, saltem habeat effectum guidatici.
 18 Indultus debet verificari reo in vinculis constituto.
 19 Indultus non gaudet delinquens post promulgationem legis.
 20 Indulgendi facultate concessa, quae delicta non includantur.

Didac. de Mari.

AD DECIS. XI.



SV M MARI V M.

- 1 Accusatore desistente ab accusatione, potest Curia ex officio procedere.
 2 Accusator desistens ab accusatione, an condemnatur ad expensas.
 3 Pactum in remissione appositum, quod inquisitus non accedat ad patriam offensam, an valeat. Et an ex contrauentione huius pacti delictum per gratiam extinctum, reuiuiscat. num. 5.
 4 Modus quid differat à conditione.
 5 Guidatus sub conditione, quod non accedat ad locum delicti, si contrauenerit, qualiter excusetur.
 6 Guidati delinquentes sub guidatico, an, & quando priuentur guidatico.
 7 Guidatus, guidatico non obstante captus, reponendus est in pristinam libertatem, etiam si Iudex potestatem guidandi non habuerit.
 8 Guidatum occidens, quia ignorabat saluoconductum, punitur extraordinarie.
 9 Frangens saluoconductum, punitur laes. Maiestatis.
 10 Guidatus repertus cum foras citis non guidatis, potest occidi.
 11 Baro an habeat facultatem faciendi guidaticum, vel etiam aggratiandi foriudicatum.

- 1 N Vm. 3. Bal.) sed & si accusator desistat ab accusatione, potest Curia ipsa ex officio in causa ad ulteriora procedere l. monente, G. de dilat. lib. 10. ubi Io. de Plat. num. 2. ampliat istud procedere, siue desistat voluntarie, ut quia moriatur, vel absens sit Caraueri. 233. num. 14. si sumus in eo delicto, in quo alias absque querela ex officio procedi non posset Camp. in cap. ad consultationem num. 20. an desistens condemnatur ad expensas vide Baiard. ad Clar. q. 58. num. 15. Cauale. de Brach. Reg. par. 5. sub num. 48. de accusat. vide, quae scribit D. Reg. Tap. sup. iur. regn. tom. 5. ad constit. praesenti lege sancimus.
 3 Num. 12. Sacrum) an valeat pactum in remissione appositum, quod inquisitus per tot annos non accedat ad patriam offensam sub certa poena, hunc articulum plene explicant Viu. in comm. opin. 574. lib. 2. Farin. in tit. de var. & diuers. crim. q. 107. in 2. par. art. 20. num. 162. cum sequ. Orlau. Vulpell. in tract. de pace q. 55. Amejc. in tract. de potest. in seips. lib. 2. cap. 18. num. 19. & sequ. Mastrill. in tract. de indult. cap. 24. num. 18. & sequ. Ro. uit. meris. Pras. & Consiliar. in Pragm. 8. num. 8. & 16. de composit. Thor. in Compen. decis. ver. remissio delicti Ricc. collect. decis. 2080. Viscont. in suis conclus. iur. ver. remissio, siue pax. Quorum magis communis resolutio est validum esse hoc pactum ad tempus, non autem in perpetuum, licet Amejc. in cit.

in cit. loco, contra omnium opinionem fuerit ausus affirmare, quod etiam si perpetuum sit debeat obseruari, sed eius argumentis optime respondet *Doctiss. Rouit. in pract. loco*, qui non solum fundamentis solidissimis, sed copioso numero doctorum hanc conclusionem plene confirmat. An in casu, quo huiusmodi pactum esset ad certum tempus limitatum, & apposita poena in casu contrauentionis, vel dati fideiussores, si contigat postea reperiri cadaver ipsius inquisiti in loco, ad quem erat prohibitus accessus censeatur poena stipulatio commissa, dicas poenam non deberi, nisi constet, quod ipse uiuus, & volens illuc accesserit *Argum. tex. in l. 2. §. si quis, & §. fin. ff. si quis caut.* nam non sequitur necessaria consequentia fuit inuentum corpus in loco prohibito, ergo ibidem fuit homo ille occisus, potuit enim alibi occidi, & illuc ab inimicis alportari, ut ex notat. per *Affl. in Consil. Regn. si damna clandestina num. 21. refert Salern. ad Napod. in probem. consuet. num. 332. in addit. incip. nota etiam vers. & pone fol. mibi 42.*

Num. 22. *Bart.* adde *Gratian. decis. 153. num. 18.* modus, quid differat à conditione vide *Decian. resp. 8. num. 56. vol. 1. Rou. conf. 64. num. 11. & qualiter agnoscantur inter se Maur. alleg. 71. nu. 3. par. 2. in egressu æquiparantur, sed differunt in principio Camill. de Medic. conf. 120. num. 2. Fab. Anna. conf. 81. num. 15. & 16. & in contractibus innotatis æquiparantur addit. ad *Salic. in l. 1. C. de his, qui sub modo.**

Num. 23. quare ex his, vide *D. Rouit. in Prag. 1. de Guidat. sub num. 18.* clausula apposita in remissione partis offensæ, dummodo non accedat ad locum habitationis partis aduersæ, de iure non potest operari, ut in casu contrauentionis delictum illud semel extinctum per gratiam, iterum reuiuiscat, non hoc non sit permissum nondum priuatis, sed nec etiam Iudici Principe inferiori *Gamm. decis. 63. & 368. Cancer. lib. 2. var. resol. quod erit secus in gratia facta à Principe Rouit. in prad. pragmat. num. 48. an concessa reo gratia, ita quod non accederet ad Ciuitatem Neapol. per triginta miliaria, si in Ciuitatis eiusdem lixtore captus ille fuerit ultimi supplicii poenam pro modo culpæ pati deberet vide Rou. in pract. pragmat. 1. à num. 10. Paschal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 3. num. 21. & sequa. Guidatus sub conditione, ita quod non accedat ad locum delicti, & miliaria tria circum circa si contrauerit, quibus ex causis excusetur vide *Giurb. conf. 81. Nouar. quest. Forens. 28.* Guidaticus concessus delinquenti per certum tempus, ut*

non possit capi, vel offendi cum conditione ne in Ciuitate moretur, nec accederet ad locum partium offensarum, ut fieri soles, an si fuerit captus in Castro Ciuitatis gaudere debeat guidatico; relata causa in Regia audientia Calabr. fuit communi voto decisum non posse gaudere, nec posse dari locum restitutioni pristinae libertatis, quam delinquens petierat, quoniam bannitus à Castro censetur pariter bannitus à Ciuitate ei adiacenti *Tbor. in Comp. decis. ver. guidaticus par. 1.* Guidati delinquentes sub guidatico, an, & quando priuentur guidatico vide *Capblanc. in prag. 6. num. 165. de Baron.* [Guidatus si guidatico non obstante fuerit captus in pristinam libertatem reponendus est *Franc. decis. 258. 415. & 673.* Licet guidandi potestatem non habuerit iudex *Cauale. de brach. Reg. par. 2. num. 317.* ut difficilis sit persecutio *Cauale. decis. prima num. 45. par. prima.* Et vide, quæ nouiss. scribit *D. Reg. Tap. in decis. Sac. conf. 21.*] Guidatus si occidatur, quia erat foriudicatus, & vere ignorabatur saluus conductus, punietur occidens extraordinarie *Mastrill. de indul. quest. 43.* sed si dolose fiat punietur de homicidio, quia stat sub protectione Regia, & frangens saluum conductum superioris læsæ Maiestatis crimine punietur *Farin. quest. 29.* guidatus repertus cum forasceitis non guidatis, potest occidi *Io. Grand. de bello exul. fol. 155.* Baro an saluiconductus, & guidatici faciendi facultatem habeat vide *D. de Pont. de potest. proreg. tit. de prouis. fier. solit. §. 4. num. 53. & sequa. & quid in exiliatis, & confinatis Nouar. quest. forens. 137. num. 12.* an possit gratiare foriudicatum vide *Rouit. in pragmat. 5. num. 9. tit. de abolit.* Baro habes primas, & secundas causas pendente appellatione coram iudice secundarum causarum potest facere gratiam Valallo, præuia tamen partis remissione præcedente, de *Fræc. decis. 370. Catalan. de indul. quest. 4. num. 15. Mastrill. de Magistr. tom. 2. lib. 4. cap. 16. nu. 100.* & hanc facultatem aggratiandi non habent barones, nisi in inuestitura specialiter talis facultas esset concessa *Menoch. de arbitr. iudic. quest. 92. num. 7.* quia cum talis facultas sit de reseruatis Principi non venit in generali concessione regalium *decis. Pedem. 101. num. 3.* gratiæ, & compositiones sunt prohibita non præcedente partis remissione de *Pont. in pract. §. 4. n. 9. late sessè dec. Aragon. 178.* nec fieri possunt saluo iure partis, & per S. C. fuit reuocata, quædam compositio sic facta saluo iure partis, ut refert *Tbor. in Comp. decis. par. 1. ver. compositio.* Prorex gratiam indulgere non potest non.

C

præce-

præcedente partis remissione obtinenda, tamen infra certum tempus nulla existente publica causa, & eam concedendo male agit, nec Rex consuevit remittere, & indulgentiam facere, nisi parte cõcordata, vel facta pace *Paris. de Put. in tract. de fndie. verbo compositio sub num. 6. vers. nam* 16 *etiam*. Est tamen verum, quod in generalibus indultis expressum reperitur, quod si infra sex menses inquisiti obtinuerint remissiones à partibus offensis, gaudere debeant generali indultu, ut demonstratur in *prag. 11. & 12. de abolit.* ita & taliter, quod indultus esse eatenus sortitur effectum, quatenus à parte offensa remissio facta fuerit in tempore, sed hoc factum apparet à Rege legitima subsistente causa, & ante omnia, ut de delicto constet *Larath. conf. 109. num. 49.* vigore cuius generalis indultus, & abolitionis, quoad penas pecuniarias debitas fisco, constitutum, & per Regem facta moderatio est respectu vasallorum demanialium, dummodo pena multa, vel condemnatio realiter exacta, incorporata assignata, acceptata, vel composita non sit, vel aliter per ea cautum: & quo ad barones dictum est indulgentiam comprehendere eorum vasallos, exceptis casibus, in quibus de pena pecuniaria tractari contigerit, & vide *D. Reg. Constan. in l. 1. a num. 87. C. de pen. fiscal. lib.*

17 10. abolitio generalis si non potest habere effectum extinguendi delictum, saltem habebit effectum guidatici *Peguer. decis. 39.* indultus debet verificari reo in vinculis constituto *Laurent. decis. Auen. 47.* indultu non gaudet delinquens post promulgationem legis *Mart. decis. 143.* [indulgendi facultate concessa, quæ delicta non includatur declarat *Giurb. conf. 40. num. 4.* hinc est, quod Excell. huius Regni Prorex pro vrgenti, & publica causa, ut puta belli non indulget nisi prius habuerit relationem de qualitate delicti, & an sit de exceptis, & postmodum mandat, quod inquisitus seruiat Sux Maier statim in illa occasione per annos tot, & deficiente bello stet ordinibus ipsius Excell. Domini, quo tempore completo gaudet indulto, promittit insuper inquisitus penes acta officij scribere portionis, & se obligare, sub pena ultimi supplicij continuare dictum seruitium militare per dictum tempus, nec accedere etiam finito dicto seruitio ad loca, ubi degunt partes offensæ, donec, & quousque partium remissiones obtinuerit,

Didac. de Mari.

- 1 Quæ solemnia sint adimplenda per tutores.
- 2 Quibus penis puniatur tutor, vel curator ob non confessionem inuentarij, vel libri rationum.
- 3 Tutor pecuniam pupillarem in libro non apponens, est in dolo, & presumitur cum ea locupletatus.
- 4 Processus factus cum matre tutrice ante confessionem inuentarij, an valeat.
- 5 Mater tutrix, an, & quando recte admittatur ad iuramentum, & an sufficiat si admittatur ad iuramentum cautionem.
- 6 Sententia indiuidua, an pro parte valeat, vel sit nulla.
- 7 Nullitas respectu non citatorum, an procedat etiam respectu citatorum.
- 8 Causa indiuidua quanam sint.
- 9 Utile per inutile, an, & quando vitietur in contractibus.
- 10 Appellatio interposita, quoad unum caput sententia deuoluitur, quoad alia capita separata.
- 11 Laudum non potest in quibusdam capitibus acceptari, & in alijs recusari, & est ultro citroque obligatorium ex utraque parte.
- 12 Heredes, an teneatur insolidum pro debito defuncti.
- 13 Heredes plures vnius emphyteute, an possint diuidere emphyteusim inter se.
- 14 Actio hypothecaria, an sit diuidua, vel indiuidua.
- 15 Hypothecaria, an competat in solidum contra unum ex heredibus, apud quem pars rei censualis reperitur, an verò contra omnes cohæredes pro suis portionibus.

AD DECIS. XII.

- 1 **N** Vm. 1 de admin. tut.) vide Ricc. in collect. 1211. & quæ solemnia sint adimplenda per tutores referunt Mancin. in tract. de tutel. 3. quest. 3. q. princ. Gutier. par. 2. cap. 1 Galter. in prax. tutel. par. 1. rubr. 4. quibus penis mulctetur tutor, vel curator ob non confessionem inuentarij, vel libri rationem vide 3 Staiban. consil. 89. num. 9 tutor pecuniam pupillarem in inuentario non apponens, est in dolo, & presumitur cum ea locupletatus, & male versatus *Borrell. cons. 31. num. 59.*
- 4 an processus factus cum matre tutrice ante confessionem inuentarij valeat vide *Gratian. discept. Forens. cap. 28.* an sufficiat si mater tutrix admittatur ad iuramentum cautionem *Thesaur. iuu. quest. 21. par. 2.* mater filijs tutrix relicta, an recte, & quando

- quando administret *vide Borrell.conf. 95.*
- 6 Num. 2. Doñor.) vide, quz plena manu scribit *Camill. larath.conf. 7.* sententia indiuidua, an pro parte valeat, vel nulla sit *Borrell. in summ. decis. tit. 30. à num. 318 vsque*
- 7 ad num. 321. par. 2. nullitas respectu non cicatorum, an procedat etiam respectu cicatorum *vide Ric. in collect. decis. 314. par. 7.*
- 8 causz indiuiduz, quz dicantur refert *Capiblanco in prag. 8. par. 2. à num. 198. de Baron. Ibidem Bart.) adde Ric. in collect. 1246.*
- 9 par. 4. lallong. racemat 73. vtile per inutile in contractibus, an vitietur, & quando *Gratian. discept. Forens. 162. Loffred. conf. 3. & quid in feudalibus Mart. vot. 81. n. 12. & 16 Ibidem Boer.) adde Cartar. decis. 28. Cofla de rat. port. q. 138. Cardin. Tusc. pract. concl. lit. O. concl. 32. à num. 15. & procedit tex. d. l. 1. in indiuiduis Affl. decis. 218. Peguer. decis. 181. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 12. de duob. reis.*

Num. 4. Doñ. vide *Camill. Larath.conf. 16 Gallup. in prax. S. C. par. 3. cap. 5. num. 8 & 9.* vnde nec appellatio interposita, quo ad vnum caput sententiæ deuoluitur, quoad alia capitula separata *Rice decis. Archiep. Neap. 375. par. 4.* iudex iniuste agit si cognoscat in gradu appellationis de meritis sententiæ ultra capitulum à quo appellatio est interposita, quia in tantum est iudex in quantum est appellatum, & non ulterius, *ut ex Cornaz. decis. lucen. 63.* vbi ait procedere, quando capitula non sunt connexa, sed separata, quoniam continent diuersum factum, coniuncta capitula, quz dicantur, quz ex cōsequencia factorum separationem non recipiunt, & in hoc casu licita est cognitio, cum annexio procedat semper ab eadem causa, & ab ead. in radice, & sic, si vna pars est appellabilis trahit ad se aliam *vide Gratian. decis. 60.*

11 Num. 4. Menoch. Necus in laudo, quod nō potest super quibuscumque capitibus acceptari, & super quibuscumque recusari *de Franch. decis. 173. Muscat in prax. S. C. lib. 1. par. 7. glos. periuriy in addit. lit. A.* quia cum laudum sit indiuiduum, non potest ex compromisso etiam indiuiduo dici, quod partim exequatur partim vero non exequatur, quia, vt transactio, compromissum est ex vtraque parte vltrocitroq. obligatorium *Barz. decis. Bonon. 87. num. 7.*

Num. 6. de hered. act.) vide *Rice. collect. 528.* hzredes an teneantur pro debito defuncti in solidum, vel pro ea tantum parte, pro qua fuerunt instituti *late Qter. in Roman. lucubrat. disp. 23.* hzredes plures vnus 13 emphyteutz, an possint diuidere emphy-

teusim inter se *vide Io. Vinc. Anna. alleg. 3. Fab. Anna. conf. 83. num. 12. 13. 14. & 15. & an possint soluere canonem pro parte ibidem num. 16. 17. & 18.*

Ibidem si vnus ex plur.) adde Crau. conf. 47. num. 15. Cancer. lib. 3. resol. cap. 17. de sct. 14 nu. 296. actio hypothecaria, an sit diuidua, vel indiuidua *late Borrell. in 2 p. comp. decis. tit. 39. à num. 138. vsque ad nu. 245. Gutier. 159. 67. lib. 1.* hypothecaria an competat in solidum contra vnum ex pluribus hzredibus, apud quem pars rei censualis reperitur, an vero sint omnes cohzredes, & possessores in simul conueniendi pro hzreditariis portionibus ad solutionē census *Theaur. iun. quast. Foren. 85. lib. 2.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 *Foriudicatio pro quibus criminibus possit fieri.*
- 2 *Ad foriudicationem non potest deueniri nisi constet de delicto saltem per indicia sufficientia ad torturam.*
- 3 *Foriudicatus habetur pro mortuo etiam, quoad alimenta, & potest impune occidi, non tamen ab uxore.*
- 4 *Foriudicati successio quibus spectet.*
- 5 *Foriudicatus non priuatur iure eligendi, vel nominandi aliquem in Officiale.*
- 6 *Foriudicatus si post 13. annos dicat de nullitate sententia, an sit audiendus.*
- 7 *Sententia foriudicationis lata contra minorem, annullatur.*
- 8 *Foriudicatus potest contra sententiam foriudicationis nullitates proponere, si sint eidentes.*
- 9 *Fugiens d. carceribus, an habeatur pro confesso.*
- 10 *Carceres frangere, qui dicatur, & quam sit pena tentantis carceres frangere, effectus non sequuto. Et quid si vassallus Baronis fugiat d. carceribus animo confugendi ad ipsum Baronem, vel ad Magnam Curiam.*
- 11 *Pro furto, qua pena veniat imponenda de iure Regni.*
- 12 *Furti corpus quomodo probetur.*
- 13 *Furti actio ad penam, an detur contra filium, bona partis furripientem, vel contra eius adiutores.*
- 14 *Contrectatio de loco ad locum est de substantia furti: Et quid si res ab eo contrectata fuerit, cui fuit in custodiam data.*
- 15 *Ille, penes quem furtum reperitur, quando prasumatur fur.*

C

2

Furtum

- 16 *Furtum an sit si res inuenta in via, non re-*
stituatur.
- 17 *Vendentes res falsas, committunt furtum.*
- 18 *De furto commissso in caupona, vel in navi,*
qua actione agatur contra cauponem, vel
nauclerum.
- 19 *Furti pena non tollitur per restitutionem.*
- 20 *Iudex non faciens restituere rem furatam,*
tenetur parti ob negligentiam.
- 21 *Furtum comestibilium, an licitum sit ob ne-*
cessitatem famis.
- 22 *Furti pena, an teneatur, qui subtrahit, quā-*
tum sibi debetur.

AD DECIS. XIII.

- N** *Vm. i. sed contrarium*) Foriudica-
tio non ex omni crimine fieri de-
bet, sed pro illis tantum, ubi ve-
nit imponenda pena mortis na-
turalis, aut civilis, vel deportationis, ita
fuisse declaratum per sententiam Regiam,
iunctis tribunalibus refert *de Pont. de potest.*
proreg. rubr. de prouis. solit. §. 4. num. 47.
D. Giur. conf. 83. num. 5. sed Rou. in pragm. 1.
num. 36. tit. de sent. foriudic. tenet cum do-
mino auctore sententiam foriudicationis
non habere locum, nisi ubi venit imponenda
pena mortis naturalis tantum, & merita
causae prius ventilari debere, si pro delicto
penam mortis mereatur inquisitus *Tbor. in*
addit. ad eundem D. Reg. de Pont. sub practit.
num. 47. [D. Regen. Tap. in decis. S. C. 49.]
- 2 *Capibl. sing. 48.* hinc est, ut possit deueniri ad
sententiam foriudicationis constare debet
delictum, scilicet per indicia sufficientia ad
torturam *Paul. Staiban. l. un. in addit. ad cōf.*
63. eius patru, dempta contumacia Foller.
sup. prag. de duello num. 19 Viscom. in suis
concl. iur. fol. 102. Foriudicatus legitime ha-
betur pro mortuo in Regno *de Franc. decis.*
102. de Pont. conf. 69. etiam quoad alimenta
de Franch. decis. 689. num. 6. licet impune oc-
cidi posset non tamen ab vxore *de Franch.*
decis. 276. & illius successio quibus spectet
vide Molfes. ad consuet. Neap. par. 4. tit. de
success. ab intest. q. 47. Anna. conf. 13. Mormil.
in constit. penam eorum, de Pont. conf. 69. &
3 non priuatur iure eligendi, vel nominandi
aliquem in officialem *Molfes. in practit. q. 47.*
num. 28. & 29. foriudicatus ab vno iudice,
an possit morti tradi ab alio *vide Capiblan.*
in prag. 8. par. 2. num. 116. & 127. de Baron.
6 foriudicatus si post latam sententiam fori-
udicationis per spatium 13. annorum dixerit
de nullitate sententiae, & actorum, an sit au-
diendus *vide Tbor. in compen. dec. par. 1. ver-*
7 *si foriudicatus.* [Sententia foriudicationis

lata contra minorem annullatur, si tempo-
re publicationis ipse minor erat, & sic inde
probatum, licet eo tempore non fuisset op-
positum de minore etate *Tbor. in comp. de-*
cis. fol. 632. tom. 2. quae sententia crudelis est
Ant. de Ball. in prag. Regn. Sicil. tit. 12. §. pri-
mo, ubi subdit, quod benignior pars est, &
declaretur nulla, quia remanet ius parti il-
luzum, nec improbatum est ante eius exe-
cutionem de odore causae, & eius iustitia
cognoscere ad tradita per *Viu. in dec. 439.*
8 *n. 36.* foriudicatus potest aduersus senten-
tiam foriudicationis nullitates proponere,
si sint notoriae, & euidentes *Intrigl. sing. 246.*
lib. primo Mar. muta in prag. Regni Sicil. tit.
12. n. 17. tom. primo.]

Num. 4. notat. adde *Farinacc. in tit. de car-*
cer. q. 30. Ricci. in decis. 65. par. 3. Oter. in suis
Roman. Lucubrat. disp. 9. Salced. in addit. Ad
9 *Diaz reg. 305.* fugiens à carceribus, an ha-
beatur pro confesso *vide Baiard. ad Clar. in*
10 *§. fin. q. 21. d. n. 80.* carceres frangere, qui di-
cantur *vide Ant. Scap. in tract. Iur. nō script.*
lib. 5. c. 54. n. 6. carcerati pro furtis, & homi-
cidio, si insimul cum alijs carceratis conspi-
rauerint carceres frangere, & demū fractis
illis non aufugerunt impediti ex concursu
gentium, & carcerarii, qua poena sint ple-
ctendi fuit per M. C. V. ipsis illata tortura,
& attentis eorum confessionibus delicto-
rum condemnati ad vltimum supplicium,
Gramm. vot. 37. quod quidem vorū repre-
henditur ab *Vrsill. in dec. 404. sub n. 16.* quod
non sit poena mortis fractura carceris, & vi-
de *Tbor. in compen. decis. Cur. Archiep. ver.*
frangere tentantes, ubi refert, quod attempta
qualitate delictorum atrocium sapissimè in
M. C. V. processum fuit ad penam capitale
mortis contra istos effractores sin autē le-
cus esset. Carceris effractor vassallus Baro-
nis animo confugiendi ad baronem, vel ad
M. C. V. qua poena debet puniri, fuit in con-
tingenti casu vnus vassalli Federici Carras-
p S. C. remissus vassallus p̄dictus, qui fracto
carcere accesserat ad M. C. V. ut in causa de
iustitia pcederet citra penā fracti carceris.
Anna in repet. c. p. de vassal. decrep. atat. et vi-
de que cumulat Capibl. in prag. 3. nu. 163. et
seq. de Baron. Mut. in c. Regn. Sicil. 160. to. 4.
Nu 7. adulterinis vide *Reg. Prag. editam*
de anno 1605. tēpore Illustr. Comis. Benenit.
quae secundum nouissimā recopilationē est
11 in ordine 7. sub tit. de furt. quae poena p fur-
to veniat imponenda de iure regni late *Oter.*
diuers. q. Iur. par. 3. q. 17. Palm. in diuers. iur.
glos. 1. d. n. 20. Magrel. ad Bart. in l. capitaliū
§. famos. de pen. de furto nō dicitur cōstare,
nisi probetur, & res fuerit in illo loco, de
quo

- quo dicitur sublata *Mart. not. 58. num. 5. 6.*
 & 7. *Manen. decis. 54. nu. 72.* furti facti cum
 fractura corpus non censetur probatum,
 nisi etiā probetur res furto subtrahat, alias
 in loco fracturæ extitisse etiam, quod pro-
 bata sit fractura *Farin. conf. 227. num. 2. lib.*
 3. ubi declarat hoc procedere ad condem-
 nandum non quo ad torquendum, ad pro-
 bationem delicti in genere in materia furti-
 ua vide *Muscat. in prax. crim. rubr. de furt.*
 13 & c. num. 1. cum sequ. Furti actio ad pœnam
 an detur contra filiū patris bona surripien-
 tem, & contra eum, qui furto, illi opem de-
 dit *Giurb. consil. 68.* contrectatio de loco ad
 locum est de substantia furti *Anton. decis.*
Maer. 20. lib. 3. si animo furandi fiat alias
 secus, furtum an præsumatur si bona in cu-
 stodiam alicuius tradita, & per eundem ali-
 bi contrafacta reperiantur, ita quod tertius
 ille de furto molestari possit *decisum fuit*
 15 negatiue *Ricc. decis. 62. par. 1.* si furtiua res
 reperitur in domo alicuius, non tamen ille
 præsumitur fur, nisi, & aliæ concurrant con-
 iecturæ *Novell. in prax. crim. §. furtum nu. 8*
 & 9. furatas res occultans, qua pœna fit pu-
 niendus vide *Campanil. in diuers. iur. canon.*
 16 rubr. 1. cap. 25. num. 22. Furtum an dica-
 tur, si quis inuenerit, quid instrata, & non
 restituit vide *Mar. Mut. in cap. Regn. Sicil.*
 17 471. nu. 31. & seq. tom. 5. vendentes res fal-
 sas committunt furtum, & quomodo pu-
 niendi *Caball. resol. 177.* pro furto commis-
 so in Caupona, qua actione agatur contra
 Cauponas *Peguer. decis. 45.* & de furto in na-
 ui commisso vide *Mart. decis. 58.* furti pœ-
 na non tollitur per restitutionem *Viu. decis.*
 146. absolutus à pœna furti non censetur
 absolutus à restitutione ablatorum *Rot. Lu*
 20 sen. diuers. decis. 62. Iudex non faciens parti
 rem furatam restitui tenetur parti ob ne-
 gligentiam in syndicato *Borrell. conf. 80. nu.*
 21 10. Purari num permittatur comestibulum,
 aut cibariorum quantitatem ob necessita-
 tem famis *Tallong. racem. 46. à num. 3. vsque*
 22 ad num. 31. Furti pœna, an teneatur famu-
 lus, vel creditor subtrahendo quantum sibi
 debetur vide *Baiard. ad Clar. in §. furtum*
 num. 86.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Fideiussor de iudicatum soluendo, in prima
 instantia acceptus, an teneatur in causa
 appellationis.

- 2 Quid de fideiussore accepto in uno Tribuna-
 li, an teneatur in alio.
 3 Fideiussor de iudicatum soluendo ab arbi-
 tris, non tenetur de eo, quod est iudicatum
 à iudicibus.
 4 Fideiussor desistendo reum, an liberetur, si
 semel fecit eum sistere. Quid si fugientem
 presentavit, num. 6.
 5 Fideiussor liberatus ob rei carcerationem,
 an teneatur si ille fugiat.
 7 Fideiussio quando tollatur presentatione
 principalis.
 8 Per dationem fideiussoris de iudicatum sol-
 uendo non dicitur, quis in iudicem con-
 sentire.
 9 Quid distet inter fideiussorem iudicij, & cō-
 tractus.
 10 Fideiussor de iudicio sisti, an reo non obtin-
 perante, ultra pœnam, teneatur etiam ad in-
 teresse.
 11 Fideiussor de iudicatum soluendo in causa
 principali criminaliter intentata, libera-
 tur instantia precepta.

AD DECIS. XIV.

- 1 N Vm. 2. Iud. solu.) fideiussor de iu-
 dicatum soluendo, in prima in-
 stantia acceptus non tenetur in
 in causa appellationis, sed hoc
 ita si ille fideiussisset de soluendo quidquid
 fuerit iudicatum per illum iudicem primæ
 instantiæ nominando eum nomine proprio,
 alioquin si simpliciter acceptus, teneretur
Boer. decis. 315. de Franch. decis. 320. Baiard.
ad Clar. in §. fin. quæst. 46. num. 92. quidquid
 dicat *Franc. Mars. decis. 357. par. 2. & de*
veritate vide eundem D. de Franc. decis. 208.
Caball. resol. crim. cas. 109. Ludov. Morot. cōf.
49. Gratian. discept. Forens. c. 348. lib. 3. [Ma
 2 *brill. decis. 302. num. 5. par. 4.]* Fideiussor ac-
 ceptus in M. C. tenetur in S. C. quia illud
 tribunal est subordinatum ad istud de *Fræc.*
decis. 344. Muscat. in prax. S. C. lib. 2. par. 3.
glos. instantia num. 14. Fideiussor de soluen-
 do iudicatum si esset datus in causa vertē-
 te in S. C. postea remissa ad R. C. pro inte-
 resse fisci, & R. C. iudicauerit, an teneatur
 ad iudicatum per Reg. C. fuit *decisum*, quod
 non, de *Franch. decis. 601. Molfes. ad consuet.*
Neap. par. 4. quæst. 63. num. 26. Gallup. in
 3 *prax. S. C. par. 2. capit. 3. num. 38.* Fideiussor
 de iudicatum soluendo ab arbitris non te-
 netur de eo, quod est iudicatum à iudicibus
Ant. Fab. decis. 5. subaud. Cod. de fideiussor. qui
 4 *sistere liberatur Fab. decis. 24. eod. tit. & talis*
fideiussor liberatus, etiam si principalis cap-
 3 *tus*

- tus ex curia ex illa causa postea fugiat, quia per istam incarcerationem liberatur *Affl. decis. 130. Hoved. conf. 111. vol. 1.* Fideiussor promittens iudicatum solvere, si principalis fugit, & post fugam debitorem præsētat liberatur a pēna *Gomez. Leo. decis. 91. tom. 2.*
- 7 *decis. diuers.* Fideiussio quando tollatur presentatione rei principalis *vide Ant. Hering. de fideiuss. cap. 20. §. 9. Muscat. in pract. de fideiuss. par. 1. modo 1. Mangrell. ad Bart. in l. si quis reum ff. de custod. & exhibit. reor. per dationem fideiussoris de iudicatum soluendo, quis non dicitur in iudicem consentire, nec expelli ab opponendo declinatoriam *Amēdol. ad D. de Franch. decis. 344. nnn. 5.* Fideiussor iudicij, & contractus, quæ sit differentia *vide Campanil. in rit. Archiep. Neap. 4. num.**
- 10 16. fideiussor de iudicio fisci, si per principalem non fuerit obtemperatum, an ultra pēnam teneatur ad interesse, fuit decisum, quod sic maxime in causa criminali in qua non tantum ad pēnam debitam fisco, sed etiam ad interesse partis tenetur *Affl. decis. 234. ubi Vrsil. optime exornat, licet ibi Gram. in addit. dicat contrarium fuisse seruatum, in M.C.V. in alia causa in qua tantum ad pēnam fuit condemnatus, & fuit ab alijs absolutus, multi sequuti sunt Affl. decis. quos respicit Thor. in comp. decis. in ver. fideiussor. par. 1.* Fideiussio facta de stando iuri, & iudicatum soluendo pro aliquo ex litis consortibus, si nulli adsint litis consortes, tota pmissio pro illo nominato facta censetur, & in eius persona retinet, & contra eum potest fieri liquidatio absque alio processu, & procedit etiam si fideiussor met efficiatur postea ipse litis consors *Seraphin. decis. 304. 11 num. 1. & 2.* [Fideiussor de iudicatum soluendo in causa principali criminaliter intertata liberatur instantia perempta, nec pro interesse partis late molestari valet *Nach. conf. 202. vol. primo late Menoch. conf. 212.*]

Didac. de Mari.



SVM MARIVM.

- 1 Appellatio suspendit sententiam, & appellans remanet in officio.
- 2 Clericus priuatus beneficio, potest appellatiene pendente, ei renunciare.
- 3 Bannitus pendente appellatione a sententia banni, non potest occidi.
- 4 Sententia S. C. licet habeat executionem paratam non obstante reclamatione, tamen ea pendente, non potest executioni demandari.

- 5 Tempus appellandi suspendit executionem sententiae.
- 6 Mortem sibi inferens, an aliqua pēna puniatur.
- 7 Mortem sibi inferens, non praesumitur id fecisse conscientia perpetrati sceleris, ideoque non priuatur Ecclesiastica sepultura, nisi alia concurrant.
- 8 Inuentus laqueo suspensus, non praesumitur seipsum suspendisse, & ad fiscum spectat probare contrarium.
- 9 Condemnatus ad duas pēnas, si ab una appellat, an per hoc suspendatur executio alterius.
- 10 Si reus ante sententiam moriatur, an pēnalis sententia possit fieri in heredem.
- 11 Quando liceat suspendere cadauera, & in mortuos sauire.

AD DECIS. XV.

- 1 **N** *Vm. 2. vulgatis* condemnatus nō dicitur, qui appellat *l. 2. §. fin. ff. de pēn. & idem est nō esse latam sententiam, & per appellationem esse suspensam glos. in l. 2. C. ut lit. pend. & ait glos. in cap. saepe de appellat. quod praelatus depositus appellans remanet in officio, & inquit Gutier. pract. quæst. 39. quod officio priuatus per sententiam pendente appellatione exercebit illud: Et clericus propter homicidium priuatus beneficio per sententiam, si appellauit, poterit appellatione pendente ei renunciare *Gutier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 5. num. 38. Farin. de homic. q. 119. num. 82. cum sequen. ubi plene declarat.* Bannitus pendente appellatione a sententia banni occidi non potest *Farin. de var. et diuer. quæst. 9. 103. num. 305.* & sententia S. C. licet habeat paratam executionem non obstante reclamatione *Auth. qua supplicatio C. de precib. Imper. offer. Borrell in summ. decis. tit. 32. nu. 3. par. 2.* non tamen exequitur ea pendente, quando executio est intractabilis, & quando quis est condemnatus ad mortem, vel ad remigandum, quod retractari non potest reuocata sententia, vel si esset foriudicatus per sententiam S. C. cum interim reclamatione pendente occidi non potest, ut decisum testatur *de Franc. decis. 139. Boss. in sua prax. tit. de nullit. aduers. sent. in fin.* Et licet appellatio suspendit sententiae executionem, ita tempus appellandi *Bal. in rubr. C. de appell.* tempus appellandi a sententia est mera suspensio, & interim quodam silentium inducitur, & ait *Laddicos Cæd.* quod quantum ad iuris resistentiam, idem est esse appellatum, vel esse infra*

infra tempus appellandi, ut pulcre declarat Farin. in tract. de inquis. q. 10. à n. 46. & plura congerit Gutier. pract. quest. lib. 3. quest. 37.

- Num. 10. Decian.) vide Bonacoss. in suis comm. opin. crim. ver. mortem par. 2. nixus sibi confiscare mortem, bona non amittit, communem dicit Emag. Soar. in suo thes. recept. sent. lit. M. num. 235. & sequ. nec aliqua poena punitur, si non ductus sceleris conscientia, id faciat, ut est communis opinio, sed doctis impatentia V. iu. decis. 244. in dubio non praesumitur conscientia perpetrati sceleris sibi mortem consciuisse Dec. conf. 438. Mangrell. ad Bart. in l. qui rei §. de illo ff. de bon. eor. unde si reperiatur aliquis mortuus in puteo, vel laqueo suspensus non debet priuari Ecclesiastica sepultura, si indicis, & coiectionis liqueret cum furore, aut metis alienatione se ipsum occidisse Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap. 61. num. 20. & in materia vide Petr. Caball. cas. 137. Masfrill. decis. 123. Amesc. de potest. in se ipsum lib. 1. cap. 23. qualiter puniatur miles se ipsum percutiens vide Castill. decis. 169. Ricc. collect. decis. 2942.
- 8 par. 7. si aliquis reperitur laqueo suspensus, non praesumitur, quod se ipsum occiderit, sed fiscus tenetur probare, quod sibi mortem consciuerit Socin. lun. conf. 51. vol. 1. & requirantur probationes clariores, & fortiores cum resistat verisimilitudo V. ulpell. conf. 1. Addent. ad Ambros. in tract. de mod. form. process. inform. lib. 1. cap. 1. sub num. 14.

- Num. 19. Gomez.) adde Maur. Burg. de modo proced. ex abru. quest. 8 num. 7. quando à pena licet appellare vide Breder. de appell. tit. 20. col. 490. & seq. si aliquis condemnatur in duabus penis, & ab una condemnatus appellat, an ista appellatio sufficiat ad impediendam executionem alterius pene, super qua vox appellationis emissa non est vide Ruginell. de appell. §. 2. cap. 3. num. 636.
- 10 si reus ante sententiam moriatur, an penalis sententia ferri possit in heredem, aut fideiussorem defuncti vide Griuell. decis. Sen. Dolan. 6.

- In fin.) adde Mangrell. ad Bart. in rubr. de cadau. punis. ubi ad plenum, quando cadauera possint suspendi Pappon. lib. 24. tit. 14. arrest. 11. & quando in mortuos scire liceat vide Menoch. de arbitr. iudic. cas. 285. Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 51. num. 42.

Didac. de Mari.

SVMMARIUM.

- 1 Praecipua proditorij criminis qualitas est amicitia.
- 2 Ideoque proditor non est, qui per insidias, & retro suum occidit inimicum.
- 3 Inimicum reconciliatum occidens proditor est, nec gaudet iudultu Regio, aut Ecclesiastica immunitate.
- 4 Pax et reconciliatio inter inimicos non praesumitur, sed debet probari.

AD DECIS. XVI.

- N**um. 5. Bertachin. Adde Masfrill. de Indul. cap. 29 num. 2. Ambros. de immun. Eccles. cap. 6 n. 5. Crass. de effect. amic. num. 243. Gambacur de immun. Eccles. lib. 3. cap. 28 num. 6. Bo uadill. lib. 2. polit. cap. 14. num. 36. Villadieg. in polit. cap. 3. nu. 210. Cauale. de Brach. Reg. p. 1 num. 80. Camill. Larath. conf. 102. num. 6 & 17 Farin. conf. 76. num. 7. conf. 168. num. 72. & ibi Scholiast. lit. A. & de immunit. Eccles. num. 137 sibi contrarium q. 18. num. 76. Tusc. pract. concl. lit. P. concl. 869. num. 8. D. de Franc. decis. 713. num. 14. Gratian. discept. Forens. 380. num. 40. 41 & discept. 619. à nu. 27 Ball. tract. var. lib. 5. tit. de insul. in Eccles. pragm. 1. num. 10. Burg. de Paz. conf. 22. num. 5. & 16. Consil. Rou. in prag. 11. à num. 56. tit. de abolit. Guazz. reor. defens. 1. cap. 38. nu. 40. Mar. Ital. de immun. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. Gutier. lib. 1. pract. quest. 2. num. 2. & 9. V. i. scont. in suis conclus. iur. ver. indultus praecipua proditorij criminis qualitas est amicitia Muscat. in prax. crim. rubr. de homic. med. mand. num. 66. Tusc. dict. concl. 869 nu. 11. de Franc. decis. 713. num. 15 & 22. Rou. dict. pragm. 11. num. 58. 59. Gratian. discept. 619. num. 29. Larath. conf. 102. num. 28. Ricc. decis. 168. num. 1. & 6. par. 1. qua cessante, cessat proditorium Covar. lib. 2. resol. cap. 20 num. 7. proinde si socium, quis occidat, aut patet filium, vel filius patrem, aut vxor virum, vel vir vxorem, aut frater fratrem proditores dixit Paz. in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 3. num. 123. Farin. de immunit. num. 138. & seq. Heuya in Cur. Philipp. par. 3. §. 12. retraidos num. 33. nisi inimicitiae intercesserit
- 2 causa Rou. dict. pragm. 11. num. 58. proditor non est, qui per insidias, vel retro, & incaute suum occidit inimicum, à quo praecaveri debebat Catalan. de indul. cap. 31. limit. 4. num. 6. Baiard. ad Clar. §. homicidium num. 22. Farin. conf. 132. consil. 136 num. 4. & consil. 168. à num. 68. Caball. de omni genere homicid. num. 389. Genuen. in prax. Archiepisc. Neap.

- Neap. cap. 76. Guazz. rror. defens. 1. cap. 38. n. 40. late Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 11. cap. 31. licet aliter, & male opinetur Caualc. de Brach. Reg. par. 1. num. 81. quia inimicus semper mala cogitat de inimico Male-
 3 rat. lib. 3. resol. 37. num. 4. amicum reconciliatum si quis occidat proditor dicitur Cardin. Tusc. lit. P. concl. 869. num. 11. nec regis indultu gaudet Catalan. de indult. cap. 31. à num. 1. Mastrill. de indult. cap. 29. nu. 4. Thor. Compen. dec. lit. D. ver. delictum par. 1. Mar. Ital. de immun. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. nu. 14. Larath. conf. 102. num. 26. de Franch. dec. 713 à num. 14. nec generali criminum abolitione continetur Schrader. de feud. par. 9. cap. 3. num. 68. nec Ecclesie etiam potitur immunitate Caball. de omni genere homic. nu. 411. & num. 436. atque, ita iuris esse, pronunciauit Sacra Consulta teste Farin. conf. 168. in Scholys lit. D. quicquid dixerit Ric. decis. 167 par. 1. si vno saltem teste pacis fidem recipiente probata sit reconciliatio, & alijs adminiculis, cum non presumatur pax Mascar. de probat. conclus. 1156. à num. 1. nec reconciliatio Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 25. num. 86. Testay allegat. 7. n. 103.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Sententia foriudicationis quando reddatur nulla ex defectu legitima citationis ad informandum.
- 2 Ante sententiam foriudicationis debent citari non solum ipse contumax, sed etiam eius consanguinei ad ipsum defendendum, & quæ possint opponere.
- 3 Nullitates ab eius opposita, possunt discuti non presentatis inquisitis.
- 4 Tempus foriudicationis in grauioribus delictis potest breuiari à Prorege.
- 5 Foriudicationis tempus currit etiam duritate tempore guidatici.
- 6 Foriudicatus captus à ministris Curie, an possit impune occidi.
- 7 Occidens foriudicatum proditoriè, aut priuato odio, an debeat puniri.
- 8 Absoluta potestas cur tradita Principibus superiorem non cognoscentibus.
- 9 Possesse malum agere, non est posse, sed à potentia descere.
- 10 Princeps ob bonum publicum potest dispensare contra leges.
- 11 Princeps non presumitur velle nisi quod iuris est.

- 12 Et presumitur circumuentus eum disponit contra ius, vel in preiudicium alterius.
- 13 Princeps non presumitur commisisse potestatem tollendi ius alterius, & quando possit illud tollere.
- 14 Princeps potest tollere defensiones alicui competentes de iure ciuili, non autem de iure naturali.
- 15 Princeps non potest statuere contra immunitatem Ecclesiasticam.
- 16 Princeps ordinem iudicarium seruare non tenetur.

AD DECIS. XVII.

- N** Vm. 12. valida citatio) Sententia foriudicationis, quædo reddatur nulla ex defectu legitime citationis ad informandum, vide Oter.
- 2 in suis Roman. Lucubrat. disput. 26. ante quæ procedatur ad sententiam foriudicationis, non solum principalis contumax in eius domo est citandus, imo, & eius consanguinei specialiter ad ipsum defendendum Ifern & Assf. in constit. pgnam eorum de Franch. decis. 516. Rouit. in prag. 1. num. 6. de sent. foriudic. si tamen citatio coniunctorum esset nulla non reconalesceret ipsorum comparitione de Franch. decis. 514. num. 9. qui coniuncti citati comparentes, possunt opponere aliquas exceptiones, ac nullitates, puta citationis, vel contumacie, aut quia citatus est clericus, & presentare bullas clericatus de Franch. decis. 329. non tamen allegare poterunt innocentiam inquisiti, sed ea, quæ sunt extra delictum, tanquam habilitati per citationem de Franch. decis. 673. Giurb. conf. 95. num. 12. quæ nullitates allegatæ, si ex eisdem actis apparent, poterunt discuti, etiam non presentatis inquisitis, & ita seruari ait de Frac. decis. 688. sed vide Mastrill. decis. 161 n. 18. & quæ ipsis carceratis obijci possunt aduersus sententiam foriudicationis adnotat Farin. de inquisit. q. 11. Tempus foriudicationis in atrocioribus delictis ab Excellentissimo Prorege potest breuiari de Frac. decis. 589. Staiban. conf. 6. num. 14. & habui in facto anno proxime preterito 1628. dum officium Regii Consultoris, & Locumtenentis Ciuitatis Rhegii exercui, & Rouit. in præcit. prag. 1. enumerat aliquos casus, in quibus in Regno tempus foriudicationis, est specialiter breuiatum, & per pragmat. additam sub die 26. Iunii 1624. offendendi consanguineum illius, à quo iniuriam habuit, si delictum tale est, quod possit procedi ad sententiam foriudicationis, tempus breuiatur ad triginta dies anni circulo non expectato, &

- 10, & per aliam pragmaticam æditam ab Excellentiss. Ducæ Albæ sub die 8. Iulij 1627. mandantes per interpositas personas, litteras, seu bolleclina, & vt vulgo dicitur inba-ficiatâs pro compositionibus, & recatis faciendis, & minantes illos, qui componere volunt comburere velle eorum victualia, fruges, & similia, si casus euenerit, tam ipsi, quam scienter mediatores intelliguntur insursi, non solum in pœnam mortis naturalis, sed habentur pro vere foriudicatis non obstante anni circulo, [quæ pragmat. emanata contra incendiarios fuit ampliata per Excell. Ducem Alcanorum sub die 27. Octobris 1629. cōtra occisores bobum, pecudum, & aliorum animantium] & vide quæ cumulat Baiard. ad Clar. in q. 94. num. 8
- 5 Vjcont. in suis conclus. iur. fol. 102. Foriudicationis tempus currit etiam durante tempore gnidatici, vt in pragmat. ædita sub die 21. mensis Martij 1612. An foriudicatus si est captus à birruariis, atque ligatus, & per ipsos ducitur carceratus possit impune occidi, & occidens teneatur vide Io. Grand. de bell. exul. special. 18 num. 2. & special. 21. n.
- 7 2. an occidens foriudicatum proditorie, vel odio priuato auferendo vestes debeat puniri vide Masfrill. decis. 104.
- 8 Num. 16. Ifern.) absoluta potestas Principi attribuitur superiorein non recognoscendi, vt ea vtatur ad iusticiâ æquo, & bono temperandam Reusn. decis. 21. num. 19. par. 4. Surg. de Neap. Illustr. lib. 1. cap. 18. nu. 18, & non vt abutatur Ramir. de legib. reg. §. 32. num. 17. Deus licet dederit Principi amplitudinem potestatis, de qua dixerunt copiose Soar. lib. 1. de leg. cap. 8. Vasq. lib. 1. Illustr. controu. cap. 4. num. 11. ea tamen cō-cessione non veniunt illicita Monter. decis. 8. num. 19. de iure non potest Princeps inique agere, etiâ de potestate absoluta Mart. vot. 166. num. 20. neque hoc est detrachere
- 9 eius potestati, quia posse malum agere, non est posse, sed à potentia deficere Reusn. decis. 21. num. 19. par. 4. potestatem sibi demā-datam profiteri debet Princeps, vt se tanquam Principem, tutorem, defensorem, & patrem cum subditis gerat loco; & vice Dei Borrell. de reg. præst. cap. 62. num. 117.
- 10 potest tamen ob bonum publicum dispensare contra leges Facchin. lib. 8. iur. controu. 63. de Pont. conf. 152. vol. 2. [si vult rescribere contra legem requiritur necessario in rescripto appositio clausulæ non obstante
- 11 lege Lanar. conf. 12. num. 5.] Princeps non præsumitur velle, id, quod non potest, & talis præsumi debet eius voluntas, qualis esse debet, nec quod aliud velit, nisi id quod iuris est Reg. Constan. in l. 1. num. 48. C. de pen. fiscal. lib. 10. Reg. Reuert. decis. 14. num. 22.
- 12 tom. 5. in manuscr. Præsumitur circumuentus dum disponit contra ius, vel in præiudicium alterius Capiblan. in pragmat. 16. num. 3. de Baron. nec solet gratiam facere in præiudicium tertij de Pont. de potest. proreg. tit. de
- 13 Mercat. num. 3. Princeps quantumuis generaliter commiserit, non intelligitur potestatem ius alterius tollendi commisisse Camill. Larath. conf. 5. num. 20. quando potest ex causa tollere ius tertij vide Cardin. Tusc. præst. concl. 680. tom. 6. [Princeps potest
- 14 tollere defensiones alicui competentes de iure ciuili, non autem naturali Masfrill. in tract. de Magistr. lib. 3. cap. 4. num. 25. 28. & 29. & num. 31. & 32. declarat, & limitat,
- 15 Princeps quantumcunque summus nō potest statuere contra immunitatem Ecclesiasticam Fulu. Lanar. in addit. ad repet. D. Regen. Lanar. in cap. primo de his, qui feud. dare poss. n. 5.]
- 16 Num. 18. Ambar.) Princeps ordinem iudiciarium seruare non tenetur Masfrill. de Magistr. lib. 3. cap. 4. num. 3. & 4 potest dilationes iuris abbreviare num. 39. & defensiones alicui competentes de iure ciuili tollere potest non autem naturali num. 25. 28. & 29. Larath. conf. 88. & ex iusta causa potest citationem tollere num. 460. ob terribiles casus, licet ei iura transgredi Affst. in constit. post mundi, &c. num. 44. de Pont. de potest. proreg. tit. de prouis. fier. solit. §. 1. num. 29. & sic mandare officialibus, vt procedāt vt in cap. iuris censura, vbi Campan. Io. Gramm. de bello exul. in prædic. quant. q. 1. n. 8. & in dies videmus obseruari in casibus exemplaribus per Proreges mandari, vt procedatur ad modum belli, cum potestate extraordinaria, vt audiui rescriptum Reg. Aud. Calabr. citr. ab Illustr. Proreg. Lemen. Comite, vt contra matricidam sic procederetur, & vide Ioan. Grād. in præcit. tract. predicam. agere quæst. 3. vbi qui possint delegari.

Didac. de Mari.



S V M M A R I V M.

- 1 De iniuria verbali quando liceat sumere vindictam.
- 2 Patris macula influit in filium.
- 3 Vxor sciens fieri tractatum contra maritum, si non reuelat, præsumitur complex delicti.
- 4 Frater fratri, & consanguineus consanguineo rixanti opem non ferens, excusatur à pœna.

Pro

- 5 Pro rerum defensione quando liceat hominem occidere.
- 6 An, & quando mortis pena liberetur, qui pro honoris defensione alium occidit.
- 7 Clausula incontinenti quomodo intelligenda in materia vindictæ, quæ incontinenti fieri permittitur.

AD DECIS. XVIII.

- N**um. 2. C. unde vi vide Gram. conf. 29. Bertaz. conf. 111. vol. 1. licet aliquando vindictam sumere de iniuria verbali, quando pro ea nō liceret sine derisu, & ignominia iudicem adire, & querelam exponere Gram. decif. 98. num. 2. Boer decif. 169. Carrer. in pract. crim. §. circa num. 102. Ferdin. Vajq. lib. 1. Illustr. controu. cap. 18. num. 13. quod non solum procedit, quando quis iniuria afficitur in persona propria, sed etiam in persona parentum, Camill. de Meac. conf. 95. cum vnica censeatur persona, & communis sit iniuria Gram. decif. 23. nam partis macula influit in filium Bal. in l. fin. C. de libert. & eor. libr. & conuictionis ratio, quæ arcet filium ad obuiandum delicto committendo in personam patris, procedit etiam in vxore respectu viri, quæ si scit fieri tractatum, contra eum, & non reuelat præsumitur complex delicti, & punitur eadem pena Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 355. num. 18. frater si rixanti fratri auxilium præstat à delicti pena excusatur late Farin in tit. de homicid. q. 125. num. 282 & seq. & conf. 2. per tot. ubi addunt, quid in consanguineis, amicis, & socijs vide Plaz. in Epith. delict. cap. 28. sub num. 24. & seq. Carrer. in pract. §. circa à num. 45. Gram. conf. 56. nu. 22. late Carol. de Grass. in tract. de effect. amicit. 172. & seq. an, & quando pro defensione rerum licet hominem occidere vide Iul. Clar. in §. homicidii vers. ultima est defensio, & ibi Baiard. num. 165.
- 6 Num. 4. iudicauimus mortis penam non patitur, qui pro honoris sui tutela alium occidit Honded. conf. 105 à num. 42. vol. 1. si in continenti sequuta iniuria, alias secus Blanc. in prax. par. 3. defensionis num. 3. Sed hoc incontinenti cum in singulis casibus determinatum non reperiatur ad tradita per Menoch. de arbitr. iudic. cas. 7. num. 8. & 9 in subiecta materia arbitrabitur iudex Cauale. decif. 36. num. 4. par. 2 licet post aliquos annos, quis se vendicet, vt dicatur in continenti se defendisse D. Giurb. conf. 86. & quod ex interuallo sit homicidium ad actum tamen, defensionis necessario incontinenti commissum ex multis probat Negusan. conf. 344.

num. 15. maritus vxori, & adultero pepercisse non præsumitur, si cum primum potuit illum occidit, quia incontinenti, occidisse videtur Cathed. decif. 172 num. 5 par 1. & à pena ordinaria excusandus est Mart. decif. 206. num. 7. dum lex vindictam in continenti permittit intelligitur, quæ primum potuit Farinac. q. 125 num. 211. Bellon. de his bis, quæ sunt incontin. cap. 7 num. 6. qui loquuntur si realis sit iniuria, sed ego ex adductis per auctorem extendo etiam si personalis sit.

Num. 5. Menoch. adde Cened. sing. 56. nu. 4. Valasc. decif. 88 num. 6. & de Partit. cap. 3. num. 11. Azueu. l. 11 num. 3 tit. 7. lib. 3. recopilat. Card. Tusc. pract. concl. lit. 1. concl. 80. num. 12.

Didac. de Mari.



SVMMARIUM.

- 1 Pactum inter virum, & uxorem, de tenendo uxorem in certo loco, an valeat.
- 2 Promissio de non nubendo, seu prohibitio de non nubendo in certo loco, aut cum certo genere personarum, non tenet.
- 3 Condicio de nubendo cum aliquo de certa familia, tenet, & habetur pro impleta, quando per eum non fletit, &c.
- 4 Condicio vt nubat de consensu, aut licentia alicuius, an, & quando valeat, & n. 6.
- 5 Mulier an amittat legatū sibi relictum sub conditione si tali nupserit, si pater nō vult, vt illas nuptias contrahat.
- 6 Legatum relictum sub conditione, quod quis nubat cum consensu, aut cum consilio alterius, an teneat consensu, aut consilio non petito.
- 7 Legatum dotis, an sit purum, vel conditionale, & quando debeatur, & an sit transmissibile.
- 8 Legatarius cum conditione, vt tali nubat, an habeat legatum, si illam duxerat in vita testatoris.
- 9 Legatum relictum pro maritanda, an debeatur maritata.
- 10 Legatarius, cui fuit relictum sub conditione si nubat consanguineæ, an teneatur procurare dispensationem, & nuptias adimplere.
- 11 Condicio si nupserit cum vna ex filiabus Titij, iniuncta legatario an dicatur impleta, si vnā tantum ex illius filijs requisierit, quæ matrimonium recusauit.
- 12 Mulier, cui relictum est aliquid sub conditione

tione si Titio nupserit, perdit legatum cum primo requisita, recusat illi nubere, etiam si postea penitentia ducta, velit matrimonium contrahere.

AD DECIS. XIX.

Num. 7. Nauar.) pactum initum inter virum, & uxorem detinendo uxorem in certo loco, an valeat, & quid si causa non existeret DD. vnanimiter concludunt valere pactum initum inter virum, & uxorem, quod vir teneatur perpetuo commorare in domo, seu domicilio vxoris, nisi ex causa excusaretur, vt puta ob inimicitiam aeris intemperiem, vel huiusmodi *Intrigl. sing. 62. lib. 1. Pellic. in consuet. Auerf. cap. 6. num. 62. Vrsill. ad Aff. decis. 307. num. 4 Lup. in repet. rubr. de donat. int. vir. & vxor §. 1. num. 3. sed discrepat tandem, & vide Amest. in tract. de potest. in se ipsum par. 2. cap. 18. num. 21. & seq. Azeued. lib. 7. recopilat. tit. 6. l. 1. Capiblanco. in prag. 9. num. 51. de Baron. Apicell. in alleg. 6. num. 11. vbi in contingenti casu D. Victorie Galluctia, & N. Marantz cum Hospitali Sancti Annuntiata, de tenendo uxorem in certo loco ait per S. C. fuisse virum absolutum etiam non existente noua causa pœnes Chiaiesem alias Turinum Aetor. Mag. sed eadem decisio refertur per auctorem hic num. 20. vbi refert de mense Septembris 1593. decisum fuisse pactum valere, & ultra allegatam decisionem sic alias decisum fuit non valere in causa D. Annæ de Mendoza Commissæ Sancti Angeli cum Principe Casertæ eius genero, & in dicto processu fuerunt producta alia decreta similia, & prædicta causa fuit relata in Collaterale Consilio in anno 1593. die 29. Martii pœnes de felice Aetor. Magistr.*

2 Num. 21 cum alijs) vide Anna consil. 141. Ricc. in collect. decis. 1368. promittens sub certa pœna non nubere non tenetur adimplere promissionem Fontanell. de pact. nupt. claus. 12. glos. vnus. num. 16. tom. 2. & matrimonium prohiberi non potest, nè contrahatur in certo loco, cum hæc pactiones inducant viduitatem. *leum ita legatum ff. de condit. & demonstr. quare in anno 1599. referente, Consiliario de Ianuario in causa D. Sances de Bastida fuit decisum licere matrimonium contrahere cum filia Regen. Matthos. sicut cum effectu fuit contractum, nõ obstante prohibitione patris, nè contraheret matrimonium eius filius in Italia. licet postea se in Hispaniâ contulisset, & deinde in Italiam reuersus, de hac questione la-*

te per Reg. de Pont. in tract. de potest. proreg. tit. 6. nec potest pacto prohiberi matrimonium cum certo genere personatum Ricc.

3 in prax var. resol. 407. in fin. tom. 2. Condicio denubendo cum aliquo de certa familia, licet teneat, nec reiiciatur, nihilominus habetur pro impleta, vbi per eum non steterit, quin nubat cum aliquo de dicta familia, qui nubilus sit, vt tenuit Rot. Rom. in vna Mediol. indul. 27. Octobris 1591. coram Pam

4 philio. Condicio vt nubat de consensu, aut licentia talis, an, & quando valeat vide Caneer. var. resol. par. 3. cap. 7. de pact. num. 279. 295. & 305. Addit. ad Gamm. decis. 316. & 317. Molin. de rit. nupt. lib. 3. cap. 29. num. 24. quando mulier nubit digno non est necesse, quod pareat conditioni, nec pœnam incurrit à testatore iniunctam Barz. decis. 29.

5 Caneer. dict. cap. 7. num. 298 mulier an amittit legatum sub conditione, si tali nupserit, si pater non vult eas nuptias contrahendas vide Mier. de maiorat. par. 1. q. 50. num. 57. legatarius cum conditione, quod nubat de

6 consensu, & licentia alterius potest impune nubere, consensu, & licentia non obtentis, nec petitis Fontanel. de pact. nuptial. claus. 6. glos. 3. par. 5. num. 3. tom. 2. conditio vt nubat de consilio alicuius appositæ in legato tener, & valet, & si ei non paruerit legatarius priuabitur legato, & ratio est, quia ista conditio non est impeditiua matrimonii, cū consilium, licet sit petendum non tamen sequendum Mart. vot. 50. Marefc. var. resol. lib. 1. c. 73. num. 3. Molin. de rit. nupt. par. 3. cap. 29. vbi latius per ampliationes, limitationes, &

7 declarationes rem hanc declarat, quando legatum dotis datur purum, vel conditionale, & sic debeat statim, vel tempore matrimonii, & sit transmissibile, vel ne vide Gratian. discept. Forens. 542. à num. 43. ad 53. Mantie. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 23. Borgn. decis. 5. num. 95 & seq. par. 3. Legatarius cum conditione, vt tali nubat, an ha-

8 beat legatum si erant iam vxorati in vita testatoris vide Caball. cons. 61. Casanat. cons. 35. à num. 10. Lara de Anni vers. lib. 1. cap. 2. num. 30.

9 Legatum relictum pro maritanda non debetur maritata, si testator sciebat esse maritatum pro illo matrimonio, secus pro alio Fontan. de pact. nupt. claus. 6. glos. 3. par. 4. num. 51. tom. 2. vbi secus si ignorat, nã tunc debetur legatum relictum pro filia maritanda, per patrem, vel matrem factum debetur iam maritata, siue pater sciret, siue etiam ignoraret addit. ad Gamm. decis. 125. sed si legatum est factum in genere pro maritandis virginibus, non comprehendit iam maritatas Caneer. par. 3. variar. cap. 20. de legat. à

- 10 *pat. d. num. 175.* Legatarius cui relictum fuit sub conditione si nuberet tali, quam constat esse consanguineam illius, & dispensatione opus esse, an teneatur eam procurare, & nuptias adimplere, *vide Sanch. de sponsal. lib. 5. disput. 5. Gutier. conf. 18. Io del Castill. Soto. maior. controu. iur. lib. 3. cap. 7.* Conditio si contraxerit matrimonium cum vna ex filiabus N. iniuncta legatario, ut dicatur impleta, an sufficit vnam tantum fuisse requisitam ex dictis filiabus, quæ recusauit nubere, nec esse obligatum aliam requirere, ut cum illo velit nuptias contrahere *vide Marefcot. var. resol. lib. 1. cap. 44.* mulier, cui relictum est aliquod sub conditione si Titio nupserit priuatur legato cum primum interpellata recusat illi nubere, quamuis postea pœnitentia ducta offerat separatam nuptias cum eo contrahere *Gratian. discept. Foren. 137. lib. 1.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Creditor plus suo credito petens, excusatur à pœna si ignoranter id faciat, secus si dolo. Limitatur multis modis.
- 2 Ex pluribus reis debendi uno solvente, ceteri liberantur, & crediatur ab alijs petens, incidit in pœnam.
- 3 Debitor obligatus per iuramentum ad soluendum certa die, adueniente illa die, statim constituitur in mora irregulari sine monitione.
- 4 Mora irregularis quando contrabatur in solutione dotis ab uxore, vel ab eius patre, vel ab alio extraneo dotis promissore.

AD DECIS. XX.

- N** *Vm. 6. de plus petit.* vide quæ scribit ad ornatum *Ricc. collect. decis. 437.* & à pœna contra plus petentes inflicta excusatur, qui ignoranter hoc fecit *Bella. decis. 22. Petr. Caball. resol. crim. cas. 169. num. 5. hinc. Viu. in decis. 340.* refert fuisse decisum per *Reg. Aud. Apul.* quod pœna debito plus petentis, ut sit commissa attenditur, atque requiritur, quod dolo, plus petierit *Rou. & Nouar. in pragmat. 7. rubr. de fals. qui decisionem Viu. ad limitationem dict. pragmat. adducunt,* quæ nec procedit in eo, qui tantum petiisset, sed non exigisset cum effectu etiam si ad actum executionis deuenisset, & sic fuit decisum per *M. C. V. ad relationem in S. C. in Aula Regij*

Consilarii Sanchez de Luna in causa Marlij Marroni, nec locum habet si in libello esset appositæ clausula saluo iure superflui *Ludou. decis. Pertis. 51. qui in decis. 117.* sic pariter dicit pcedere, ubi erat appositæ clausula omni modo meliori, quæ facit cessare pœnam petentis plus debito, & operatur, ut actus valeat omni modo, quo valere potest, quid si est appositæ clausula petens ius, & iusticiam administrari *vide Ant. Hering. in tract. de fideiuss. cap. 24. num. 17. & 18.*

Num. 9 l. em.) vide Ant. Gabr. comm. cõcl. tit. de expensis concl. 2. Paris. conf. 114. num. 16. lib. 3. Carrab. sing. 191.

Num. 20. Alex.) vide Couar. var. resol. lib. 1. ca. 2. num. 5. & si q. Menonch. d. arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 177. num. 15. Farin. in Fragment. par. 1. ver. creditor sub num. 751. Asin. in pract. §. 32. in 10. limit.

Nu. 30 ff. mandati.) & voluit Rot. Rom. coram Coccino in vna Interanen. pecuniaria luna 23. Iunij 1603. dispositionem prædicti §. in omnibus, declarat Gennarell. in pract. pragmat. 7. Rubr. de fals. num. 11. & 27.

- 2 *Num. 32 sanctionem) cuius pragmat. dispositio ampliatur, ut procedat etiam in pluribus reis debendi, quia si debitum ab altero ipsorum solutum, aut fuerit satisfactum, non licet à Correo petere idem debitum, & petendo incidit creditor in pœnam pragmat. cum vnus solutione ceteri liberati fuerint l. 3. §. fin. ff. de duob. reis.* Ampliatur etiam, ut nec ab alio, qui causam à debitore habet vel contra eum potest habere regressum, debitum satisfactum petere liceat *glos. in l. bona fides in fin. ff. de reg. iur. & ideo ab hærede, vel alio successore vniuersali, aut particulari petens, non euitabit pœnam pragmat. sicut nec is, qui agit actione hypothecaria aduersus eum, qui pro euictione ad ipsam debitorem potest habere regressum.*

- 3 *Num. 33 per doct.) adde Viu. comm. opin. 523. num. 5. lib. 2.* debitor obligatus per iuramentum ad soluendum certa die adueniente tempore solutionis sine monitione, & interpellatione vigore iuramenti in mora irregulari constituitur *Rot. conf. 57. num. 45. vol. 1. Gratian. lib. 2. discept. foren. ca. 307.*
- 4 *num. 20.* mora irregularis committitur in obligatione dotis secundum DD. communiter, si mulier, vel eius pater, qui marito dotem promissit absque vlla dilatione soluere, non soluit, cum vir onera matrimonii incipit sustinere statim committitur mora ipsa irregularis *iuxta l. curabit C. de act. emp.* Si autem extraneus dotem promissit post lapsum biennij à die, quo vir cepit onera matrimonii portare incidit in moram irregularem,

rem, & ad interesse compellitur *l. fin. §. præterea C. de iur. dot. Velasc. decis. 8. nu. 2. Tusc. pract. concl. lit. M. concl. 96. num. 8. & dispositio dicti §. præterea procedit aduersus extraneum dotis promissorem, ubi nulla mariti ante biennium præcessit interpellatio, alias à die interpellationis dotale interesse deberi ait *Rebell. de oblig. iust. par. 2. lib. 5. q. 10. num. 22.* sicut nec biennium labi necesse est, ubi dos circa diem ab extraneo soluenda sit *Farin. Rot. decis. 252. & 253.**

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Beneficia, an sint concedenda causa relata, et introducta.
- 2 Bina restitutiones in integrum, quo ordine peti debeant in Regno.
- 3 Beneficia quot in una causa possint concedi.
- 4 Beneficia à quibus discernenda.
- 5 Vniuersitati, an, & quando competant beneficia.
- 6 Beneficia, an concedenda sint prodigis, ita ut in iudicijs reputentur, ut minores.
- 7 Beneficia conceduntur in causa attentatorii super liquidatione fructuum.
- 8 Conceduntur mulieri, quæ præten dit paragium in bonis fratris, si compareat, & persona tertia in lite ab alio mota fratri.
- 9 Et minori litiganti per procuratorem apud acta cum iuramento constitutum.
- 10 Beneficium secundum si detur non dato primo, an debeat dari aliud priuilegium.
- 11 Beneficium primum, vel secundum, an detur minori obijcienti crimen adulterij contra mulierem, verificandum in termino, pro dotis, & antefati amissionem.
- 12 Beneficia an competant in prima, & in secunda instantia.
- 13 Beneficia an competant in causis criminalibus.

AD DECIS. XXI.

N Vm. 2. Minad.) vide Muscat in prax. S.C. lib. 1. par. 6. glos. priuilegiata num. 12. de Pont. cons. 62. n. 12. vol. 2. Giurb. decis. 36. num. 9. beneficium, an sit concedendum causa relata, & introducta in pluribus causis fuit decisum, quod non sit concedendum *Fab. Ann. cons. 115. n. 2. Tap. in consil. minorum iura n. 12. & Masfull. in addit. ad Capic. decis. 109. n. 12.* inquit vidisse pluries in S.C. obser

uari pupillis petentibus beneficia post causæ introductionem concedi *Rou. in pragmat. 53. de offic. S. C. & prag. 11. n. 28. de orain. Iudic. ubi ponit aliam decis. Viscon. ad decis. D. de Franc. 261. & nouissimè per Reg. Pragmat. editam ab Illustriss. Card. Borgia sub die 27. Maji 1621.* statutum est, ut binæ restitutiones in integrum ad pinguius probandum, quæ de iure communi personis priuilegiatis competunt, & in Regno primum, & secundum beneficium vocantur, debeant peti hoc ordine, & præciso tempore ad fugiendum calumniosas dilationes inuentas à partibus, & procuratoribus, nempe in illis causis, in quibus in termino ordinario sunt producti testes, & successiuè sit illorum attestationum publicatio, primum beneficium peti debet infra triginta dies ab ipsa publicatione facta, & intimata numerandos, & similiter secundum beneficium peti debet infra alios dies triginta numerandos à die lapsus illorum triginta dierum, ut supra cõcessorum ad petendum primum beneficium, in illis vero causis in quibus non sunt producti testes in primo beneficio, & proinde nõ requiritur actus publicationis, sed actus conclusionis tantum, primum beneficium peti debet infra triginta dies à conclusione facta, & intimata numerandos, & post hos triginta dies debet peti secundum beneficium infra alios triginta dies numerandos ab illorum lapsu quibus elapsis sit præclusa omnis via ulterius petendi *Galup. in prax. S.C. par. 2. cap. 29. n. 18.* Beneficia, quot in una causa possint concedi, & qualiter seruanda praxis ad subterfugiendum plurium beneficiorum delationem vide *Lel. Caput. ad consuet. Neap. ad proam Carol. §. 3. nu. 21. & 22.*

4 Num. 10. Odd.) Beneficia vti corporibus representatis per æconomos, rectores, syndicos, seu alios quouis nomine nuncupatos discernenda veniunt, ut accurate explicat *Imbrian. in tract. de 1. & 2. benef. consider. 4.* vniuersitas habet beneficia, etiam si sit triginta focularium *Aff. in pralud. consil. q. 5. n. 4.* sed vniuersitati non competunt, quando causa esset cum aliquo prætendente esse de nobilibus, & multominus nobilibus ex vno quinque sedilium Ciuitatis *Neap. Galup. in prax. S.C. par. 2. cap. 28. nu. 9. August. cap. de regim. reipubl. §. 1. cap. 1. num. 37.* nec conceduntur, quando agitur de remedijs capitulorum Regni *Anna. alleg. 84. in fin. Petra. ad Gramm. decis. 58. num. 21.* idem quando agitur de causa summarissima possessorij, videlicet, quis lite pendente possidere debeat, ut decisum refert *Capic. decis. 13.*

D

- cif. 13. quem sequitur Molin. in cap. 13. lib. 3. num. 63. quid in alijs causis summarijs possessorijs late Affl. in conslit. minorum col. 3. vers. & an in iudicio, & in causa realsūptionis instrumenti, licet sit summaria; fuit decifum in S.C. concedenda esse beneficia Anna alleg. 84. num. 12. Mormill. in conslit. instrumentorum rubr. in fin. quid in causa repulse aduersus obiectus testium Affl. in cō-*
- 6 *stit. obscuritatem col. 4. beneficia, an concedenda sint prodigis, ita vt in iudicijs reputentur, vt minores, fuit decifum, quod sic de Franc. decif. 598. Oclau. Bambatar. in eius alleg. impressa post repet. rubr. 5. si de feud. defuncti. contr. conceduntur in causa actentorum super liquidatione fructuum Muscat. in prax. S.C. lib. 2. par. 3. glos. fuerint num. 65*
- 8 *fuit concedenda mulieri, quæ prædedit paragium in bonis fratris comparens, vt persona tertia in lite fratris mota ab alio V. A. fil. decif. 235. conceduntur minori litiganti per procuratorem apud acta cum iuramento constitutum Rouit. in prag. 9. num. 20.*
- 10 *de ordin. Iudic. beneficium secundum in causa si reperiatur datum non autem datum primum, an debeat dari aliud priuilegium fuit per S.C. in causa monasterii Sancti Martini, & Violæ Cauelsæ iudicatum, quod sic Iacob. Anell. de Boelljs in addit. ad prag. cursu*
- 11 *dilationum fol. 455. beneficium primum, vel secundum, an detur minori obicienti crimen adulterii contra mulierem verificandum in termino pro dotis, & antefati amissione fuit decifum, quod respectu dotis præcederetur ad expeditionem causæ, ad ea, quæ incumbunt, quo vero ad antefatum, fuit prouisum, quod terminus alias datus in primo beneficio currat de Franc. decif. 421. Imbrian. in tract. de repuls. par. 1. cons.*
- 12 *sider. 1. num. 128. beneficia, an in prima, & in secunda instantia competant vide Imbrian. in tract. de 1. & 2. benef. consid. 8. num.*
- 13 *39. num. in causis criminalibus, & renouationum earundem vide Tap. in conslit. mulieribus num. 6. Petra. ad Capic. decif. 62.*

Didac. de Mari.



SVMMARIUM.

- 1 *Clausula Non aliter, nec alio modo, importat conditionem, imò inducit formam, & habet naturam præcisam.*
- 2 *Promittens factum alienum, an teneatur ad interesse si non adimpleuerit.*
- 3 *Promittens factum alienum sub pena soluti de proprio, ad quid teneatur, & an teneatur de iure canonico.*

- 4 *Promittens factum Ecclesie, an compellatur, vel præstando interesse, liberetur.*
- 5 *Promittens se curaturum, quod alius det certam dotem, tenetur ad interesse si dos illa non detur.*
- 6 *Donatio contemplatione matrimonij reuocari non potest per ingratitudinem.*
- 7 *Donatio facta contemplatione proprii matrimonij non reuocatur ob superuenientiam liberorum, & est irreuocabilis respectu filiorum eiusdem matrimonij, & in præiudicium omnium, qui in ipso contractu interuenerunt.*
- 8 *Donatio facta à patre filio contemplatione matrimonij, acquiritur ipsi filio, non autem uxori non tamen reuocari potest absque consensu ipsius uxoris, quæ agere potest pro ipsius obseruantia.*
- 9 *Donatio facta filio contemplatione matrimonij, an reuocetur si filius præmoriatur donanti absque liberis.*
- 10 *Donatio contemplatione matrimonij, an dicatur habere titulum lucratium, vel onerosum.*
- 11 *Donans in quibus casibus teneatur de euietione.*
- 12 *Donatio, vt remuneratoria dicatur, qualia debent esse seruitia.*
- 13 *Euietio quādo procedat ex concessione feudi*
- 14 *An habeat locum in dote.*
- 15 *An possit per pactum effici, vt non sit locus euietioni.*
- 16 *Euietio promissa pro factis, & contractibus proprijs tantum, quid operetur.*
- 17 *Euietia re in solutum datam, an detur actio primæua, vel sit extincta.*

AD DECIS. XXII.

N Vm 4. Minad.) & ita fuit dictum in causa Rauens. bonor. 1. Junij 1599 corā Pāmphilio, & in vna Senogallien. bonor. 2. Junij 1597. coram Orano declarare procedere, quando res tradita esset facili recuperationis; secus si esset difficilis, vt puta Castrum esset alienatum, & traditum, quia hoc casu, cum traditio sit domino captiosa, clausula hæc non aliter, nec alio modo non operatur Ricc. in collect. decif. 868.

- 1 *Num. 5. Bar.) clausula non aliter, nec alio modo importat conditionem Riman. lun. cons. 111. n. 193. vol. 2. Caputaque. dec. 82. par. 3. Surd. cons. 484. n. 9. imò inducunt formam Tiraquell. de retract. consuet. 5. 4. glos. 7. n. 14. & habent naturam præcisam Gozad. cons. 3. num. 22. vbi etiam ait, quod sint verba*

con-

- conditionalia, & limitativa, & num. 23. subdit, quod important, ut aliter nihil censetur dispositum *Menoch. conf. 38. num. 22. & 23. volum. 1.* ubi concludit, quod tali forma non adimpleta, actus fit irritus, & omnino resoluitur.
2. Num. 6. *Aff.*) imo, quod promittens factum alienum, & se facturum, & curaturum etiam faciendo suum posse atque adhibendo eius diligentiam, teneatur ad interesse, si non adimpleverit, iudicavit nouissime S. C. contra *Aff.* ut refert *D. de Franch. decis. 624. & vide Farin. in tract. de carcer. quest. 34. nu. 18. Viscont. in suis conel. in vers. promittens*, ubi concordat decisiones *Ricc. dec. 325. par. 3. Muta. in cap. Regn. Sicil. 193. nu. 1 tom. 4.* promittens factum alienum sub poena soluendi de proprio, vel alio, an teneatur de iure canonico, & ad quid teneatur *vide Genuen. in suis practicab. Eccles. tricen. 23. q. 684.* promittens factum Ecclesie, an compellatur precise, vel prestando interesse liberetur *vide eun. tricen. 11. quest. 316.* promittens se curaturum, quod alius certam dotem daret, teneatur ad interesse si dos illa non datur *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 8. glos. unic. par. unic. num. 20. tom. 2.*
6. Num. 14. *Guid. Pap.*) donatio contemplatione matrimonii reuocari non potest per ingratitudinem *Ant. Fab. in decis. 1. C. de reuoc. donat. sed declara. ut per Cancer. par. 3. var. resol. cap. 2. de inuent. num. 221. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1.*
7. Num. 36. *tom. 1.*) facta contemplatione proprii matrimonii non reuocatur ob superuenientiam liberorum *idem Fab. decis. 2. C. eod. tit. est irreuocabilis*, quo ad filios eiusdem matrimonii *Viu. decis. 157.* prefata donatio, est similiter irrenocabilis in preiudicium omnium, qui in ipso contractu interuenerunt *Guid. Pap. decis. 145.* donatio facta a patre filio acquiritur ipsi filio solum non autem uxori filii, quamuis contemplatione matrimonii facta fuerit *de Pont. conf. 25. nu. 12.* habet autem uxor filii aliquod interesse in donatione facta filio causa matrimonii, ita ut agere possit ad illius obseruantiam, nec reuocari poterit etiam de consensu filii donatarii absque consensu uxoris *D. de Franch. decis. 205. Mattien. lib. 5. recopil. leg. Hisp. tit. 6. glos. 8. Masrill. decis. 301. num. 8. par. 4.* & super dictis bonis donatis est consultum uxori pro dotibus, & iuribus dotalibus *Angul. de maior. siue ad l. 6. glos. 4. nu. 8. & 10. tit. 6. li. 5. eiusd. recopil. li. Hisp.* quod intelligitur durante matrimonio, sed eo dissoluto per mortem alterius cessat interesse
9. uxoris *Oldrad. conf. 154.* an donatio facta filio contemplatione matrimonii reuocetur si filius premoriatur donanti nullis relictis liberis *vide Molfes. conf. 4.* donatio contemplatione matrimonii, an dicatur habere titulum lucratiuum, vel onerosum *vide D. de Pont. de potest. proreg. tit. de assens. Reg. sup. dos. 5. 2. num. 22. Camill. de Medic. conf. 107. n. 10. & 15.*
11. Num. 22. *Arret.*) in quibus casibus donas teneatur de euictione *vide Ricc. in collect. dec. 1030. Caballin. in tract. de euiet. §. 4. Viu. comm. opin. 214. lib. 1. Coler. decis. German. 124.* si donatio fuerit remuneratoria tenetur *Cabed. decis. 119. num. 12. & 13. par. 2.* donatio ob seruitia ratione officii prestita non parit euictionem, & non dicitur remuneratoria, sed mera liberalitas *de Pont. conf. 59. 12. num. 15. & 22.* donatio, ut remuneratoria dicatur qualia debent esse seruitia *vide D. Tap. decis. 6. num. 27. 28. & 29. Cabed. decis. 1336. par. 2.* quando euictio procedat ex concessione feudi *vide Georg. in repet. feud. cap. 14. 33.* in dote an habeat locum euictio *vide Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 4. de seruit. Hieron. Portol. de confor. cap. 11. Surd. in tract. 15 de alimen. tit. 7. q. 20. num. 25. & seq. euictioni ne sit locus, an possit per pactum effici*
16. *vide Thes. Iun. quest. foren. 77. lib. 1.* euictio promissa pro factis, & contractibus propriis tantum, quid operetur *Papon. lib. 11. tit. 4. arret. 4.* venditor, qui dolo, & fraude solum voluit promittere euictionem pro factis, & contractibus propriis nihilominus tenetur ad dotalem euictionem *Fontanell. de pact. nupt. glos. 8. claus. 5. par. 14. num. 96. tom. 2.*
17. euicta re insolutum data, an detur actio primæ, vel sit extincta *de Pont. conf. 63. nu. 24. & 25. tom. 2.* [vide, quæ nouissime ad ordinatum huius decisionis referunt *D. Reg. Tap. in decis. 5. Sac. conf. Fulu. Lanar. in addit. ad repet. D. Reg. Lanar. in cap. primo de success. feud. num. 42.*]

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

1. An Iudex possit exulare delinquentem extra suam iurisdictionem. Et quid si locus extra iurisdictionem sit patria delinquentis. Et an possit in decreto apponere clausulam, quod exulet a toto districtu Proregis.
2. Relegatio, aut exilium, an sit pena corporalis.
3. Frangens fines qualiter puniatur.
4. Relegatus si noluerit accedere ad ipsam assignatam, non dicitur rebellis.
5. Exulatus a Ciuitate, an possit commorari in villa exempta a iurisdictione Ciuitatis.

- 6 Exulatus si fiat clericus, vel è contra, si frangat fines, quis sit Iudex competens huius fractionis.
- 7 Relegatus si durante confinio moriatur, nõ potest eius cadauer inconsulto Principe ferri in locum, à quo relegatus fuit.
- 8 Cornora delinquentium cur decantur de alta iurisdictione, & sine consensu Præstipis tolli nõ possint.
- 9 Relegatus à Ciuitate non intelligitur relegatus à districtu, secus è contra.
- 10 Ciuitatis nomen quando comprehendat districtum.
- 11 Districtus plus se extendit, quam territorium, & quid importet.
- 12 Territorium quid sit, & an comprehendat mare.
- 13 Barones, an habeant iurisdictionem in mare adiacente eorum territorio.
- 14 Vassallus, qui tenetur seruire domino in bello in eius Regno, an teneatur etiam in bello, quod fit in mare adiacente.
- 15 Extensio, an, & quando faciendã sit in pœnalibus, & quid in pœnalibus, & correctorij simul.

AD DECIS. XXIII.

NVM. 1. residentia) vide D. de Franc. decis. 129. num. 2. Capiblan. in prag. 7. num. 20. de baron. Rouit. in prag. 1. num. 13. tit. de contum.

- 1 mac. vbi scribit, quod nedum tribunalia suprema, quæ resident in Ciuitate Neapolit. hoc faciunt, quia habet iurisdictionem vniuersalem in toto Regno, sed etiam tribunalia inferiora, prout sunt Regiæ Audientiæ Prouinciales, quæ habent iurisdictionem restrictam intra fines decretae prouinciæ, nam ipse licet non possint interdicerè, nisi in ea prouincia, quam officiales ipsi regunt l. relocatorum §. interdicerè. ff. de interd. & releg. tamen possunt clausulam, de qua hic, in decreto apponere, & non dicuntur excedere fines eorum iurisdictionis, quia est sequela pœnæ exilij intra prouinciã. An iudex possit exulare aliquem delinquentem eius subditum extra prouinciã, seu eius iurisdictionem, vel propriam patriam, communis est opinio, quod non, de qua Clar. in §. fin. q. 71. vers. videt ego, licet de consuetudine opinio ista non seruetur, vt testatur ibid. Clar. quem refert, & sequitur Farin. in fragmen. crim. par. 1. v. bannire n. 69. & 70. & n. 72. subdit, quod licet iudex nõ possit delinquentem relegare, siue exulare à loco sibi non subdito, tamen fallit, quando locus nõ subditus iudici exulanti esset locus originis, vel

- domicilij eius delinquentis, tunc potest hoc facere, & post Gomez. de delict. c. 8. rubr. de exil. & relegat. n. 3. ad fin. sequ. Rouit. loc. cit. n. 10. relegat. io aut exilium, an sit pœna corporalis vide Bellon. conf. 99. Rou. in prag. 2. n. 57. de iurisdi. inuic. non turb. relegati Frangentes fines qualiter puniantur Capiblan. in prag. 7. in fin. de baron. relegatus si noluerit accedere ad insulam sibi assignatam non propterea dicitur rebellis Muta in c. Regn. Sicil. 18. in fin. tom. 1. exulans à Ciuitate, an possit morari in villa exempta à iurisdictione Ciuitatis late Bouadill lib. 5. c. 10. n. 31. & exulatus, vel relegatus efficiatur clericus, vel è contra, & frangat fines exilij, quis erit iudex competens huius fractionis vide D. de Franc. decis. 395. Gratian. discip. forens. 226. Murt. de iurisdi. par. 4. cap. 176. confinatus aliquo in loco ad certum tempus si durante confinio moriatur, cadauer nõ potest ante finitum exilium inconsulto principe ad locum transferri à quo relegatus est, vt ibi sepeliatur, secus vero est in eius ossibus Guaz. reor. defens. 33. tit. 27. n. 21. Caball. crim. resol. cap. 83. & cap. 265. corpora delinquentium, cur dicantur de alta iurisdictione, & sine assensu principis tolli non possunt vide Capiblan. in prag. 8 par. 1. num. 72.
- 9 Num. 8. Bart.) verum si exuleretur à Ciuitate non intelligitur exulatus à districtu, secus è contra l. cui pacto de seru. aspor. c. si Ciuitas de sent. excom. vbi videtur contr. Ciuitatis nomen, quando comprehendat districtum vide Ric. in collect. dec. 2680. par. 7. Lel. Caput. in comm. ad consuet. Neap. §. 4. preclud.
- 10 quid importet districtus vide Alex. conf. 54. vol. 4. & plus se extendit, quam territorium Camill. Salern. ad Neapod. in proam. consuet. n. 32. in addit. incip. nota etiam fol. 42. territorium, quid sit, & quæ comprehendantur sub hac voce Decian. resp. 123. n. 17. vol. 3. & venit mare Mangrell. ad Bart. in l. pupillus §. territorium ff. de censib. intellige illi adiacens, & prouide statuta, quæ seruantur in territorio, debent etiam seruari in illo mari coherenti, quia dicitur esse pars illius territorij Garf. de expens. & melior. c. 21. nu. 34.
- 13 Cabed. decis. 56. num. 2. Barones an habeant iurisdictionem in mari territorio adiacenti Masfrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 56. nu. 162. Reg. Constant. in l. unic. n. 37. C. de Class. lib. 11. Muta. in c. Regn. Sicil. 491. tom. 5. Vassallus, qui tenetur seruire domino in bello in eius Regno tenetur seruire etiam in bello, quod geritur in mari adiacenti Aluarot. in cap. 1. col. 2. quib. mod. feud. amitt.
- 15 Num. 12. Bart.) extensio an, & quando faciendã sit in pœnalibus, & quid in pœnalibus,

libus, & correctorijs simul vide Villagut. in tract. de extens. legum rubr. de extens. l. pgnalis respectu mere pena Farinac. in fragmen. p. 1. ver. extensio num. 144. & sequ.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 De delictis actuariorum, & aliorum seruitutium, in exercitio officij commissis, sola Magna Curia cognoscit. Et quid de vulnere actuarium extra eius officium.
- 2 An idem procedat in familia Officialis.
- 3 Actuarius officium debet esse annale, & absolutus in syndicato, poterit continuare ad alium annum, & sic singulis annis reddita ratione.
- 4 Vbi actuarius capitur ad officium per triennium, non tenetur Actuarius stare Syndicato nisi in fine triennij.
- 5 Actuarius syndicanus, non potest discedere a loco, in quo geritur syndicatus, aliis terminus non currit.
- 6 Actuarius non potest esse quis in propria patria, idque duplici ratione limitatur.
- 7 Actuarius non tenetur stare syndicato, quando non est solitum ibi syndicare.
- 8 Actuarius potest solo iuramento suspectus allegari.
- 9 Actuarius debet actitare etiam quando suus officialis procedit uti delegatus.
- 10 Facultas cognoscendi de delictis Officialium Regionum, & Baronaliū, propria Magna Curia, communicatur etiam Regijs Iudicibus.
- 11 Idem procedit etiam contra eos, qui offendit alios officiales intuitu officij.
- 12 Offendens grauiter Officiales, non potest gaudere indulto.

AD DECIS. XXIV.

- N** Vm. 23. Arn.) Adde D. de Pont. in tit. de refut. feud. § 2. num. 11. & cum consensu domini alienatio feudi valida est alias ex constit. constit. diuina memoria improbat, & est nulla Apicell. in alleg. 14. num. 65. de Pont. conf. 14 num. 23. & conf. 22. num. 20. vol. 2. Ann. in rubr. de vassall. decrep. atat. nu. 112. & sequ. sed si esset in alienatione adiecta clausula saluo assensu domini, nec etiam valeret si fuerit traditio subsequuta Borrell. in summ. decis. tit. de feud. num. 46. tom. 1. Frecc. de subf. lib. 2. author 1. num. 9 & 23. & propterea non operatur reservatio assensus tradita possessione, etiam si esset dictum non aliter, nec alio modo de Franch. decis. 267. num. 1. ubi num. 2. id limitat nō procedere, quando emptor, vsque ad sententiam litigaret, propterea si feudum venderetur reservato assensu impetrando, cum iam assensus esset impetratus, valeret si assensus validus esset, ne actus pereat, aut ille assensus impetratus esset nullus, & tunc si alias non impetretur, contractus non valeret ultra Fusc. sing. 26. lit. F. vide Consiliar. Georg. alleg. 5. num. 58. Feudatarius potest sine assensu de fructibus feudi, disponere in vita, non tamen potest sine eo in feudo constituere vltimofructu de Pont. conf. 136. n. 94 95. et 99
- 4 Num. 28 Camer.) Assensus semper est gratia, & etiam in quibusdam casibus in quibus Rex tenetur assentire intelligitur de congruo, & non de rigore iustitiae, quare as-

- sensum denegare non est in iustitiam facere Consiliar. Theodor. alleg. 52. num. 7. qua nam ratione gratia nuncupatur vide D. de Pont. decis. 5. num. 4. & vassallo denegatur ex causa iusta de Pont. de potest. proreg. tit. de assens. Reg. § 2. num. 12. quae est consideranda, ut sit iusta, & probabilis in assensu Maur. alleg. 16 & 18. [in quibus casibus prestandus sit Assensus per Regem vide D. Reg. Lanar. conf. 17. num. 11.
- 6 Num. 38. Cura. fur.) sed si habet dilucida interualla potest testari tempore, quo furor deficit, & quando testatur prudenter, praesumitur testamentum factum tempore dilucidi interualli de Pont. conf. 149. num. 6. tom. 2. vide Cabed. decis. Rot. Lusit. 97. p. 1. Magon. decis. Lucen. 97. & quatenus congruit eius dignitati potest furiosus donare in causam piam de Pont. conf. 146. num. 26. tom. 2. furiosus, & mente captus quomodo differant vide Monach. decis. Bonon. 68. num. 21. & an exequatur ad formam ritus Galter. in prax.
 - 8 instrum. 1. par. 2. par. num. 20. furioso omnia competunt beneficia, quae competunt minoribus Massin. in l. infantis num. 44. C. qui admitti.
 - 9 Num. 41. assentiunt) & in Regno est expeditum per pragmat. 9. cap. ut talis proregi, & Collaterali Consilio sit concessa, nam in assensu concedendo possunt oriri multae difficultates in iure, quas Prorex sine praesudicio Regis, vel partium decidere non posset, absque voto Collateralis Consilij, ad hoc, ut fraudes praesudicia, & laesiones evitentur & licet assensus perficiatur per verbū. Fiat de Franch. decis. 663. num. 2. adhuc tamen non probaret, nisi fuerit reductus in forma Regiae Cancellariae, ut ait Maur. lun. alleg. 71. hoc est firmatum manu Proregis, & Regentium sigillatus, & registratus, & ex privilegio felicis memoriae Caroli V. inter capitula Neapolis anni 1554. in cap. 7 fol. 153 prouisum est, ut Regentes Regiam Cancellariam circa assensus, & res pertinentes ad iustitiam providere possint absque interuentu Proregis.
- In fine de hac eadem materia, & decisionibus desuper factis vide Reg. de Pont. de potest. proreg. tit. de assens. Reg. sup. dot. § 2. nu. 9 & conf. 73. volum. 2. Anell. de amat. conf. 7. n. 34. Rou. in pragmat. 1. de titul. Abus. num. 136. Viscon. in addit. ad Mornil. in constit. constitutionem diuina memor. n. 29. Borrell. in summ. decis. tit. de feud. n. 690 par. 1. Thor. in comp. dec. ver. aestimatio feudi, & in ver. aestimatio feudi legati Fulz. Lanar. in addit. ad repet. D. Reg. Lanar. in cap. p. de success. feud. num. 40. D. Reg. Tap. dec. S. C. 5. n. 9. Jacob. Gall. cōf. 96

- 10 An autem debeat *æstimatio* feudi instituto hærede extraneo, *decisum* fuit negativè in causa illorum de Suriano, cum Sororibus de venato, ut ait *de Pont. in præcit. §. 2. num. 9. Reg. de Curt. in divers. feud. §. multoties concedens num. 103. Consiliar. Theodor. alleg. 80. num. 51.* an autem *æstimatio* feudi, siue ex cambium debeat donatario, cui fuit promissa donatio contemplatione matrimonij, & quid inde *decisum* fuit *Tbor. in dict. compend. vers. æstimatio feudi.* Feudo donato in remunerationem servitiorum, licet non valeat donatio quoad feudum, valebit, tamen quoad *æstimationem*, inspecto valore mercedis servitiorum *Rou. in præcit. prag. num. 16.* an autem hæres in burgenfaticis teneatur ad *æstimationem* feudi, vide *Anna alleg. 126. num. 16.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Vita, & militia à quo, & quibus debeat. Pro ea datur actio hypothecaria.
- 2 Vita militia, an comparetur legitima, alimentis, vel præstetur loco partis hereditaria rei feudalis.
- 3 An iudicetur sicut dos de paragio, & quid differat inter utramque.
- 4 In liquidatione vite militia habenda est ratio fructuum corporum reintegratorum, et quodnam tempus inspiciatur, & n. 8.
- 5 Vita militia debetur secundogenito, etiam si pater illi aliquod feudum reliquerit, vel aliunde sit dives, & n. 10.
- 6 Vita, & militia quantitas, an determinata sit.
- 7 Debetur spurijs, Clericis, & Monachis.
- 9 Secundogenitus non tenetur contribuere in solutione adoba, vel alterius servitij à primogenito præstandi.
- 11 Compromissum, an possit fieri de vita, & militia.
- 12 Secundogenitus in feudo per patrem empto habet electionem consequendi partem pretij, vel vitam, & militiam.
- 13 Sententia declaratoria, an requiratur in crimine rebellionis respectu vita, & militia.
- 14 Vita militia potest filius priuari propter ingratitude contra patrem, non autem contra fratrem.
- 15 An in liquidatione vite militia femine faciant partem.

AD DECIS. XXXVI

- 1 **V**ita, & militia à primogenito debetur secundo genito, & aliis fratribus *Minad. conf. 1. Petr. Gregor. de vit. & milit. q. 1. Mastrill. decis. 85. num. 14.* debetur primogenito, qui se inhabilem reddit ad feudi successionem *de Frac. decis. 20.* & pro ea datur actio hypothecaria *de Franch. decis. 714. Ricc. collect. 26.* debetur filio nato ex secundogenito, quando pater prior mortuus est in vita aui *de Franch. decis. 542. Georg. alleg. 9. num. 24. Mastrill. decis. 165.* sed quando secundogenitus in vita habet vitam, & militiam, ad suos etiam hæredes eo mortuo non transmittit *D. de Franch. decis. 525. num. 24. Molfes. conf. 9. num. 22.* cui comparetur vita militia, legitimæ an alimentis, vel præstetur loco partis hereditaria rei feudalis, in qua ex iure longobardorum secundogeniti, cum primogenitis æqualiter succedunt *vide Giurb. decis. 24. num. 24* ubi concludit, quod quomodocunque accipiatur est onus feudi *vide Borrell. in sum. decis. tit. 40. num. 11. 12. & 13. par. 1.* an iudicetur sicut dos de paragio, quoad alienationem feudi *vide Franc. Milan. decis. Sicil. 5 num. 37. lib. 1. Mastrill. decis. 218. num. 20. 44 55. & 63.* [differentias inter vitam, & militiam, & dotem de paragio enumerat *Petr. de Gregor. tract. de vita, & milit. q. prima, & 11. Anton. de Amato. resol. 2. à num. 42. ad 45 D. Reg. Tap. in decis. S. C. 14 nu. 29. 30. 31. & 32.*] quale tempus inspiciatur in liquidatione vite, & militia *vide D. de Franch. decis. 61* & in liquidatione vite, & militia est habenda ratio fructuum corporum reintegratorum idem *de Franch. decis. 61. Ricc. collect. decis. 2265. par. 6.* & debetur secundogenito, licet pater reliquerit aliquod illi feudum *Affl. decis. 138. sub num. 2. & 6.* & debetur secundogenito posito, quod sit dives *Intrig. de feud. cent. 1. q. 57. num. 20. Staiban. conf. 2. num. 4.* semel data amplius non debetur *Georg. alleg. 8. num. 21. & 23.* vite, & militia quantitas, an determinata sit *vide Intrig. in dict. quest. 57. num. 16. & 17.* deberi filio spurio, fuit iudicatum in Senato Siculo *Mastrill. decis. 85.* debetur etiam in Regno clericis in sacris constitutis *de Pont. de potest. proreg. tit. de Assens. Reg. §. 4. num. 28.* & monacho religionem capacem ingresso *Molfes. conf. 9 n. 4.* non debetur in linea Collaterali *Consiliar. Theodor. alleg. 20. n. 8. & 20.* quoad vitam, & militiam taxandam considerantur fructus tempore mortis feudatarii *de Pont. conf. 79. num. 2.* Secundogenitus non tenetur

- tur contribuere in solutione adhoæ, vel alterius seruitij à primogenito præstandi *Rou. 10 in pragm. 24. num. 4. de feud. debetur secundo genito in aliis feudis esto, quod à patre fuerit ei legatum vnũ feudum Maur. alleg. 11 28. num. 11. part. 2. compromissum de vita, & militia, an fieri possit vide Minad. decis. 3. Anna in repetit. constit. constitutionem diuam 12 memorię num. 248. & 285. secundo genitus in feudo empto per patrem habet electionem consequendi partem pretii, vel vitam, & militiam *Andr. in 9. præterea ducatus in addit. de probib. feud. alien. per feder. & rationem, ob quam debeat ista pars pretii refert Camill. de Medic. conf. 124. num. 8. 9. & 10. & pars pretii non debetur secundo genito pro quãtitate, qua fuit feudum emptũ, sed æstimatio, seu valor ipsius attentò tempore mortis Anna. conf. 26. sententia declaratoria, an requiratur in crimine rebellionis respectu vitæ, & militiæ vide Reuert. de 14 cis. 5. tom. 2. in manuscrip. vita militia potest filius per ingratitudinem commissam contra patrem, vel alium, cui succedit priuari, licet non per ingratitudinem cõtra fratrem *Lel. Caput. ad consuet. Neap. si moriatur par. 2. §. 3. num. 16. [an in liquidatione vitæ militiæ femine faciant partem Tap. decis. 5. C 45.***

Didac. de Mari.



SV M M A R I V M.

- 1 Ecclesia potest cogere vicinum ad vendendam domum pro ampliacione, non tamen potest cogere alteram Ecclesiam. Et quid si domus esset subiecta fideicommissò, vel antiqua in familia.
- 2 Claustrum, atrium, porticus, ambitus, dormitorium, septa, & tota fabrica gaudent immunitate Ecclesiæ.
- 3 Et oratorium auctoritate Episcopi constructum.
- 4 Delinquentes spe gaudendi immunitate Ecclesiæ, an si ad eam confugiant, inde extrahi possint, et quibus coniecturis hic animus probetur.

AD DECIS. XXXVII.

- 1 **E**cclesia etsi possit cogere vicinum ad vendendam domum pro eius ampliacione *Mart. de iurisdic. p. 4. cas. 171. Genuen. in practicab. Eccles. quest. 241. Rot. in vna pratens. demolitio-*

nis domus Veneris 29. Februarij 1608. corā Manzanedo, vbi quod etiam si non sit contingua Ecclesiæ, sed adsit via intermedia tamen si ageretur pro erigenda Ecclesia de nouo nõ potest cogere alteram Ecclesiam, vt vëdat ei partem prædij pro eius ampliacione Valen. conf. 18. & fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neap. licet contrarium decisum dicat Mastrill. decis. 280. par. 3. Ecclesia potest cogere possessorem domus subiectæ fideicommissò, vt illam sibi vendat pro eius ampliacione, & si possessor non tenetur illam tradere nisi in tempore, quo est proprie erigenda Ecclesia, vel amplianda. Nouar. quest. foren. 18. cent. 1. & in prax priuileg. miser. person. priu. 64. num. 4. & 6. nec poterit Ecclesia cogere vicinum ad sibi vendendum domum suam antiquam in familia vt decedit Rot. Rom. in causa Palatii de Comit. Lunæ 16. Ianuarii 1612 coram R. P. Da masceno [vendere quando quis rem propriam cogi possit, & quid obseruandum, tunc sit vide Giurb. decis. 86. Carot. dec. 26.] p ampliacione circuitus Monasterii, seu Ecclesiæ cogitur, quis vendere domum suam Cabed. decis. 105. n. 10. Ricc. decis. 68 par. 4.

- Num. 11. vt ibi) adde Farinac. de immunit. 2 Eccles. num. 268. claustrum atrium porticus ambitus, dormitorium, septa, & tota fabrica, Ecclesiæ gaudet immunitate Cardinal. Tusc. præf. concl. in ver. Ecclesia quest. 9. nu. 3. & 7. concl. 20. per tot. Franc. Suar. de stat. 3 relig. lib. 3. cap. 9. num. 7. & 9. oratoriũ gaudet immunitate Ecclesiæ, si auctoritate Episcopi constructum fuerit, secus si priuatum, & priuata auctoritate fabricatũ Mar. Ital. de Immunit. Eccles. cap. 4. §. 4. per tot. ad quæ loca Ecclesiarum immunitas, quo ad effugientes ad eam extendatur vide Farin. in 4 pract. tract. cap. 17. delinquens spe gaudendi immunitate Ecclesiæ, si ad eam confugiat an extrahi inde possit, & quibus coniecturis probetur eius animus vide Giurb. conf. 90. Gratian. discept. foren. 619.*

Didac. de Mari.



SV M M A R I V M.

- 1 Priuatorum domus dirui, & noua ædificia prohiberi possunt pro ampliandis vijs, aut etiam pro alio ornatu Ciuitatis, & collata imponi soluenda ab ijs, qui inde commodum sentiunt.
- 2 Vicinus pro tuitione suæ domus potest diruere domum vicini ob incendium. Et an vicinus

cinus vicino de incendio teneatur.

3. Clerici à suis Iudicibus compellendi sunt ad refectorem pontium, & viarum.
4. Quando teneantur ad solutionem gabella imposita ob publicam necessitatem, vel utilitatem.
5. An sine auctoritate Summi Pontificis possint contribuere in oneribus concernentibus pietatem communem.

AD DECIS. XXXVIII.

1. **E**xtende etiam, vt pro viis ampliandis, noua porticu extruenda ad ornatum Ciuitatis domus priuatorum dirui possunt prohiberi ædificia, collectæ imponi, & sunt soluendæ ab omnibus, qui commodum in ea re sentiunt *La nar. cons. 4. Auendan. de exequen. mand. p. 1. cap. 19. num. 29. ea ratione, quia attenditur publica utilitas, vt fuit practicum in anno 1620. in Ciuitate Neap. in ampliatione plateæ S. Lucie Maris, vbi dirutæ fuerunt nonnullæ domus priuatorum pro ampliatione illius ad ornatum Ciuitatis, soluto tamen pretio dominis à complateariis tempore Gubernii Illustris. Cardinalis Borgia Generalis Locumtenentis Regni, & idem practicum fuit de anno 1624. in noua ædificatione ianuz, quæ vulgo dicitur Porta Alba.*
2. *Num. 6. Bart.) vicinus, an vicino de incendio teneatur vide Gail. obser. 22. par. 2. vicinus pro tuitione suæ domus potest diruere domum vicini ob incendiū Viu. decis. 150. de incendio, quando quis teneatur ciuilitate, vel criminaliter vide Mart. in compen decis. tom. 2. cap. 11. late post Farin. cum lauit Petra ad Gram. decis. 3. Reg. Reuert. in decis. 26. tom. 1. in manuscript.*
3. *Num. 8. Capol.) ad refectorem viarum, & pontium clerici sunt quoque compellendi à suis iudicibus de Pont. tit. de regal. imposs. §. 1. num. 62. & quando tenentur ad solutionem gabellæ, vel collectæ, quæ imponitur pro necessitate, vel utilitate communi vide Carol. de Grass. in tract. de effect. cleric. effe. 3.*
6. *num. 200. cum plur. sequ. in oneribus Ciuitatis concernentibus pietatem communem, an possint contribuere sine auctoritate Summi Pontificis Genuen. in practicab. Eccl. q. 646.*

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

1. *Venditor rei sibi specialiter obligata, in venditione, quando præferatur creditoribus anterioribus.*
2. *Quot modis censeatur inducenda specialis hypotheca, licet de ea nulla fuerit facta mentio.*

AD DECIS. XXXIX.

1. **N**um. 4. Vital. adde Io. Dom. Gait. in tract. de credit. cap. 4. q. 11. num. 1218. & sequ. Tbor. in compend. decis. ver. creditor fol. 130. vbi de cisionem nouissimam refert par. 1. Venditor rei super ipsa præfertur etiam creditoribus anterioribus, quando specialiter rem venditam obligauit in venditione durante tempore satisfactionis, alias secus de Pont. dec. 4. num. 46. Morl in emptor. iur. par. 1. tit. 9. ff. de contraben. empt. in princ. nu. 100. & sequ. Morot. resp. 54. nu. 4. Griuell. decis. senat. Dolan. 56. num. 4. Dom. præs. de Franch. dec. 506. num. 4. & 5. vbi dicit valere pactum, quod solutione pendente non transferatur dominium rei venditæ, quando venditor præferatur in re vendita anterioribus creditoribus pro pretio ipsius recuperando, vide Gail. obser. 15. lib. 2. vbi refert plures casus Hartam. lib. 2. ca. 16. tit. de credit. Gomez. Leo decis. 61. in decis. diuers. & ad hoc, vt creditor in mercibus emptis sua pecunia aliis præferatur, debet specialiter ad hoc ementi pecuniam dare, & ipse specialiter obligationem & hypothecam super emptis procurare, Gail. obser. 12. lib. 2. Franch. Marc. decis. 919. num. 3. par. 2. Gratian. discept. Foren. 670. & vide Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 23. Barbof. in l. si cum dotem § fin. nu. 34. ff. sol. matr. quot modis censeatur inducenda specialis hypotheca licet de ea nulla mentio facta fuerit vide Ricc. in collect. decis. 680.
2. [In fin. Adde videndum ad ornatum huius decis. Pontanell in tract. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 2. num. 38. cum seq. tom. 2.]

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

1. *Tertius comparans in iudicio ad credendum, vel infringendum, qualiter audiat, & quando ei beneficia concedantur, et quando impediatur causa expeditionem, & n. 8.*
2. *Ter-*

- 2 *Tertius veniens ad causam, an pro suo interesse possit dicere de nullitate sententiae.*
- 3 *Tertius de dominio, & possessione se opponens aduersus agentem creditorem, an impediat instrumenti executionem.*
- 4 *Tertio quando noceat sententia.*
- 5 *Tertius quando omnino auctor in iudicio efficiatur.*
- 6 *Tertius in causa comparens, an possit inter litigantes petere, ut supersedeatur in causa.*
- 7 *Tertius, an possit opponere declinatoriam fori, aut dilatoriam.*
- 9 *Tertij comparentis, & principalis eadem est instantia.*
- 10 *Tertius in causa, an citari debeat ad omnes actus.*
- 11 *Tertius potest, inuito principali, declarare ab eo ignorata, & iudicem pro suo interesse recusare.*
- 12 *Termini ad petendum beneficium post publicationem, aut conclusionem in causa, sunt obseruandi; etiam à tertio oppositore.*

AD DECIS. XXXX.

- T**ertius cōparēs in iudicio ad coadiuuandum, vel infringendum qualiter audiatur vide *D. de Pont. conf. 156. num. 3. & 4. vol. 2. Cancer var. resol. par. 2. cap. 16. de cert. opposit. Cost. de re integr. dist. 95. Camil. Larath. conf. 113. Gratian. discept. foren. cap. 439. Imbrian. de 1. & 2. benef. consider. 6. & consid. 9. num. 94. cum sequ. Giurd. decis. 1. tertio in causa comparenti quando beneficia concedantur Fab. Ann. conf. 97 num. 10. quādo impediatur causa expeditionem præcipue dum ius suum excludit prætensionem aduersarii vide *D. de Pont. in præcit. conf. 156. nu. 5. & 15. vbi declarat tex. in l. 1. a quo ff. de rei vendic. & decisionem D. de Franch. 261. late Menoch. conf. 488. vol. 5. Ricc. collect. 619. Apicell. alleg. 9. n. 37. & 38. Castill. decis. 89. An tertius veniens ad causam possit pro eius interesse dicere de nullitate sententiae vide *Vin. decis. 495. in fin. Castill. decis. 78. Georg. alleg. 26. Tertius de dominio, & possessione aduersus agentem creditorem se opponens, an instrumenti executionem impediatur vide Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 51 cum sequ. Cartar. decis. 47. Cancer. par. 3. resol. cap. 17. de sent. & exeq. num. 436. Giurb. decis. 62. Couar. præf. 99. cap. 16. tertio quādo noceat sententia vide Borrel. in summi. decis. tit. 30. à num. 275. vsque ad num. 291. par. 2. Ruginell de appell. §. 2. cap. 1. Seraphin. decis. 1422. num. 6. tertius quando omnino***

- auctor in iudicio efficiatur *Polid. Rip. sing. obser. 101. num. 6. Tertius comparens in causa, an possit inter partes litigantes petere, ut supersedeatur in causa, distinguitur, quod si tertius comparens prætenderet eodem iure, sicut colligator, tunc erit in causa supersedendū, & ita in Reg. Cam. Summ. decisum fuisse tradit Anna. alleg. 76. num. 6. & 7. & si postea facta relatione in Collat. Conf. in causa in qua subintravit fiscus fuerit decisum, quod procederetur ad expeditionem causae inter partes saluis iuribus Regii Fiscus de Franch. decis. 261. sub num. 14. & forte, quia diuerso iure fiscus subintraverat in illa causa, & sic concordantur decisiones ipse Fab. Anna. conf. 97 num. 14. Muscat. in prax. S. C. lib. 1. par. 3. glos. mentionatarum n. 12. Tertius, an possit opponere declinatoriam fori, aut dilatoriam fuit per M. C. V. decisum negative Anna. alleg. 76. num. 3.*
- 8 Tertio non concedit S. C. beneficia, quando constat de iure non suo Gallup. in prax. S. C. par. 2. cap. 29. num. 16. vbi decisionem refert præclusa via principali præclusa intelligatur tertio ad causam venienti Honded. conf. 25. num. 12. 17. vol. 1. Cabellin. milleloq. 983. & eadem est principalis, & tertii in causa comparentis instantia Cardin. Tusc. 10 præf. concl. tom. 4. lit. 1. concl. 211. Tertius comparens in causa, & liti assistens ad iudiciales actus omnes, an citari debet Cartar. 11 decis. 56. nu. 6. cum seq. Tertius inuito principali ab eo ignorata declarare potest Caualc. decis. 54. num. 25. & 2. part. 4. & potest pro suo interesse iudicem recusare Masul. ad Capic. decis. 107. num. 4.
- Num. 15. concedenda) & in terminis nouellæ Regiæ Pragmaticæ loquentis de termino petendi primum, & secundum beneficium est aduertendum, quod illi termini præcisi ad petendum beneficium post publicationem, aut conclusionem in causa sunt obseruandi non solum inter partes principales, quæ sunt principaliter in iudicio, sed etiam respectu tertii oppositoris, qui pro suo interesse postea in iudicio comparuisset, nā hic tertius non potest habere maius priuilegium, vti minor, quam haberent ipsimet principales litigantes minores, ita pulcre in consimili lege tradit Gutier li. 1. q. 86. in fin. faciunt tradita per Fab. Anna. conf. 97 nu. 7. & conf. 98. Giurb. decis. 1. quidquid in contrarium hic decisum referat auctor, vbi apparet non fuisse digestas rationes ab Anna. adductas, conuenit etiam Andr. Gail. obser. 71. in fin. lib. 1.

Didac. de Mari.

67M-

SVMMARIVM.

- 1 Conclusio facta, an possit aliquid à partibus produci.
- 2 Terminus ad examinandum testes pro verificatione scripturarum privatarum, an sit concedendus post conclusum in causa.
- 3 Conclusio facta cum reservatione, quid operetur, & an in dubio censeatur facta reservatio.
- 4 Terminus ad impugnandum scripturas presentatas, & contenta in eis ante conclusionem causae, an sit concedendus.
- 5 Terminus ad cōcomitantiam scripturarum & apodixarum trino teste notarum, an sit concedendus post conclusum in causa.
- 6 Depositio principalis, quando peti possit post conclusionem in causa.
- 7 Responsurus positioni in Regno quando habeatur pro confesso.
- 8 An detur appellatio à decreto, quo quis declaratur pro confesso.
- 9 Positiones notorie impertinentes, sum rejicienda, quid de dubijs.
- 10 Positioni, qua detegeretur propria turpitudine, item positioni negatiua, & positioni cōtinenti factum alienum, an teneatur, quis respondere.
- 11 Principalis interrogatus super positionibus alterius partis, qualiter debeat respondere.
- 12 Si citatus ad recognoscendum, recognitionē impediatur, aut se opponat, an stet scriptura non recognita.
- 13 Debitor citatus ad recognoscendum, potest debite se opponere, etiam post sententiam.
- 14 Scriptura priuata recognita, quomodo exequatur contra debitorem.
- 15 Cognitionis scriptura priuata per confessionē inducit plenam probationem etiam contra heredes, & singulares successores.

AD DECIS. XXXXI.

Nvm. 1. de fide instrum.) conclusio regulariter os claudit partibus, vt nihil aliud producere valeant Nat. conf. 151. in fin. vol. 1. & effectus conclusionis refert Borrell. in summ. decis. tit. 26 num. 98. & sequ. tom. 2. in causis summarijs sine dubio potest fieri interrogatio conclusione facta, nō solum ad ipsius iudicis informationem, sed etiam ad partis petitionem, & instantiam, & etiam repetere testes Andr. Gail. obser. 107. num. 6. lib. 1. Borrell. conf. 53 Coler. decis. German. 119. Ofase. decis. 10 num. 6. Num. 5. Affl. in decis.) adde Ricc. in collect.

- decis. 85. & 1034. Campanil. ad Oliu. in rit.
- 2 Cur. Archiep. Neap. 33. num. 10. terminus ad examinandum testes pro verificatione scripturarum privatarum, an sit concedendus post conclusum in causa in qua fuit reservata productio scripturarū, fuit decifum, quod non ex quo erit intelligendum de scripturis publicis non privatis nullam fidem facientibus Affl. dec. 272. de Franch. decis. 631. Reg. Tap. in prag. 14. incipiente post cōclusionem de ordine iudiciorum Muscat. in prax. S. C. lib. 1. par. 7 glos. presentatas num. 8. conclusio facta cum reservatione, quid operetur, & in dubio, an intelligatur facta reservatio vide Galup. in prax. S. C. par. 2. cap. 27 num. 9. terminus ad impugnandum scripturas presentatas ante conclusionem in causa, an sit concedendus, fuit decifum, quod ex causa poterit iudex illum concedere, pro vt in occurrentibus casibus fuisse obseruatum annuit Vrsill. ad Affl. decis. 115. num. 2. Vis. in Sylu. comm. opin. 896 num. 13. terminus ad impugnandum scripturam circa cōtenta, an concedi debeat, distinguitur, aut contentum in scriptura fuerit enunciarum in libello, & reus poterit se defendere, tunc post presentationem scripturæ non datur alius terminus, sed quando non esset enunciatum, & scriptura adduceret aliquid noui dabitur terminus ad defendendum, & ita fuit decifum in S. C. Anna sing. 502. Castill. decis. Sicil. 57. num. 10. terminus ad cōcomitantiam scripturarum, an sit concedendus fuit bis in S. C. & R. C. decifum, quod sic, licet postea in R. C. contrarium fuerit decifum Anna sing. 503. Muscat. in prax. glos. presentatas num. 15. terminus ad concomitantiam apodixarum trino teste notarum, an sit concedendus post conclusum in causa Vrsill. decis. 272. tenet, quod sic, & in fine tradit in facto proprio fuisse per S. C. post conclusum in causa in apodixis presentatis datum terminum quatuor dierum, vt presententur articuli, quod si ipsi fuissent parti relevantes circa probationem probatio ipsa admitteretur, quod postea non fuit necessarium, nam apodixæ vere non negabantur, cum citat de Franch. decis. 631. improbando decifionem ipsam annuens vidisse processum in fonte, & S. C. inclinasse in dationem termini, quia in scripturis priuatis presentatis aderat aliquæ publicæ, quæ egebant concomitantia.
- 6 Num. 6. interrogari) depositio principalis non potest peti, nec concedi post conclusionem in causa, nisi super actis gestis post conclusionem, si calumniose petitam esse iudici non videbitur, vt in prag. 77. §. 7. de offic.

- offic. S. C. secundum nouissim. recopilat. anni*
 7 1623. responsurus positioni in Regno, quādo habeatur pro cōfesso *vide Carau. in rit.*
 8 119. an detur appellatio à decreto, quo quis declaratur pro cōfesso *vide Borrell. in summ. decis. tit. 1. num. 97. 102. & 103. tom. 2.*
 9 positiones notoriæ impertinēte, sunt reijciendæ, sed si sunt dubiæ admittuntur saluo iure impertinentium, & non admittendorū
 10 *Triuis. decis. 4. num. 3. lib. 1.* positioni in qua detegeretur turpitudine sua, quis respondere non cogitur *Magon decis. lucen. 25. num. 30.* positioni negatiuæ, quando, quis respondere cogatur *vide Franch. Hercul. in tract. de negat. num. 209.* positioni continenti factum alienum, quando, quis respondere tenebitur *Nact. conf. 59. num. 2. & conf. 121. num. 11. vol. 1.* principalis tanquam melius sciēs veritatem interrogatus à Iudice super positionibus alterius partis non tenetur respondere per verbum veritatis affirmatiuum, vel negatiuum, sed respōsio fit per verbum credo, vel non credo, & ita praticatur in palatijs Regn. Neap. in ciuilibus per prag. incipien. quinta die de ordin. Iudic. sed in criminalibus, reus tenetur respondere per verbum veritatis assertiuium *Baiar. ad Clar. q. 6. num. 14.*
Num. 12. recognoscere) adde Rouit. in prag.
 12 13. *sub num. 6. de ordin. Iudic.* citatus ad recognoscendum, si indebite recognitionem impediatur, & iniuste se opponat, in sui odiū, stabitur scripturæ non recognitz; secus vero si debite se opponat, quæ oppositio fit in omni parte iudicij *Gratian. discept. Foren. tom. 2. cap. 330. num. 18. & 19. & cap. 551. num. 37. tom. 3.* debitor citatus ad recognoscendum, poterit debite se opponere etiam in allegationibus iuris, & post sententiam *Gratian. discept. Foren. tom. 4. cap. 677. num. 10. 11. & 12.* scriptura priuata recognita quomodo exequatur contra debitorem *vide Nicol. genu. de script. priu. lib. 1. concl. 1. Gait. in tract. de credit. cap. 2. tit. 8. nu. 3036.*
 15 cum plur sequi recognitio scripturæ priuatæ per confessionem, plenam inducit probationem, etiam contra hæredes, & singulares successores *Mascar. de probat. conclus. 109. num. 3. 1301.*

Didac. de Mari.



SVM MARIVM.

- 1 *Tempus inuentarij conficiendi quando cur-*
rat.

- 2 *An sit de forma inuentarij, vt inchoetur intra triginta dies.*
 3 *Dies ad conficiendum inuentarium, an sint utiles, vel continui.*
 4 *Interrogatus an sit hæres alicuius, intra tempora conficiendi inuentarium, non potest conueniri, nec cogi ad respondendum.*
 5 *Inuentarium, an sit conficiendum sumptibus totius hereditatis quando plures, sunt instituti hæredes.*
 6 *Quibus modis fiat citatio in Regno.*
 7 *Citatio facta marito in domo, ubi habitat eius uxor, an valeat, vel è conuerso.*
 8 *Quid in feudatario in loco, ubi habet feudum.*
 9 *Citatio quæ fit Neapoli, quando exigit solemnitates.*
 10 *Citatio extra Regnum contra rebelles, quomodo fiat.*
 11 *Exterus an possit citari per edictum.*
 12 *Citatio per edictum, quando, & qualiter debeat fieri.*
 13 *Citatio generalis, an sufficiens sit pro cursu causæ.*
 14 *Citatio pupilli, quomodo sit faciendæ.*
 15 *An requiratur citatio, quando experti referunt*
 16 *An, & quando debeat, quis citari in præambulo.*
 17 *Citatio an requiratur in interdictione bonorum, & in agnitione bonorum possessionis.*
 18 *Non principales, an sint citandi.*
 19 *Citatio an, & quando, & in quibus requiratur.*
 20 *Hæres absens, quo pacto iudicetur, vt habeat tempus anni ad inuentarium.*
 21 *Tempus ad faciendum inuentarium non potest à Iudice minui, vel alterari.*

AD DECIS. XXXXII.

- 1 **N** Vm. 6. Doct.) tempus inuentarij conficiendi currit ab adita hereditate *Gratian. discept. Foren. cap. 563. num. 27. & 28.* limita si aditio dilata sit dolo malo hæredis *Ant. Fab. decis. 9. C. de iure delib. & in decis. 10 hoc sublimitat, & vide Crass. in tract. de hered. inuent. q. 251. limita in actione reali de Franch. decis. 352. limita fauore piæ causæ Maynar. decis. 51. lib. 4. Cauall. præf. quæst. 814. ubi pro rebus male ablatiis posse conueniri, ait infra dictum tempus. Limita pariter fauore alimentorum *Surd. de alim. priu. 11. num. 4*
 2 *Coler. de alim. lib. 1. cap. 15. num. 99.* non est de forma inuentarij, vt inchoetur intra triginta dies dummodo finiatur intra tempus datum*

datum à lege Papon. lib. 2. tit. 10. arrest. S. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 2. num. 19. & 20. dies ad conficiendum inuentarium, an sint utiles, vel continui vide Phanuc. de hered. inuent. q. 238. num. 17. & 18. si quis interrogatur, an sit hæres alicuius, & est intra tempora conficiendi inuentarium non potest, nec conueniri, nec cogi ad respondendum. Rol. à Vall. in tract. de inuent. cap. 71. Causale. decis. 7. nu. 27. par. 1. inuentarium an sit conficiendum sumptibus totius hæreditatis, quando pluribus hæredibus institutis vnus adit, sub beneficio inuentarij, alij vero pure, & simpliciter vide Griuell. decis. 17.

Num. 16. constit. late Affl. num. 13. & vide Didac. Perez. ad leg. part. tit. 2. lib. 3. ordin. q. 3. quibus modis fiat citatio in Regno vide Gallup in prax. S. C. p. 2. cap. 2. citatio ad domum debet fieri in Regno in loco solitæ habitationis, & quando sic intelligatur facta de consuetudine vide D. de Franch. decis. 7. 322. num. 3. & 4. citatio facta à marito in domo, vbi habitat eius vxor, an valeat, vel è conuerso, vide Menoch. lib. 2. præsumpt. 27. & quid in feudatario in loco, vbi habet feudum Rot. in rubr. de citat. nu. 19. citatio, quæ sit intra Ciuitatem Neap. non exigit sollemnitatem testium, nisi in citatione, quæ sit contra inquisitionem ad capitula de Franch. decis. 10. 560. citatio extra Regnum contra rebelles quomodo fiat vide Mornil. in constit. edit. 11. Clorum, an exterius possit citari per edictum, 12. vide Risc in decis. 199. par. 3. citatio per edictum ad hoc, vt liget debet fieri ex causa necessitatis Risc decis. 405. par. 4. citatio edictalis ob incertitudinem loci poni debet in Ecclesia, idèque procedit si in longinquis partibus esset citandus conuentus Risc. in collect. 828. vbi sic decisa refert. Citatio edictalis quoties ageretur de iure ad rem, vt in præsentato ex vi iuris patronatus aliquorum ad aliquod sacerdotium altare, sufficit fieri ad Ecclesiam Risc. in præd. collect. 13. vbi sic decisa refert. Citatio generalis, an sufficiens sit pro cursu causæ decisa fuit 14. affirmatiuè Risc decis. 3. par. 1. Citatio pupilli quomodo sit facienda Ann. in sing. 394. 15. an requiratur citatio, quando experti referunt Anna in sing. 78. citari non debet, quis de consuetudine in præambulo Anna in alleg. 19. num. 13. fallit tamen in casu, vt not. 17. num. 15. vide D. de Franch. decis. 204. an requiratur in agnitione bonorum possessionis vide D. de Pont. conf. 20. citatio an requiratur in interdictione bonorum, & quid in notorio vide D. de Pont. conf. 42. num. 35. 36. 18. & 44. citandi non sunt hi, qui non sunt principales, licet in consequentia litis definitio

attingere potest Fab. de Anna in conf. 18. m. 19. 23. citatio an, & quando, & in quibus requiratur vide Risc. in decis. 289. par. 4.

In fin. hac decisionem sequitur Thesaur. 20. quest. Foren. 82. lib. 4. hæres absens, quo pacto iudicetur, vt habeat tempus anni ad inuentarium vide Sebastian. Montic. de hered. 21. inuent. q. 234. num. 67. tempus ad perficiendum inuentarium ita est pro forma traditum quod non potest à iudice minui, vel alterari Rip. in l. 2. n. 23. C. de rei vendic. & an cutrat minori vide Grass. de hered. inuent. q. 251. m. 3. Dida. Spino in cod. tract. q. 275. num. 39. & 31. Fontanell. de pact. nupt. 10. 1. claus. 4. gloss. 5. num. 45. tom. 2.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Mutus, vel alius imperfectus, quando excluditur à feudo, tunc ei debentur alimenta.
- 2 Feuda obtenta pecunia, non conferunt dignitatem.
- 3 Delictum vassalli an noceat agnatis, ita ut feudum reuertatur ad Dominum.
- 4 Delictum partis an noceat filiis in feudo.
- 5 Vassallus in Regno non tenetur prestare seruitium personale, nisi requiratur.
- 6 An, & quando teneatur adiuvare Dominum in bello.
- 7 Vassallus an dicatur rebellis si protestatus fuit cum Domino de mora commissa in remunerando seruitia.
- 8 Rebelles in quas penas incurrant.
- 9 Iuramentum fidelitatis si remittatur, adhuc debetur fidelitas.
- 10 Feudo concesso, an veniat seruitium.
- 11 Fidelitas est de substantia feudi, & non seruitium.
- 12 Pactum, quod vassallus non cadat à feudo ob felloniam, est nullum.
- 13 Pactum contra substantiam feudi facit, ut contractus non sit feudalus.
- 14 Adoba non diminuit liquidationem paragii nec vitam militiam.
- 15 An sit onus feudi, & ad quem spectet eius solutio, & an si remittatur per Regem Baroni, eius subfeudatarij per hoc sint exempti.
- 16 Onus soluendi adobam inest contractui, & est onus reale ipsius feudi.
- 17 Adoba diuersimode soluitur, iuxta diuersas feudorum qualitates.
- 18 An solvatur per proprietarium, an per usufructuarium.

19 Cl-

- 19 Clerici, & milites Hierosolymitani, an succedant in feudis.
 20 Feudum pro annua præstatione concessum ad Monasterium capax in communi spectat, quoad commoditatem viuentis Monacho.
 21 Vita militia relicta secundogenito Monacho acquiritur Monasterio.

AD DECIS. XXXXIII.

- 1 **V** Ide quæ in eademmet facti contingentia scripsit Camill. de Medic. conf. 30. Reg. Tap. in 2. par. Iur. Reg. rubr. de offic. Staiban. conf. 39. Martin. de Silim. de feud. num. 205 tom. 2 par. 1. tract. Mantis. de tacit. & ambig. lib. 23 tit 10 num. 29. 33. & sequ. & quâdo mutus, vel alius imperfectus excluditur à feudo, tunc ei debentur alimenta Mastrill. decif. 85. n. 10 & 34.
 2 Num. 16. Seifell. feuda, & dignitates sunt venales hodie, licet de iure gratiose, & ob merita concedi debeant Capiblan. in rub. de Baron num. 11. & pecunia obtenta non conferunt veram dignitatem, nec propie feudi concessio dici poterit Bal. in proem. de feud. & vide pro veritate Consiliar. Georg. in repet. feud. cap. 34.
 3 Num. 18. Glos. delictum enim vassali agnatis nocere non debet, ita quod propter delictum feudum non reuertatur ad dominum, nisi delictum vassalli directum sit commissum contra dominum, nam tunc eis noceret et. à in feudo paterno, nam in feudo nouo nullus dubitat, quia non nocet, ita Cardin. Paris. conf. 21. a num. 51. ad 54. vol. 5. an autem delictum patris noceat filiis in feudo late Dec. conf. 445. num. 68. vol. 3. sed melius omnibus loquitur etiam respectu agnatorum, tum ob delicta commissum in dominum, vel in alios, tum etiam in feudo hæreditario, vel ex pacto Reg. de Curt. in diuers. feud. §. nunc altera num. 39. cum seq. Rou. in pragmat. 1. de bon. prodit. num. 97. cum sequ. Reg. Valenz. pro Roman. Pontif. contra Venet. par. 5. num. 86. & sequ.
 Num. 24. Inuest. vide Consil. Georg. in repet. feud. cap. 56. num. 19. vassallus in præsentia Regno tenetur personale seruitium præstare, si specialiter de hoc requiritur alias sufficit præstare adoham, & ita semper fuisse obseruatum testatur Theodor. alleg. 51. n. 25. late Reg. de Curt. in diuers. feud. §. cit. igitur tenetur adiuuare dominum pro bello extra Regnum de Pont. decif. 3. n. 10. quâdo bellum est susceptum, pro tuitione, & defensione ipsius Regni, vel aliorum Regnorum

- eiusdem Principis Reg. Constan. in l. vnic. n. 160. C. de Classif. lib. 1. num. 161. declarat, & vide Reg. de Pont. de potest. proreg. rubr. de regal. imposit. licet tenetur domino seruire, non tamen tenetur vitam domini præferre suæ Reg. Tap. decif. 23. num. 87. an feudo priuandus sit dum tenetur etiam consilio dominum iuuari, & inimicum Regis litteris exhortatorialibus iuuare, fuit in Collaterale Consilio decisum, quod sic in contingenti casu in personam Antonij Grisoni Minad. in constit. iu aliquibus ver. Comitum, & Baronum num. 46. an dicatur periurus, & rebellis, vt puniri possit, si protestatus fuisset cum domino de mora commissæ, non remunerandi eius seruitia, & conuersatione habita cum inimicis Regis, concluditur, quod circa quarimoniam eius detrahendo Regi nolenti remunerare eius seruitia, attentis seruitiis præteritis, paupertate vassalli, animaduerti debeat Regis arbitrio aqualiter ita quod non ei afficere debeat amicitia inimicorum, nisi inde resultaret damnum domini, ob quod vere rebellis, & infidelis iudicetur Affl. decif. 1307 num. 26. & sequ.
 8 rebelles, quæ amittant, & in quas penas incurrant diuino, & humano iure, refert D. Reg. Valenz. in discurs. stat. & bell. par. 2. confid. 2.
 9 Num. 28. de firm. fidel. iuramentum fidelitatis si remittatur non fuit inde, quin sit debita fidelitas, & quoad hoc feudum erit improprium in ceteris vero retinebit illius naturam de Pont. in repet. feud. lect. 2. nu. 22. vnde si concessum sit feudum fructum, quod non præstet iuramentum fidelitatis, non per hoc non tenetur ad fidelitatem faciendam Frec. de subf. lib. 2. auctor. 4. num. 8. Reg. de Curt. in diuers. feud. ver. tenor ergo num. 21.
 10 feudo concessio non venit seruitium, nisi fuerit expressum, vel promissum, quod intelligatur de seruitio, quod non coheret rei, & fidelitati, & optime explicat Camer. in repet. cap. imperialem. cart. 75. à tergo, & fidelitas dicitur de substantia feudi, & non seruitium Camill. de Medic. conf. 6. num. 33 par. 12. cum, quod vassallus non cadat à feudo ob felloniam nullius est effectus Loffred. conf. 13. n. 31. si apponatur pactum inter dominum, & vassallum contra substantialia feudi non erit contractus feudal. de Curt. in præcit. ver. num. 27.
 Num. 31. lac. de Gell. vide D. de Pont. decif. 3. num. 11. adha non diminuit liquidationem paragii, vt decisum refert Theodor. alleg. 81. in fin. Anell. de Amat. conf. 1. & 12. multo magis non diminuit vitam, & militiam de Franch. decif. 20. an autem sit onus feudi

- feudi *Theodor. in pract. alleg. 81. num. 7. 12.*
 & 14. ad hoc solutio spectat ad emptorem cum pacto de retrouendendo, cum assensu *Maur alleg. 81. par. 2.* si fuerit per Regem remissa baroni, non per hoc eius subfeudatarii erunt exempti de *Franch. decis. 76. n. 8.* num sit prestanda ab eo, qui super feudo habet annuam perceptionem *vide Camill. Biloch. alleg. 2.* Ad hoc, an solui debeat per dominum feudi, vel per conductorem feudi ad decem annos fuit decisum in Regia Camera spectare ad conductorem *Tbor. in*
 16 *Compend. decis. par. 1. fol. 18.* onus soluendi ad hoc inest contractui, cum sit onus reale ipsius feudi *Paul. Staiban. conf. 83. num. 2.*
 17 & 6. ad hoc soluitur diuersimode iuxta diuersas feudorum qualitates de consuetudine huius Regni *Camill. de Medic. conf. 6. n. 2.* [ad hoc per quem soluatur per proprietarium, vel per usufructuarium *vide Amend. ad Frac. dec. 20. num. 12.*]
 19 *Num. 32. Abb.* clerici an succedant in feudis *vide Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 4. de Pont. decis. 4. & in repet. feud. lect. 1. num. 122 & 123. lect. 4. num. 34 & lect. 10. num. 33. cum sequ. & de potest. Proreg. tit. de Assens. Reg. 5. 4. num. 13. Consili. r. Theod. alleg. 58. Ricc. in collect. decis. 2725 par. 7. Reg. Lanar. in suis memorab. ver. cleric. in manuscrip. *Lel. Caput. ad Consuet. Neap. ad proem. Carol. 5. 7. num. 11.* an milites hierosolimitani succedant *Molles. in Consuet. Neap. par. 20. 2. q. 7. num. 7.* feudum pro annua prattatione concessum ad monasterium capax in comuni spectat, quoad commoditatem viuente monacho *de Pont. conf. 159. nu. 17. Caldas. de nomin. Emphit. q. 6. nu. 2. 13.* nisi renor inuestiturae repugnet *de Pont. d. num. 17.* vel seruitium sit personale *Nach. conf. 600. sic*
 21 *vita militia secundo genito monacho a pri* mo genito debita monasterio in comuni saltim capaci acquiritur *Bammatar. cap. si clericus n. 170. si de feud. defun. conten. quamuis seruata Sac. Conc. Tria forma sess. 25. cap. 16.* Successioni feudalium sibi deferenda renunciauerit, & iuri primogeniturae *Mart. de iurisdic. par. 4. cent. 1. cas. 23. num. 12.* durante tamen vita ipsius monachi *Tap. in repet. auth. ingressi cap. 14. glos. sua num. 46. & 47.**

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

- 1 *Vxor quando res sue dotis, & viri mortui bona, usque ad integram dotis restitutionem sibi retinere possit.*
- 2 *Quid si maritus vergat ad inopiam.*
- 3 *An pro dotibus retinere possit bona vinculata.*
- 4 *Vxor pro dote retinens bona viri, debet declarare animum suum, quod pro dote velit possidere, & an hic animus presumatur.*

AD DECIS. XXXIV.

- 1 **V**XOR res suae dotis, & viri mortui bona usque ad integram dotis restitutionem sibi retinere potest *Causal. de usufr. num. 201. Milan. decis. 13. nu. 1. p. 1. Intrig. sing. 2. lib. 2. Trentacinq. lib. 3. var. tit. de pignor. resol. 1. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 3. to. 2.* si possessio sit vacua, & eo tempore a nemine apprehensa *Ludou. decis. 109. num. 3. Cornaz. decis. 3. nu. 12. Cartar. decis. 73. n. 1. adeo, vt si viro mortuo, mulier pro sua dote retentioni eodem tempore insistat, quod habes possessionem accipit in dubio ipsam in retentione praecessisse ait Caroc. decis. 21. nu. 35. vt sua dos conseruetur Menoch. lib. 6. praesumpt. 50. nu. 6. & 7. non tamen poterit retinere bona omnia, sed pro rata dotis suae quantitate, ne eligendo omnia bona creditores eludantur *Giurb. decis. 16. Negus. de pignor. par. 5. mem. 4. nu. 5. Borrell. in summ. decis. tit. de priu. dotal. nu. 168. par. 3. idem est si maritus vergeret ad inopiam Card. Tusc. lit. D. conclus. 744. nu. 29. 30 & 31. an p dotibus retinere possit bona vinculata vide Cancer. in 1. par. var. resol. cap. 9. de dot. & do nat. num. 104. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quest. 28. num. 10. & sequ. Oliban. in 2. relect. 5. fuerat nu. 10. & sequ. Inft. de Aet. requiritur pariter, vt vxor animum suum declaret, quod ratione dotalis hypothecae in bonis mariti velit sistere, quae eo viuo possidebat, mutata suae possessionis causa l. qua ratione 5. inter dum ff. de acquir. rer. dom. Cartar. decis. 73. nu. 3. & 7. Magon. decis. lucen. 64. num. 14. Surd. conf. 221. num. 50. quia mutatio non praesumitur *Carot. decis. 21. num. 31. nec simplex haeredis patientia in videndo eam post viri mortem possidere satis est Crau. de antiquit. temp. par. 4. vers. materia ista nu. 112.* verbis declaratio fit si in scriptis protestetur se velle pro dote possidere *Carot. dec. 21. n. 29.* vel si actum gerat, qui non nisi proprio eius nomine, & vt dominus fieri posset *Causal.***

F

uale.

uale. decis. 36. num. 17. par. 2. facto claudēdo domum ne ingrediatur hæres, sub qua claustra mobilia illic etiam existentia continētur Ludou in præcit. decis. 109. num. 8. secus si ex causa dotis nolit possidere Cornaz. decis. 3. num. 19. vxor si animum suum non declararet, an possessionis causam mutasse præsumatur vide Tusc. dict. consl. 744. nu. 4 Carot. decis. 23. 31. & 32.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Testes in testamento ad pias causas, & in testamento patris inter liberos, & in codicillis, non debent esse rogati.
- 2 Quid in testamento militis. Et an in eo possit mulier esse testis num. 3.
- 4 Mulier tempore pestis non est testis idonea in testamento.
- 5 Femina non potest esse testis in scriptura priuata, & in quibus casibus possit esse testis.
- 6 Conditio feminarum in quibus casibus sit deterior masculorum.
- 7 Mulieres, an possint habere iurisdictionem in officium, & iudicandi munus exercere, præsertim vti tutrices filiorum, seu procuratrices virorum absentium.

AD DECIS. XXXV.

- 1 **N** Vm. 6. Hostien.) quod in testamento condito ad pias causas testes non debeant esse rogati, veram, & communem opinionem perhibet Couar. in cap. relatum nu. 4. de testam. & magis communem Horat. Mandos. in addit. ad Rom. consil. 306. lit. A. Viu. comm. opin. 891. num. 3. lib. 3. Gratian. discept. Forens. cap. 93. num. 8 multa priuilegia pijs causis conceduntur, & in eis sola subscriptio manu testatoris sine testibus facta vim testamenti obtinet Cabed. decis. 129. num. 11. par. 1. Valas. consl. 67. num. 8. Azuad. l. 1. nu. 31. tit. 4. lib. 5. nou. recop. nec in testamento patris inter liberos requiritur, quod testes adhibiti sint rogati Crass. de success. 9. testamentum quest. 11. num. 6. Loffred. consl. 8. nu. 16. nec in codicillis Surd. consl. 158. num. 10.
- 2 quid in testamento militis vide Ferd. V asq. de success. creat. 9. 12. n. 44.

Num. 13. glos. adde Mantie. de coniect. ultim. volun. lib. 6. tit. 3. nu. 5. Viui. comm. opin.

- 3 968. num. 7. lib. 3. an in testamento militis

- 4 mulier admittatur vide Crass. in 9. testamentum q. 8. tempore pestis mulier testis idonea in testamento esse non potest Ant. Gabr. comm. concl. lib. 4. de testam. concl. 8. n. 5.

- Num. 14. Doct. adde Ricc. in decis. 114. n. 3. par. 4 in quibus casibus femina potest esse testis vide Farinac. de testib. q. 59. non potest esse testis in scriptura priuata in terminis l. scripturas C. qui pot. in pign. habe. de Franch. dec. 644. in fin. in multis casibus conditio feminarum, seu mulierum est deterior masculorum, quos cogerit Petr. de Gregor. in tract. de concess. feud. par. 4. q. 2. mulieres iurisdictionem in officium habere non possunt nec iudicandi munus exercere Gutier. de tutel. & cur. par. 1. cap. 18. n. 2. & seq. verum si habent iurisdictionem, non in officium, sed in dominium, & proprietatem, tunc iurisdictionem exercere possunt, vt in familiis in Regno, quæ ex Const. in aliquibus, & vt de successionibus, deficientibus masculis succedunt in feudo baronia, & comitatu, & factæ sunt capaces, ex inuestitura, & successionem exercitij iurisdictionis Palm. in diuers. iur. glos. 15. n. 32. & possunt exercere iurisdictionem, vti tutrices, & balia filiorum, & nepotum habentium baronias, & feuda cum vasallis, & vti Vicariæ, & procuratrices filiorum, & virorum absentiū, quæ habent eandem potestatem, quam habet eius vir, aut filius Carau. in rit. 1. in fin. & possunt iurisdictionem mādare, componere delicta, facere gratias, & omnia alia quamuis feuda non habeant in dominium, & vide D. Reg. de Pont. consl. 36. num. 34.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Dispositio c. cum esses, & c. relati, de testam. seruatur solum in Terris subiectis Summo Pontifici.
- 2 Procedit in proprio Paroco, & non in alio Sacerdote, etiam si sit proprius confessorius
- 3 Non procedit si testes patiantur plures defectus.
- 4 Nec si infirmus non sit in extremis.

AD DECIS. XXXVI.

- 1 **I**N Regno seruatur dispositio cap. cum esses, & cap. relatum de testam. quo ad legata facta in Ecclesijs, & pijs locis, & pro Missis, & funeralibus in pro-

- in profanis testamentum valebit in terris Summo Pontifici subditis, non autem in terris imperii, & foro seculari *Borrell. in summ. decis. tit. de num. test. num. 11. tom. 2.*
- 2 *Mantuan dialog. iur. lib. 3. dialog. 60.* & dispositio dictorum canonum procedit dummodo sit propius parochus, non autem alius presbyter, nam ista autoritas alteri demandari non potest *Renat. Choppin. de sacra foren. poli. lib. 3. tit. 1. num. 13 Cened. collect. 159 num. 2. Aug. Barbof. collect. DD. lib. 3. tit. de testam. fol. 895. tom. 1. fecus si esset sacerdos, qui loco parochi omnis cura, & Sacramentorum administratio commissa foret, quia tunc coram paracho, factum diceretur *Guid. Pap. decis. 543. nu. 11. nec procedit, si illud conficeret propius Confessor Aluar. Valasc. consul. 74. num. 9. Borrell. in summ. decis. tit. de testam. num. 209. par. 3.**
- 3 dispositio dictorum Canonum non procedit si testes patiuntur plures defectus *Ricc. decis. 114. par. 4. testamentum factum secundum dispositionem dicti c. cum esses, cum paracho, & duobus testibus non procedet nisi infirmus, qui eo modo testamentum condiderit, fuisset a leo grauatus infirmitate, & esset in extremis vitae terminis *Guid. Pap. decis. 543.**

Didac. de Mari.



SV M M A R I V M.

1. *Alimenta in prateritum non soluta, quando possint peti de presenti.*
2. *Actio ad petendum alimenta non exacta, transmittitur ad heredes.*
3. *Quid si alimenta debeantur per officium Iudicis.*
4. *Mulier non possunt denegari alimenta ob dotem non solutam.*
5. *Imo debet ei per sumptus pro lite ministrare quando disputatur, an dos sit constituta, vel an soluta, vel an restituta.*
6. *Alimenta debentur uxori seorsum habitanti ex culpa viri.*
7. *Filia spuria debet habere dotem, quae ea mortua sine filiis, reuertitur ad dotantem.*
8. *Quid de filiis incestuosus, & nefariis.*
9. *Pater quo iure teneatur dotare filiam, & quando possit officio Iudicis cogi, ut illam viro tradat.*
10. *Paragium an sit idem, quod legitima, & ad quam summam ascendat.*
11. *Paragium debetur filia nubilis aetatis, & interim ei debentur alimenta.*
12. *An pro paragio filia possit agere contra tertium possessorum. Et quae actio illi competat.*

- 13 *Pro paragio constituendo, quod tempus attendatur.*
- 14 *An auctis facultatibus patris post matrimonium, filia maritata possit petere supplementum.*
- 15 *Mulier dotata a viro, vel ab alio extraneo, an debeat habere paragium.*
- 16 *Soror consanguinea, an excludatur a successione fratris utrinque coniuncti, & an ei competat paragium in bonis fraternis de nouo quaesitis.*
- 17 *Filia quando pro paragio super bonis maternis praferatur creditoribus, etiam paternis.*

AD DECIS. XXXVII.

- 1 **A** Limenta si iure actionis petantur, licet in prateritum non essent soluta, possent de presenti peti quod secus est, quando petuntur officio iudicis, haec enim in subsidium soluntur, quando quis aliunde non sibi prouidisset de alimentis *de Franch. dec. 605. Neapod. in consuet. quod si aliquis num. 34. Surd. tit. de alimen. quest. 5. num. 11. & seq. tit. 9. Anna conf. 71. num. 1. quae quidem actio transmittitur etiam ad haeredes, ut possint exigere alimenta non exacta per testatorem l. de alimentis C. de transact. ubi Bal. Surd. tit. 5. de alim. q. 1. num. 40. qui omnes dicunt non habere locum, quando alimenta debentur per officium iudicis haec enim ad haeredes non transmittuntur nisi in duobus casibus, primo quando illorum occasione contractum esset res alienum, & secundo, quando intentata esset lis pro alimentis non praestitis, nam a die petitionis alimenta sunt debita in futurum, & ita exiguntur, ut probat *de Franc. decis. 605. ubi num. 2. sic refert fuisse decusum Cardin. Tusc. pract. concl. lit. A. concl. 302. n. 29 & 56. Marefc. lib. 2. resol. 83. num. 3. Molles. conf. 9. n. 35. & 36. Michael. Ferrer. in 3. par. obseru. c. 15. Gratian. decis. 53. n. 11.**
- 2 *Num. 3. Surd.) vxor non potest expelli, nec ei denegari alimenta ob dotem non solutam, etiam si ipsa sit, quae illam promisit. Molin. de rit. nupt. & pact. in matrim. couen. lib. 3. q. 41. na. 33 & seq. multo magis si nulla constituta dote ducta sit *Fontan. de pact. nupt. clausul. 6. glos. 2. par. 3. num. 28. tom. 2.**
- 3 *Alimenta est vxor per virum, & sumptus pro lite ei ministrandi, dum disputatur, an constituenda sit dos, vel non, an soluta, vel non vel restituta *Ant. Fab. in suo Codic. lib. 5. tit. 8. de fin. 26. C. de rei vxor. act.** alimenta sunt vxori danda interim dum pendet lis super validitate, aut inualiditate matrimonii. *Sach.*

F 2 de ma-

- de matrim. lib. 2. disp. 51. n. 51. quotiescūque mulier litigat, cum viro subministrantur ei alimenta *Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de alimen. num. 37. Genuen. in prax. Archiep. ca. 27.* alimenta semper debentur à viro uxori seorsum habitanti, si id contingit culpa viri *Sanch. de matrim. lib. 9. de deb. coniug. disp. 4. num. 23. Matien. l. 2. glos. 1. num. 52. tit. 9. lib. 5. nou. recopil.*
- Num. 14. Gabr.) adde *Surd. de alim. tit. 1. q. 10. Thes. decis. 211. Augst. Barbof. in collect. Ducor. lib. 4. c. per venerabilem*, qui filij sint legitimi de *Franc. decis. 605. n. 7. & 645. n. 5. Azor. 7. 3. Moral. lib. 1. cap. 2. §. ex his intelligitur Molfes in Consuet. Neap. p. 5. tit. de alim. q. 3. & etiam filia spuria debet habere dotem, quæ succedit loco alimentorum, ut notant prædicti DD. verū si illa spuria moriatur sine filijs dos illa reuenteretur ad dotantem, & eius hæredes de *Franc. dec. 283. Minad. decis. 21. Ioan. Bapt. Lup. in tract. de illegit. commen. 2. §. 1. num. 48. latissime Surd. in prax. tract. tit. 5. q. 7. qui num. 11. & seq. hoc explicat, & vide Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nu. 80. Carot. de patr. fili. dotan. quest. 11. pater tenetur dotare filias incestuosas, & nefarias *Mastrill. decis. 144. nu. 18. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. p. 1. num. 117. tom. 2.***
- 9 Num. 12. Iudicis) iure ciuili acento tenetur pater, filiam maritare, & dotare officio iudicis nobili, licet alij putet iure actionis, ut tradunt *Fachin lib. 13. controu. 78. Bar d. ll. conf. 164. num. 9 & seq. Dida. Spin. de testam. glos. 11. n. 11. si pater differt docare filiam nubilem ætatem excedentem, inuitus (iudicis officio) cogitur illam viro tradere, & dotare *Molin. disput. 424. num. 1. vel dare**
- 10 paragium de *Franc. decis. 616. Molfes in consuet. Neap. par. 4. tit. de success. ab intest. q. 24. num. 4. licet non sit idem, quod legitimam ad tradita per D. de Franc. dec. 559. col. fin. erit tamen loco successionis legitimæ idem decis. 618. Affl. vero in decis. 162. nu. 2. scribit paragium esse legitimam, & DD. Regnicoli, qui dicunt paragium posse ascendere, vsq. ad virilem loquuntur in fratre non autem in patre de *Franc. decis. 612. nu. 2. & quandoque vsque ad legitimam Rou. in pragm. 24. num. 17. de feud. & debetur sororibus, quæ si moriuntur ante nubilem ætatem ad earum hæredes illud transmittunt Minad in Constit. in aliquibus in 7. notab. num. 14 fol. 144. Camill. Larath. cons. 69. n. 20. de Franc. decis. 618. Georg. alleg. 11. & debetur filie tempore nubilis ætatis, sed interim debentur ei alimenta, & non fructus, siue interesse par-**
- 12 gū *Anna alleg. 70. an pro paragio possit per*

- filiam agi contra tertium possessorem de *Franc. decis. 374. Giurb. in cons. Mess. cap. 4. glos. 4. num. 11. & super paragio nulla competit actio filie, seu sorori personalis, nec in rem scripta, siue hypothecaria super corpore feudi, sed tantum super fructibus ipsius*
- 13 *Rouit. in loc. cit. filia ut dicatur competenter dotata, & secundum paragium debet attendi tempus matrimonij, & non mortis patris dotantis Mornil. in Constit. in aliquibus num. 30. Manent. cons. 120. Constit. de 14 port. rat. q. 164. an audis facultatibus patris post matrimonium contractum possit filia maritata petere supplementum Fusc. in sing. 102 lit. F. Viscon. in suis concl. legal. ver. filia dotata. Camil. Larath. cons. 26 nu. 57. & seq. Reg. Reuert. decis. 84. tom. 3. in manuscr.*
- Nu. 13. Gregor.) adde *Paul. Staiban. iun. 15 ad cons. 16. eius patris mulier dotata à viro, vel ab alio extraneo, num. debeat habere paragium seruata forma Consuet. Neap. vide Molfes in consuet. par. 4. de success. ab intest. q. 24. num. 2. & 6. paragium à quibus debeatur vide Lal. Caput. ad Consuet. Neap. si moriatur p. 2. §. 4. soror consanguinea verum excludatur à successionem fratris utrinque coniuncti vigore consuetudinis Neap. & an saltem ei competat paragium in bonis fraternis de nouo quaesitis vide Camil. de Me-*
- 17 *dic. cons. 11. filia pro paragio, super bonis maternis præfertur creditoribus, etiam paternis, si mater super bonis viri prior existat Amat. cons. 42. de paragio, multa in causa Thomasinæ de Afflito scribit Reuert. in decis. 49. tom. 1. in manuscr.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Ador ante liti cotestacionem, seu dationem termini, potest interrogari, an veniat, ut heres ex testamento, an ab intestato.
- 2 Quid in feudalibus.
- 3 Recognitio scriptura, quot requirat precepta.
- 4 Scriptura recognita per contumaciam, an habeat executionem paratam, & an in illa admittatur mora purgatio.
- 5 Non nocet heredibus, & fideiussoribus contumacis.
- 6 Recognitionis preceptum non suspenditur per appellationem.
- 7 Confessio ficta, à lege recepta, idem operatur, quod vera, & leges de vera loquentes procedunt in ficta.

8 Reus

- 8 *Reus, qui torquetur ex processu informatiuo, an teneatur in foro conscientie fateri delictum.*

AD DECIS. XXXXVIII.

- 1 **N** *Um. 1. Pragm.*) poterit ante litis contestationem, seu dationem termini actor interrogari si venit, ut hæres ex testamento, vel ab intestato, ut ab hoc onere probandi releuetur conuentus, & indifferenter seruatur in praxi, dummodo lis versetur in burgenfaticis, ut ait *Capic. decis. 97. sub num. 3.* nam in feudalibus sufficit, quod quis declaret venire ad feudum de iure successorio feudorum ut explicat *Frecc. de subfeud. q. 20. fol. 265.* dicens hoc procedere, quando quis venit ad feudum ex pacto, & providentia, quia si ad hæreditarium, tunc tenebitur declarare, ut supra Sic è conuerso reus tenebitur facere dictas, & similes declarationes, videlicet si est hæres, si tenet, & possidet, de quibus per *Regentem Rou. in pragm. 6. de ordin. Iudic.* verum dicta declaratio de hærede præiudicat respectu petentis tantum, & non alterius *de Franch. decis. 694.* & si non facta dicta declaratione petita, vel non factis præceptis, ut in *pragm. 6. superius citata* iudex procederet ad vltiora satis præiudicat parti illam petenti *Menoch. de presumpt. lib. 2. q. 1. num. 3.* in iudicio, quando quis interrogatur, an sit hæres Petri, & respondeat se hæredem mediante persona Francisci non sufficit, sed debet respondere, quoad personam Petri *Nact. conf. 128 vol. 2.*

- Ibidem comminatum*) late *Muscat. in prax. S. C. par. 3. glos. hæreditaria Borrell. in summ. decis. lib. 1. tit. de articul. à num. 89. usque ad num. 105.* prout in recognitione apocæ, aut alterius scripturæ priuatæ in contumacia refert *Seacc. de commerc. & camb. §. 7. glos. 2. Tap. ad ius Regn. tit. de Apoc. sup. pragm. 64. de offic. proc. Cesar.* recognitio scripturæ, quot requirat præcepta vide *Luc. Matth. Apicell. in suo tract. tutam. paup. tit. 1. nu. 15.*
- 4 & recognita per contumaciam executione paratam non habebit, & in illa admittitur moræ purgatio, si contumax comparendo, velit per contrarias probationes contrarium demonstrare, ut probant *Ludou. decis. luc. 44. num. 48. Gratian. discept. foren. cap. 119.* si iura, quæ produceret promptuariam probationem haberet, at secus si promptuariam non haberent *Gait. in tract. de cred. c. 2. tit. 9. num. 3262. cum sequ.* recognitio facta ob contumaciam hæredibus, & fideiussori-

bus non nocet, quia personam contumacis non egreditur *Rou. in pragm. 8. num. 44. de ordin. Iudic.* recognitionis præceptum per appellationem non suspenditur, nec præceptum scribendi coram iudice, quia non grauatur cum de facto suo interrogetur *Maur. Burg. de laudem. par. 3. inspect. 38. num. 23. & 24. Nicol. Genu. de script. priu. lib. 2. tit. 1. num. 32.*

7 *Nam. 3. Alex.*) idemque operatur ficta confessio à lege recepta, quod vera *Menoch. de presumpt. lib. 1. q. 61. num. 10.* in eadē non diuersa causa *Mancin. de confess. cap. 6. num. 30. & 31.* leges de vera loquentes confessione procedunt in ficta *Cartar. de execut. sent. cap. ban. cap. 1. num. 34.* cum liquidissima probatione sit ficta ipsa confessio, ut ex ea notorium resultet *Farinac. conf. 85. num. 28.*

8 *Num. 8. Archid.*) reus, qui torquetur ex processu informatiuo, an teneatur fateri delictum in foro conscientie, vide *Molfes. in addit. ad comm. sup. Consuet. Neap. in proam. q. 5. num. 21. Glorit. in cap. super literis num. 26. de rescript.* reus, ut teneatur fateri delictum, qualiter interrogari debeat vide *DD. relatos per Sayr. lib. 12. Clau. Reg. c. 16. & 17*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 *Contractus an possit reuocari.*
- 2 *Quid si sint contra iura, aut à iure impro-*
bati.
- 3 *Contractus nullus nullam parit obligatio-*
nem.
- 4 *Contractus dolo factus, qua ratione sit nul-*
lus.
- 5 *Contractus contra prohibitionem legis, an*
indigeat absolutione.

AD DECIS. XXXXIX.

- V** *Ide eundem Bart in sing. 129. Alex. conf. 64.*) ubi infinitos DD. allegat ad id, quod dictum est de transactione *Nu. 9. obseruari*) hinc est, quod reuocari non possunt *Decian. resp. 43. num. 33. vol. 5.* & licet aliquando contrahentes possint venire contra contractum, secus tamen est, si post factum illum approbarunt, saltem semel *Decian. resp. 35. num. 10. vol. 2.* cōtrahentes mutuo cōsensu resoluunt cōtractum ipso iure re integra *Maur. alleg. 21. n. 2. par. 2.* cōtractus à iure improbatum potest ab eodem contrahente reuocari *Maur.*

F. 3 alleg.

- alleg. 50. num. 4. par. 1. & cōtra iura celebratus pro infēto habetur Cartar. decis. 85. n.*
- 3 16. contractus nullus nullam parit obligationem, nec principalem, nec fideiussoriam *Polid. Rip. sing. obseru. 158. num. 7.* si totaliter est nullus, secus si causatiue *Molfes. cons.*
 - 4 42. num. 35. vbi explicat dolo factus non est ipso iure nullus, sed opē exceptionis *Larath. cons. 14. num. 15.* contractus contra prohibitionem legis, an indigeat absolutione vide *Camill. Biloet. in tract. de absol. iuram. ca. 11. lib. 1.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Pro legato dotis tenentur omnes heredes in solidum, etiam haeres in feudalibus.
- 2 An testator possit grauare vnum ex heredibus ad soluendam totam dotem, vel omnia debita.
- 3 An de feudo, de quo primogenitus habet pretium, debeat deduci aliquid pro soluendis debitis hereditarijs.

AD DECIS. L.

- A**d ornatum huius decis. vide *Horat. Rouat. in decis. lucen. 140. Borrell. in suum. decis. tit. de priuil. dot. tal. num. 490 491. 492. & 493 p. 3*
- 1 pro legato dotis haeres tenentur in solidū *de Franch. decis. 581. & vide Did. Couar. var. res. lib. 3. ca. 7. fol. 231. & adeo hoc procedit, vt etiam haeres in feudalibus teneatur ad dotis exonerationem de Franch. decis. 159. & contribuit cum haerede in burgenfaticis Capic. decis. 198. Tiraq. de primog. q. 30 num.*
 - 2 27. an autem testator possit grauare vnum ex heredibus ad soluendum totam dotem,
 - 3 vel omnia debita *Crau. cons. 147.* an de feudo pe quo primogenitus habet pretium debeat deduci aliquid pro soluendis debitis hereditarijs, an vero est deducendū de portione burgenfatica *Capic. decis. 198.* quid in canone emphyteutico *Affl. decis. 153.* vbi additio dicit, quod etiam instantia transit pro hereditarijs portionibus *l. si petitor ff. de iudic.* quid autē in indiuiduis vide *Diaz. regul. 15.*

Didac. de Mari.

SVMMARIVM.

- 1 In consanguineo, & vicino in quibus praesumatur scientia, & in quibus ignorantia respectu alterius consanguinei, & vicini.
- 2 Donatio facta sponso, quando sit valida, absque acceptatione, aut scientia donatarij.
- 3 An pro donatario absente acquiratur ex stipulatione Notarij, ius reuocabiliter, vel irreuocabiliter.
- 4 Possessio de sui natura, non acquiritur sine animo eius, cui quari debet.
- 5 Donatio acceptata per tertium, qui non sit Iudex, nec Notarius, non perficitur non sequuta acceptatione absentis.
- 6 Quid si donatio non fuerit acceptata, sed donator dixerit Promitto, donationem, & omnia, & singula in ea contenta habere, rata, an possit illam reuocare.
- 7 In donatione facta Ecclesiae, aut alijs locis pijs sufficit sola acceptatio Notarij.
- 8 Notarius non potest obligare absentem sine eius consensu.
- 9 Constitutum, an transferat possessionem in absentem.
- 10 Constitutarius an propria auctoritate possit ingredi possessionem, possessoribus non citatis.
- 11 Agens vigore constituti debet probare, quod debitor constitutus possidebat tempore obligationis.
- 12 Constitutum, vel precarium non sufficit, quando requiritur corporalis traditio.
- 13 Constitutum in re promissa post mortē colatum, an aliquid operetur.

AD DECIS. LI.

- N**um. 13. *Felin* ignorantia, licet in consanguineo, seu vicino nō praesumatur, sed scientia in his, quae respiciunt iura sanguinis, quo ad coniunctos, & quae non clam, sed palam geri, vel alias cadere solent in vicinorum, & coniunctorum cognitionem, non tamen sic est in his, quae iura sanguinis non respiciunt, quae clam geruntur, & quae in cognitionem coniunctorum, seu vicinorum cadere non solent *Mascar. de probat. concl. 1406 num. 6. & seq.* & sicut in coniunctis, & vicinis praesumitur scientia in actibus successiuis, ita, & pariter praesumitur ignorantia in actibus momentaneis *Cardin. Tusc. praet. conclus. vers. consanguin. concl. 471 num. 3. & 15. & in ver. vicinus conclus. 201. num. 5.* nisi de actu momentaneo esset publica vox, & fama, quia tunc de eo praesumitur scientia, etiam in nō vicino,

vicino, & cōsanguineo *Menoch. de præsump. lib 6. præsump. 24 num. 9.* non præsimitur scire, an suus coniunctus, vel vicinus testamentum fecerit, vel aliquem contractum celebraverit *Card. Tusc. in ver. scientia cōcl. 62. num. 6. & 7* sed non procedit, quādo testis cōsanguineus, vel vicinus deponeret super negativa contractus, seu testamenti, ut puta si diceret Titius tali die testamentum non fecit, nec talem contractum celebravit, quia non testari, nec cōtrahere poterat, nec aliter esse, quin ipse vidisset *Menoch. diē. præs. 24. num. 33.* ignorantia præsimitur, & non scientia in coniuncto, seu vicino, qui non conuersatur, cum cōiuncto, vel vicino, *Menoch. de recup. poss. ff. remed. 16. nu. 51.* & idem est in coniuncto, & vicino nouo. *Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. 73 num. 7 & sequ.* cōsanguineum putari scire facta cōsanguinei in quibus cōsanguineis verū sit vide *Pirr. Alfan. in l. prima num. 83. ff. si cert. petat.*

2 *Num. 19. Angel.*) an donatio facta sponso præsenti est valida, absque acceptatione *Theodor. alleg. 43. num. 13.* facta sponso cōtemplatione matrimonij est valida, absque scientia donatarij, dummodo sequatur matrimonium *Tell. Fernand. ad l. taur. par. 1. sub l. 17. num. 71. & 72. vide Molfes. in addit. ad Commen. sup. conf. Neap. par. 9. quæst. 1. num. 9.*

3 *Num. 20. Doct.*) pro donatario absente, an acquireretur ex stipulatione Notarij ante acceptationem ius reuocabiliter, vel irrevocabiliter; communis opinio est, q̄ acquiritus ius irrevocabiliter *Osasc. decis. 33.* cui adheret *Ricc. in collect. dec. 43. & vide Thes. decis. 60. Milan. decis. 4. num. 39. & sequ. lib. 2. Causal. decis. 42. d. num. 13. Mantie. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 8. num. 19. cum seq. Paschal. de vir. patr. potest. par. 1. cap. 8. num. 158. Intrig. decis. 20. num. 2.* ubi etiam si tacite fuerit acceptata *num. 4. & 5.* sed ut materia dilucidetur, distingue, aut donatio est facta speciei, & tunc vera est opinio, quod per stipulationem Notarij pro absente ante eius acceptationem non sit translatum dominium, nec possessio irrevocabiliter, & sic poterit reuocari per donatorem, vel si eandē hypothecaverit in ea creditores preferentur iuxta *tex. in l. fin. §. huius ff. de donat. & ratio est, quia possessio de sui natura, sine animo eius, cui quæri debet non acquiritur l. 1. §. adipiscimur, & ibi DD. ff. de acquir. poss. & quamvis per notarium acquiratur actio absenti, sine cessione, nō tamen potest acquiri dominium, siue possessio cū requiratur animus volētis, acquirere, & ita*

procedunt DD. illi gati per *Thes. decis. 70. num. 3. & post num. 5. vers. aut utro, & per Milan. num. 39. cum sequ.* aut vero donatio consistit in quantitate, ut quia est donata, certa summa pecuniarum, & tūc verior est opinio, quod ante acceptationem donatarij sit acquisita utilis actio absenti per stipulationem Notarij, etiā sine cessione, ut per *Mantie. diē. tit. 8. num. 4. 10. & sequ.* & irrevocabiliter, quoad donantem, non requiritur ratificatio, cum lex ex stipulatione Notarij de per se operetur, sine ministerio hominis, secus quoad donatarium, cum in sua potestate sit nolle acquirere, adeo quod evanescet facta renunciatione, ac si per legē non fuisset facta prædicta acquisitio, & ad hoc habes *tex. in l. legatarius §. 1. ff. de legat. 1. & conferunt tradita per Surd. conf. 305. num. 15. lib. 3. Ric. in collect. decis. 3059. par. 7. de Pont. conf. 120. vol. 1. Menoch. conf. 1153. vol. 12. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. nu. 14. tom. 1. Fab. Turret. conf. 60. vol. 2.* acceptata per tertium, qui non sit iudex, vel Notarius non perficitur non sequuta acceptatione absentis *Surd. conf. 351. num. 32.* ubi quid in patre acceptante pro filio, & *num. sequen. lib. 3.* & si non fuerit acceptata a patre, vel Notario expresse, sed donator dixerit, promitto donationem, & omnia, & singula in ea contenta habere rata non poterit tunc reuocari *Peguer. decis. 254.* quando donatio facta est Ecclesiæ, vel aliis locis pijs sufficit sola acceptatio Notarij in foro exteriori, quia præsimitur in foro interiori acceptata per Ecclesiam, & per Deum, qui omnem nostrum bonum actum acceptat *Ludovic. decis. Perus. 29. et vide tradita per D. de Frac. decis. 168* ex contractu ultro citroque obligatorio non nascitur obligatio respectu absentis ex sola stipulatione Notarij ante illius absentis ratificationem, quia Notarius non potest obligare absentem sine eius cōsēsu, quamvis possit absenti acquirere, quia hoc respicit illius commodum, quod si velit potest respuere *Surd. decis. 111. nu. 4. & 10. Gratian. decis. 88. num. 4. Tellai. alleg. 12. nu. 68.*

9 *Ibidem Tiraq.*) constitutum nec trāsferre possessionem in absentem, etiam cum Notarij stipulatione voluit novissime *Negusan. in conf. 395. n. 18. & 19. quod ex Rol. Borgn. & Osasc. declarat non procedere si cum constituto iungatur iuramentum, quō in casu suppletur constitutarij præsentia, & vide Io. Dom. Gait. in tract. de cred. c. 4. quæst. 7. num. 822. & sequ.* ubi receptiorem, aut opinionem, ut ex Notarij stipulatione, etiā in constituto suppletur partis præsentia, & pos.

- & possessio absenti transferatur, vide *Barbat. in tract. de assist. pract. glos. 7.* Constitutarius propria auctoritate, an possit ingredi possessionem possessoribus non citatis vide *Cardin. Tusc. pract. conclus. lit. C. concl. 786. num. 16. & 18. Giurb. decis. 121 nu. 12. Gratian. discept. foren. tom. 2. cap. 378. num. 25. & 26.* agens vigore constituti debet probare, quod debitor constituens possidebat tempore obligationis, & constituti *Viu. opin. 626 num. 3. par. 2. Cauale. decis. 23. num. 44. p. 2. Mascard. de probat. concl. 1212. a num. 2.*
- 12** cum sequ. vol. 3. quādo requiritur corporalis traditio, non sufficit præcarium, vel constitutum *Gratian. decis. 238 col. fin. & addit. ad Napod. in consuet. instrumenta fol. 305. in nou. constitutum in re promissa post mortem collatum, an aliquid operetur Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 3. nu. 18. & 20. tom. 1. Lanar. in memorab. manuscr.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1** Meretrix licite accipit lucrum de meretricio, & de eo potest libere disponere, & testari.
- 2** Donatio meretrici facta ex causa libidinis, & donatio à meretrice facta suo amasio, an valeat.
- 3** Meretrix an possit agere ad sibi promissa ex turpi causa.
- 4** Tenetur soluere decimas.
- 5** Meretrices cogi possunt ad ferendum aliquod signum, ut ab honestis discernantur.
- 7** Meretrices, quæ verè dicantur.
- 8** Pater non potest filium exheredare ex eo, quod meretricem duxit in uxorem.
- 9** Meretrix potest acquirere ius patronatus, non tamen illud exercere durante meretricio.

AD DECIS. LII.

- M**eretrix, licet turpiter faciat lucrum, tamen, quod meretricando facit, non turpiter accipit, nec turpiter retinet, nec propterea restituere tenetur, sed de illo potest disponere ad libitum magis commune. Dóctorum sententiā dicit *Card. Tusc. pract. concl. in ver. meretrix num. 8.* & vide, quæ plene cumulat *Amesc. in tract. de potest. in sep. lib. 2. cap. 15. per tot.* potest facere elemosinam, & ei prodest de acquisitis ex meretricio.

- tricio Fusc. in sing. suo ver. meretrix nu. 23. Bonacoss. comm. opin. crim. par. 2. fol. 49.* meretricis testamentum deturpiter acquisitis valet, & tenet *Aymon. conf. 203. num. 25. declara. ut per Ludou. comm. concl. 64.* & habet testamenti factionem non solum activam, sed etiam passivam *Tusc. in vers. meretrix concl. 221. num. 7. & 8.* ubi an meretrici facta donatio ex causa libidinis valeat late *Farinac. in fragm. par. 1. ver. concubina,* nunquid autem è contra donatio facta per meretricem suo amasio valeat, vide *Tusc. in præcit. concl. num. 17. Petr. Gregor. lib. 48 Syntagm. iur. cap. 13. num. 16.* an mulier meretrix, & inhonesta agere possit ad sibi promissa ex turpi causa vide *Farin. in fragm. ver. mulier. num. 391. par. 2. Neuiz. in filu. nupt. ver. diviti non est nubendum num. 55.* tenetur solvere decimas *Ricc. decis. 143. par. 1.* cogi possunt meretrices ad deferendum aliquod signum, ut ab honestis discernantur *Pellie ad consuet. Auerf. ca. 7 num. 19.* & prohibentur deferre habitum monialium *Genuen. in prax. Archiep. cap. 46 num. 5.* meretrices, quæ verè dicantur vide *Borrell. in summ. decis. tit. 56. num. 13. & sequ. tom. 1. Caroc. decis. 128. Cabal. resol. crim. 123. Apicell. de dilat. quinquen. tit. 1. num. 167.* meretrix non appellatur, quæ amoris causa suo amanti copiam facit *Pheb. post decis. Rot. Lusit. arrest. 145.* & occulte peccatum commisit *Ioseph. Sesse decis. 95. num. 10.* pater nullo modo potest filium, exheredare ex eo, quod meretricem, & inhonestam mulierem in uxorem duxerit *Oter in suis Roman. lucubrat. disput. 25. in fin.* meretrix potest acquirere ius patronatus, sed non habet illius exercitium durante meretricio *Viuian. in prax. iur. patr. lib. 2. cap. 7. num. 7. & vide Lup. in tract. de illegit. comment 1. §. 3. num. 30.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1** Testes examinati, aut repetiti parte non citata, non probant.
- 2** Testes examinati parte non citata, usque ad quod tempus possint repeti.
- 3** Testes examinati parte non citata, si moriatur reo existente contumaci, habentur pro repetitis.
- 4** Testes quando non debeant repeti.
- 5** Testis repetitio, an debeat fieri per extensum.
- 6** Testium confrontatio, quando habeatur locum.

co repetitionis, & num. 8.

- 7 In testium repetitione, quæ solemnitates requiruntur.
- 8 Remedium cap. reintegranda, contra quod competat, & pro quibus rebus detur, & à quo tempore veniant fructus, & quam requiratur probationem, & num. 10 12. 13.
- 9 An agens dicto remedio, teneatur declarare tempus.
- 11 Remedium prædictum præscribitur 30. annis.
- 14 Non infamat.
- 15 Remedia capitulorum Regni, quando locum habeant contra personas Ecclesiasticas.

AD DECIS. LIII.

- 1 **N** Vm. 2. G. de testib. testes examinati parte non citata, quando præbent vide *Barinac. de testib. q. 72. Petr. Caball. resol. crim. cas. 269. Ricc. decis. 134. part. 4. & in collect. dec. 2491. part. 7. Paul. Fusc. in sing. 32. lit. T. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. à num. 63. ad num. 119. repetiti parte non citata non probant Borrell. conf. 97 num. 18. Barz. decis. Bonon. 137.*
- 2 Tartagl. in *Margar. fisc. cap. 9.* & usque ad quod tempus, possint testes in causa recepti, & examinati parte non citata repeti vide *D. de Franch. decis. 716.* & testes examinati absque partis citatione, si moriantur reo existente contumaci, habentur, ac si fuisset repetiti in damnum rei, ut in *pragm. edita de anno 1616. deli 89. capi 5. 83.* testes repeti debent per audientie præfides procedentes ad modum belli, nisi inquisiti illos dent pro repetitis, vel ex legitima confessione rei de delicto constaret, quo casu datur terminus aduersus confessionem, ut in *dict. prag. 5. 51.* testis in repetitione, datis interrogatorijs per reum, an teneatur deponere per extensum, an vero sufficiat se referre ad primam depositionem vide *Ricc. decis. 271. par. 3.* testium confrontatio habetur loco repetitionis, quando testes iurant in præsentia rei in actu confrontationis *Ricc. decis. 294. num. 19. part. 4. Ambrosin. de modo forman. process. inform. lib. 2. cap. 9 num. 5. Chartar. in prax. interrog. reor. lib. 3. cap. 1. num. 84.*
- 7 testium repetitio, quibus solemnitatibus perficienda vide *Caball. resol. crim. cas. 33.*
- 7 *Ricc. in collect. 2996 par. 7.* testes, qui fecerunt confrontationem in faciem inquisiti, an sint repetendi, cum eius interrogatorijs, & quid Neap. feruetur vide *Genueu. in prax. Archiep. Neap. cap. 27. n. 13.*
- 8 Num. 5. Alex. adde *Cardin. Tusc. præf. concl. tom. 1. concl. 45. n. 51. Reg. Valenz. conf.*

71. num. 14. quâdo competat dictum remedium c. reintegranda, & contra quos, & pro quibus rebus detur, & à quo tempore veniant fructus *Camp. in ca. Regni subditorum tit. de violent. num. 69 cum sequ. Ofs. dec. 29. Ant. Fab. de error. prag. deci. ad 4. error. 5. quam requiratur probationem Affl. dec. 361.*
- 9 364. num. 15. & 39. an agens remedio reintegranda, teneatur declarare tempus, quod non *Anna sing. 498. & alleg. 111.* & quæ sit ratio vide *Masull. ad Capic. decis. 79.* an detur contra tertium titulo, & bona fide possidentem *Honded. conf. 17. nu. 83. vol. 1. Gait. in tract. de cred. cap. 4. quæf. 7. num. 923. præscribitur triginta annis Camil. de Medic. cõf. 17. num. 17. Aug. Barbof. collect. doct. lib. 2. tit. 13. cap. 2. num. 7.* an hoc remedium detur clericis non solum pro rebus Ecclesiæ, sed etiam pro rebus laicorum, siue mobilibus, siue immobilibus, & an datur pro rebus laicorum late *Viu. in opin. 734. num. 2.* & datur pro feudis, & iuribus corporalibus *id. num. 3.* hoc remedium non infamat *Delf. q. 704.* remedia capitulorum Regni contra personas Ecclesiasticas quando locum habeant *Maur. alleg. 90. par. 2. late ostendit, quomodo habeant locum, etiam incorporalibus De Pont. conf. 145. num. 5. tom. 2.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Meretrix debet removeri à quarterio honorato, etiam à propria domo num. 3. Et potest expelli etiam ex unico actu meretricio num. 4.
- 2 Locans meretrici domum, an preceat.
- 5 Pense, si mulier à domo expellatur, à quo debeat solui.
- 6 Ius expellendi mulierem inhonestam, competit vicinis, non autem domino domus ubi habitanti.
- 7 Meretrix, uti miserabilis persona, gaudet beneficio electionis fori.
- 8 Mulier nobilis meretricando, non amittit privilegia nobilibus concessa.
- 9 Adulterium cum meretrice maritata, an sit punibile.
- 10 Meretrix an possit cogi ad peccandum.
- 11 Adulterij actio datur etiam agnatis, fratribus mariti adultera.
- 12 Maritus sciens, & non accusans adulteriam uxoris, penam lenocinij incurrit.
- 13 Ius accusandi de adulterio transit ad heredes extraneos, ne solvant dotem.

14 Ex.

- 14 *Expressa remissio adulterij, an possit fieri per maritum, ita ut profit mulieri, nec possint illud hæredes obijcere.*
- 15 *Mulier accusata à marito de adulterio, potest excipere de adulterio ipsius mariti, etiam post litem contestatam.*
- 16 *Quid si maritus agat contra uxorem criminaliter ad penam.*
- 17 *Adulterij penas an effugiat vxor propter viri seuitiam, aut famis necessitatem.*
- 18 *Maritus potest accusare uxorem ob violentā adulterij suspicionem.*
- 19 *Coniux notoriè adultera, expelli potest propria auctoritate. Et quando adulterium dicitur esse nototium.*
- 20 *Confessio mulieris raptæ, an faciat indicium contra raptorem.*
- 21 *Raptus crimen ad sui essentiam, non requirit copulam carnalem. Et non interueniente copula, non punitur pena ordinaria.*
- 22 *Raptor an dicatur, qui rapuit mulierem à principio consentientem, & inscijs parentibus de matrimonio tractantem.*
- 23 *Raptus non est, qñ sponsus sponsam rapuit*
- 24 *Mater debitor ex causa malè administratæ tutela, non potest carcerari, nec conueniri ultra vires, deducto nè egeat.*

AD DECIS. LIV.

- M**eretrices, & aliz inhonestæ mulieres debent remoueri à quarterio honorato, & eis assignari certum quarterium *Anna. sing. 338. Oter. in Rom. Lucubr. disput. 35. num. 5. Bouadill. in Polit. prator lib. 2. cap. 13. nu. 40. Bellet. disquisit. cleric. par. 1. tit. de fauore clericorum reali §. 4. num. 54. Cened. collect. 40. num. 4. Bened. Aegid. in tract. de iure, & priuileg. honest. art. 9. à num. 4. August. Caput de regim. Reipubl. cap. 7. §. 2. num. 14. non peccat autem mortaliter, qui facit, vel locat domū meretrici, dummodo nec principaliter, nec etiam minus principaliter meretriciū vsum in domo conductā exercendum, intēdāt, sed solius habitationis vsum *Molin. disput. 500. num. 3. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 12. c. 18. q. 3. Rebell. de oblig. iust. lib. 14. q. 17. nu. 8. in fin.* Amplia etiam in muliere maritata, quæ parū prodest esse maritata, & inhonestā *Affl. sup. Const. lib. 3. tit. de probib. habit. honest. si maritus sit vilis, & læno vxoris, quæ quæstū publicè faceret Menoch. de arbitr. iudic. cas. 535. num. 19. Viscont. ad Franc. decis. 316. Caball. cas. 179. num. 9.* Amplia etiam, si mulier habitaret in sua propria domo, & inhonestā esset, nam non potest habitare in quarterio honorato *Gasp. Thes. q. Foren. 33. Rou. in**

- prag. 4. num. 1. & 2. de meretr. auendā de exequen. mand. p. 2. cap. 6 n. 5. & sequ. ex vni. eo actu meretricio potest expelli à quarterio *Ricc. decis. 61 num. 6 par. 1.* mulier, quæ non quæstus causa, sed capta alicuius amore, illi sui copiam facit potest è vicinia expelli cum inhonestā dicatur *Bened. Aegid. dict. art. 9. num. 6. in fin. & num. 7.* etsi hanc mulierem non posse à vicinia expelli resoluant *Masfear. de probat. concl. 1066. n. 8. Farin. in prax. crim. par. 3 q. 98 num. 6.* si habitacionem conduxerit, quis soluere debet salarium domino, vicini, vel meretrix, vel culpa sit tribuenda locatori, qui debuit scire conditionem illius, cui locauit *vide Ricc. in sua prax. resol. 133. vol. 2.* qui contra locantem tenet, quando scienter inhonestā, locauit, & bene distinguit *Molin. de contract. disp. 499.**
- 6 *Ius expellendi mulierem inhonestam competit vicinis tantum, & nō domino domus alibi habitanti *Ricc. decis. 129 par. 4.* Meretrix vti miserabilis persona gaudet beneficio electionis fori *Novar. in prax. elect. & var. q. 6. num. 5. sect. 1.* ac pariter vidua inhonestam vitam ducens *Borrell. in summ. decis. tit. 56. num. 12. & 13. par. 1.* mulier nobilis meretricando nō amittit generis nobilitatem, & priuilegia nobilibus concessa *Fræc. Auil. in proam. prator sub num. 27. in fin.* meretrice maritata committitur adulterium, & si sit punibile *vide Sempron. Ascia determ. 92.**
- 10 *[meretrix an possit cogi ad peccandum vide Caball. in cas. 179. num. 5. & 8. Amend ad Franc. decis. 47.]*
- 11 *Num. 12. Roman.) adulterij actio datur etiam agnatis fratribusque marito adulteræ *de Franc. decis. 94. num. 1.* eo magis si adulterium cum incestu concurrat *ead. decis. num. 3.* *Mormil. in Constitut. legum asperitate nu. 2.* quicumque habet actionē accusandi de adulterio debet cauere, ne ad probandum istud crimen intentet publicam vocem, & famam contra uxorem, quia probaret propriā sciētiā, & lænocinium argumento *l. crimen C. de adulter. & sic veniret reiiciendus Bal. in cons. 310 n. 5. vol. 1.* qui loquitur in marito*
- 12 *de quo Franc. Marc. in decis. 514. nu. 2.* dixit maritum scientem, & non accusantem uxorem de adulterio dici lænonem, & pœnam lænocinij incurrit, quod intellige secundum
- 13 *Soc. in cap. de bis num. 45. de accus. an exceptio adulterij possit opponi per hæredes mariti, quando maritus viuens conquestus nō fuit *vide Gabr. comm. concl. lib. 7. concl. 35. n. 8. de Franc. decis. 240.* vbi tenet, quod ius accusandi de adulterio transit ad hæredes extraneos, stante conquestu in eius vita ne soluant ei dotem *Farinac. de delict. carn. q. 142. n. 121.**

- num. 121. & 130. *Pasebald de vir. patr. potest.*
 14 par. 1 cap. 5. num. 52. sed permittitur mulieri replicare de reconciliatione, si eam probare poterit, cum enim per eam remissum censeatur delictum, siue tacite, siue expresse dicta reconciliatio facta sic prodest mulieri *Gratian. discept. Foren. 591. a num. 26. par. 3. & de expressa remissione adulterij, q. possit per maritum fieri docet late Gamm. decis. 63. non poterunt hæredes illud mulieri iterum obijcere Peguer. decis. 95. num. 8. huius reconciliationis exemplum refert Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 12.*
 15 num. 7. tom. 2. vxor à marito de adulterio accusata, potest etiam excipere de adulterio ipsius mariti, ubi agitur ad thori separationem, vel ad dotis amissionem *Sanch. de matrim. lib. 10. disput. 8. num. 29. Cened. collect. 166. num. 3. Barbof. in l. 4. in princ. par. 1 num. 97. cum sequ. ff. sol. matr. quæ exceptio ab vxore proposita contra virum agentem ad separationem thori, & dotis amissionem potest etiam post litem contestatam deduci*
 16 *Cened. dict. collect. 166. num. 4. maritus si contra vxorem agit criminaliter ad penam non potest vxor excipere contra illum de simili adulterio Petr. de ledesm. de matrim. q. 62. art. 1. dub. 3. an adulterij penas effugere possit vxor propter viri læuitiā, aut propter famis necessitatem August. Barbof. lib. 4. collect. Doct. tit. de diuort. tom. 2. fol. mibi 121*
 18 maritus potest accusare vxorem ob violentam adulterij suspicionem *Morl. in Empor. iur. par. 1. tit. 1. quest. 9. num. 52. adultera coniux notorie potest expelli propria auctoritate Gratian. discept. Foren. cap. 102. num. 25. Basil. Ponci. de impedim. matrim. cap. 30. §. 2. vers. secunda, & vide, quæ inde testatione criminis adulterij cumularunt Petr. Caball. resol. crim. cas. 200. Perez. l. 2. verbo efficiere adulterio vers. quaritur tit. 1 §. lib. 8. or din. Ceual. comm. contr. comm. q. 734. num. 8. & 9. adulterium quando dicatur esse notorium Reusner. decis. 8. num. 17 par. 2.*
Num. 14. Auil. adde Griuch. decis. sen. dol. 116. num. 11. & 12.
Num. 17. Doct. adde Viscont. in suis cõl. ver. raptus Masfrill. decis. 207. num. 10. & 11 & pœna, de qua in Constit. Regni (capitalẽ quando cesset vide Mormil in eius comment.
 20 Mart. vot. 19. *Viu. comm. opin. 679. an cõfessio mulieris raptæ, atque eius inculpatio faciat inditium contra raptorem vide Farin. in tit. de Iudic. & tort. q. 43. nu. 90. 94. & 99. raptor potest ubique puniri Peguer. decis. 43 num. 13. Rou. in pragm. 5. num. 5. tit. ubi de delict. de obligatione raptoris circa dotationem mulieris raptæ vide Cancr. in 3.*


- par. var. cap. 11. de spons. & matrim. Ant. Mo-*
 21 *nach. decis. Bonon. 41. & 42. raptus crimen non requirit ad sui essentiam copulam carnalem. Ioseph. Sesse. decis. 94. num. 10. & raptor, qui non cognouit raptam non punitur pœna ordinaria, sed arbitrio iudicis Farin. de delict. carn. q. 145 §. conatus num. 198. Lup. de illegit. & natur. committit. §. 5. num. 128. & vide Ceual. comm. contr. comm. q. 596. a nu.*
 22 22. raptor an dicatur, ac proinde puniri debeat, qui mulierem rapuit à principio cõsentientem, ac cum raptore tractantem in simul de contrahendo matrimoniũ nescientibus parentibus ætando iure nouis. *conf. Trid. Aug. Barb. lib. 5. decret. collect. doct. tit. 17. cap. cum causam num. 2. quid si inuitis parentibus abducitur puella vide Gatien. de matrim. cap. 86. num. 17. Petr. de Ledesm. in summ. par. 1. de Sacram. matrim. cap. 26. cõcl. 2. dub. 1. Henric. in summ. lib. 12. cap. 14. num. 4. Rebell. de oblig. iust. par. 2. lib. 3. q. 11. num. 6. leffi. de iust. lib. 4. cap. 3. dub. 90. num. 70. Reginal. in prax. fori penit. lib. 22. num. 34. & lib. 3. n. 165. sponsam capere licet. & Conc.*
 23 *Trident. non comprehendit raptum, quo sponsus rapuit propriam sponsam Sanch. de matrim. lib. 7. disputat. 13. num. 15. Genuen. in practic. Eccles. q. 691. Bonucin. de matrim. q. 4. punct. 18. num. 11. Sesse. decis. 96. num. 4. de raptu virginum vide quæ scribit Borrell. in summ. de vis. tit. de spons. & matrim. a nu. 567. ad n. 579. par. 3. Cardin. Tusc. practic. concl. tom. ver. raptor.*

Num. 13. Bart. vide Galter. in prax. in fr. secun. secun. part. princ. in 17.

Nu. 17. constit.) vide ad ornatum Baiard. ad Clar. S. raptus num. 25.

- In fin.) vide Nouar. in prax. variat. &*
 24 *elect. fori q. 46. num. 13. & 14. sect. 2. verior est opinio, quod etiam si mater est debitor ex causa malè administratæ tutelæ, & renuñciauerit omni legum auxilio non potest carcerari, neque conueniri ultra quam eius vires patiuntur deducto ne egeat Bouadill. in sua polit. lib. 3. cap. 15. num. 31. Escubar. de ratiocin. cap. 33. num. 3. & sequ.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Carceratus se submittens gratia, aut misericordia Iudicis, non per hoc fatetur delictum.
- 2 Carceratus remittens se gratijs Curie, an possit appellare à compositione per Curiam facta.

3 Po-

- 3 Potestas, quantumvis ampla, tradita arbitris, non tollit reductionem.
- 4 Quid si in compromisso est data potestas arbitrando secundum liberam voluntatem.

AD DECIS. LV.

- N**um. 2. Innocen.) se submittēs gratia, & misericordia curia, seu iudicis, prout saepe faciunt carcerati in Regno, ubi iudices regulariter habent potestatem componendi delicta ante sententiam præcedente tamen remissione partis non fatetur delictum falsum, ut possit condemnari, & si iudex non vult facere gratiam, vel misericordiam in pristino statu illum reponere debet; quia illa submissio intelligitur facta sub conditione si fiat gratia arbitrio boni viri, alias non nocet *Camp. in cap. Regn. 297. incipien. multorum ad aures nostras nu. 14. Menoch. de arbitr. iudic. q. 8. n. 37.* & quid si remittat se gratis curia, & iudex, vel Baroem nimis componat, an possit appellare vide *Io. Vinc. Anna. in repet. cap. 1. de vassall. decrept. etat. num. 57. & in iur. 226. Paschal. de vir. patr. potest. par. 2. c. 1. n. 128.*
- 3 Num 6. boni viri) nec reductionem tollit qualibet ampla potestas arbitris data, existente præsertim læsione *Borrell. de comprom.*
 - 4 §. 8. glos. 1. nu. 8. quid si est data potestas in compromisso arbitrando secundum liberam voluntatem, an peti possit reductio ad arbitrium boni viri *Rou. in prag. 2. n. 6. et seq. de arbitr. Gallup. in prax. S. C. tit. de arbitr. num. 43.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Inventarium fieri non debet, si nihil est in hereditate.
- 2 Heres non conficiens inventarium, non tenetur ultra vires, si certo constat de valore hereditatis.
- 3 Quenam utilitates resultent ex confectioe inventarij.
- 4 Inventarium sine solemnitatibus fructum, non releuat.
- 5 Inventario non facto, præsumitur mala fides.
- 6 Inventarium conficiens, & aliquid omittēs, quando sibi præiudicet.
- 7 Inventario creditur in præiudicium conficientis, & successorum.

- 8 Inventarium, quam vim habeat circa rem feudi, vel Ecclesie.
- 9 Quando pupillus nihil habet immobile, vel incorporale, tunc tutor debet protestari coram iudice nihil esse in bonis pupilli, & huiusmodi protestatio habet locum inventarij.

AD DECIS. LVI.

- A**dde Phanucc. in tract. de invent. & eius confect. quest. 244. num. 271. inventarium fieri non debet si nihil est in hereditate *Molles. in addit. ad consuet. Neap. par. 2. tit. de bon. quest. 23. num. 7.* [heres non conficiens inventarium, si certo constat de hereditatis valore non tenetur ultra vires *Fulu. Lanar. in addit. ad repet. Reg. Lanar. in cap. primo de success. feudi n. 37.*] utilitates, quæ ex confectioe inventarij resultant heredi numerat *Didac. Spino. in tract. de invent. q. 273. Aluar. Valas. consul. 52. Borrell. in summ. decis. tit. 29 par. 3. inventarium sine debitis solemnitatibus factum non releuat* *Ludou. decis. Lucen. 64 n. 28.* præsumitur mala fides inventario non facto *Guid. Pap. conf. 42. num. 7. inventarium conficiens, si omittit aliquid in eo scribere, quando sibi præiudicet* *Gam. decis. 148. num. 2. & 3. inventario publice confecto creditur de bonis ibi de scriptis in præiudicium tamen conficientis, & successorum* *Camill. de Medic. conf. 66. nu. 4. & 8.*
- 8 inventarium, quam vim habeat circa rem feudi, vel Ecclesie, & quid si est antiquum *Mangrell. ad Bart. in l. censualis vers. non præiudicat C. de donat.*

Num. 3. Boer.) adde *Bacca. de decim. tutor. cap. 2. nu. 48. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. cas. 72 nu. 8. Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 56. nu. 101. Guttier. de tutel. par. 2. cap. 1. nu. 47.* quando pupillus est adeo pauper, & non habeat mobilia, quid faciendum vide *Bal. in l. fin. C. qui bon. ced. poss. & quando nihil habet immobile, vel incorporale, tunc ipse tutor coram iudice debet protestari illud, nempe nihil in bonis pupilli esse, & huiusmodi protestatio habebitur loco inventarij* *Manzin. de tutel. & cur. 3. q. 3. q. primo. nu. 7. in fin.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Appellatio an detur à sortis, & fortuna iudicio.

2 Sortes

- 2 *Sortes apponere in diuisionibus, an sit peccatum, & quando sortibus locus sit.*
- 3 *Sortis usus in beneficijs Ecclesiasticis est omnino prohibitus, & quando sit prohibitus inter laicos.*
- 4 *Sortes non debent se extendere ad facti dubij probationem.*
- 5 *Enumerantur plures casus, in quibus ad iudicium sortis est recurrendum.*

AD DECIS. LVII.

- 1 **A**ppellatio an detur à sortis, & fortunæ iudicio vide *Borrell. in tit. de appellat. à num. 189. ad num. 223. tom. 2. Scacc. de appellat. 2. quest. 26. limit. 6. Ruginell. de appellat. 5. 2. cap. 3. n. 452. & 867. an succurratur ei, qui fuerit laesus ultra dimidiam Pinell. in l. 2. p. 2. cap. 1. n. 6. C. de rescin. vendit. Cald. Pereira in l. si curatorem verbo, vel aduersarij dolo nu. 13. &*
- 2 *14. sortes apponere in diuisionibus, an sit peccatū Alex. ad Bart. in l. meminimus vers. posses. col. 2. C. quando, & quib. quar. par. lib. 10. & quando sortibus locus sit, vide Bart. in l. si duas num. 3 ff. de excusat. tutor. forte tunc aliquid dirimitur inter discordes, cum incertum est de iure, secus si sit incertum de facto Alex. in addit. ad Bart. l. si duobus vers. aduertat tamen C. comm. de legat. sortis*
- 3 *usus in beneficijs Ecclesiasticis est perpetuo prohibitus Ias. in l. huiusmodi §. si is, cui nu. 11. ff. de legat. 1. forte dirimi, quando sit prohibitum etiam inter laicos Abba. in cap. fin. num. 6. de sortileg. sortes non debent se extendere ad facti alicuius dubij probationē*
- 4 *Mar. Soc. in cap. Ecclesia vestra num. 30 eod. tit. forte decidi potest questio in interdicto vti possidetis, vbi est paritas probationum*
- 5 *Rip. in l. quominus num. 57 de summi. si duo canonici pari numero discordarent in eligendo, superior compellet eos ad concordandum sorte Borrell. in §. 2. glos. 1. nu. 343. de comprom. vbi humanorum ingenium non sufficit fors dirimit alrercationem, Aff. de iure Protom. car. 9 col. 3. vers. item quod pluribus, vnde si duo æqualis gradus concurrant ad retrahum ambo sunt æqualiter admittendi, secus si res sint indiuiduæ, quæ duobus competere non possunt, & hi simul eodem momento ad iudicium prouocauerint, & sint omnia paria, forte tunc dirimendum est, vtrum eorum præferatur l. si quæ. ff. famil. Hercisc. Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 2. glos. 10. num. 4.*

SV M MARI V M.

- 1 *Diebus festis nequeunt fieri acta, etiam si Iudex habeat potestatem procedendi summarie.*
- 2 *Ferijs ab hominibus inductis possunt partes renunciare, non autem diuinis.*
- 3 *In ferijs hominum admittitur renanciatio, etiam tacita.*
- 4 *Citatio in die in honorem Dei feriatæ exequi non potest.*
- 5 *Citatio facta in die non feriatæ, inualida est, si mandatum de citando fiat die feriatæ.*
- 6 *Actus extrajudiciales, & voluntarie iurisdictionis, fieri possunt die feriatæ in honorem Dei.*
- 7 *Quenam causæ pia tractari possint die feriatæ.*
- 8 *Inquisitores contra hereticam prauitatem possunt acta facere in die feriatæ.*
- 9 *Sententia in die feriato prolata, & eius executio inualida est.*
- 10 *Fallit in sententia excommunicationis.*
- 11 *Dies in honorem Dei feriatæ, qui dicantur.*
- 12 *Diebus ab honore Dei feriatæ, an possit procedi ad modum belli contra forasitos, & publicos latrones, & facinorosos.*
- 13 *Diebus festiuis quenam opera fieri possint.*
- 14 *Iudices laici, an possint statuere super obseruantia festorum.*

AD DECIS. LVIII.

- 1 **E**tsi acta diebus festis fieri nequeant, & facta nulla sint, intellige, de diebus, & festis diuinis *Carau. rit. 80. Soar. de Relig. tom. 1. tract. 2 lib. 2. de dieb. fest. cap. 3 num. 1. Magon. decis. Læcen. 25. num. 36. Gratian. decis. 144. num. 41. Intrig. l. sing. 80. num. 67. lib. 3. Quarant. in summ. Bullar. vers. dies festus Carras. super aliquas leges recopil. cap. 2. §. 2. nu. 1. qui omnes aiunt feriarum in tempore in Dei honorem inductarum iudicium conquirere*
- 2 *P. guer. decis. 53 nu. 3. etiam si iudex habeat potestatem procedendi summarie Canale. de Brach. Reg. par. 4. num. 293. renunciare possunt partes ferijs inductis pro necessitate, & fauore hominum, secus vero ferijs ad honorem Dei, & Sanctorum Petr. Cened. collect. Iur. canon. 142. par. 2. Christoph. de pace in sehol ad leg. Styli l. 156. à num. 10. Cardos in prax Iudic. & Aduoc. ver. feria num. 2. Franch. Leo. in Thesaur. fori Eccles. par. 2. cap. 1. num. 27. etiam si cum iuramento renunciatum esset adhuc renunciatio non valet*

G


leret

Didac. de Mari.

- leret feriarum introductarum ad honorem Dei *Rimin. sen. conf. 595 nu. 1. 2. 3. & 18. vol. 3.* non modo expresse. nec etiam tacite partes renunciare possunt *Azor. inst. moral. par. 2. lib. 1. cap. 27 q. 18. Perez. l. 1. glos. 1. pag. 582 vers. sunt praterca tit. 7. li. 3. ordin. Cald. Pereir. de resol. emphit. cap. 17. num. 10. col. 5.*
- 3 ferijs ad fauorem, & necessitatem hominū inductis admittitur renunciatio tacita, vt si pertranseat in ius vocatus, & acta valida erunt *Borrell. in summ. decis. tit. 30. nu. 142.*
- 4 tom. 2. citatio in die in honorem Dei feriato exequi non potest *Parlador. rer. quotit. lib. 2. cap. fin. par. 5. §. 4. num. 3. Cauall. decis. 4. num. 41. par. 2. Muscat. in prax. S. C. par. 1. glos. intimata num. 20. nec potest fieri, vt cadat in die dominico Mari. Ant. var. resolut. lib. 3. resolut. 48 num. 15.* sic etiam inualida est citatio facta die non feriatā, si mādātum de citando fiat die feriatā *Azeued l. 4. num. 6. tit. 1. lib. 1. noua recopil. quia neque citatio facta die feriatā in honorem Dei potest fieri pro die non feriatā Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 46.* in die festo in honorem Dei introducto, nec citatio ad videndum iuramenta testium potest valide fieri *Vin. decis. 274 num. 18.* dispensationes, collationes beneficiorum, scripturæ, & actus extraiudiciales, & voluntariæ iurisdictionis die in honorem Dei feriato fieri possunt *Cardos. in prax. Iudic. ver. feria num. 3. Ceual. de cognit. per viam violen. par. 2. q. 107. n. 4.* causæ piz die in honorem Dei feriatō, licet apud Iudicem tractari possunt *Fr. Emman. quest. regul. to. 2. q. 70. art. 2. Valer. Reginal. in prax. for. penit. lib. 19. num. 44.* verum cum causa pia dicatur multipliciter, vt ostendit *Tiraqueil. de pia causa in prax. intellige de causa pietatis, quæ respicit opera misericordiæ Mar. Ant. lib. 3. var. resolut. 48. num. 1. tollet in summ. lib. 4. cap. 15. num. 7.* Inquisitores contra hereticam prauitatem possunt cōficere acta in die feriato in honorem Dei Mar.
prædictis, nullamque aliam exercere iurisdictionem dicta lite pendente, qui Viceadmiratus vna cum prædicto Magistro Actorum per ipsum Magnum Admiratum eligendo curam habere debeat naufragiorum occurrentium in maritimis prædictis nullamque aliam posse exercere iurisdictionem dicta lite pendente, qui Viceadmiratus vna cum prædicto Magistro Actorum, & famulo gaudere debeant immunitate hospitandi seruitiorum personalium, verum contribuere teneantur in pecunia, nec non exemptionis fori, itemque à nemine valeant recognosci in omnibus ipsarum causis, tam ciuilibus, quam criminalibus, nisi à prædicto Magno Admirato, seu eius Locumtenente, & quoad asportationem armorum liceat prædictis Viceadmiratis asportare omnia, & quælibet arma offensua, & defensiva etiam prohibita per Regia banna quæcunque voluerint pro exercitijs prædictæ commissionis, verum prædictis famulo, & Magistris Actorum liceat asportare arma, vt supra, sed non prohibita per Regia Banna, & ne in deputatione famulorum eligendorum per prædictos Viceadmiratos fraus aliqua fieri possit, decernitur, & declaratur, quod famuli nominandi debeant describi, & registrari in officio prædicti Magni Admirati, vel prorogati, itaque si contingerit mutatio aliqua illorum subrogandus, & eligendus, seu subrogandi, & eligendi nõ gaudeant immunitate aliqua si non reperiuntur descripti, & registrati, vt supra, pro quorum omnium executione Sua Excellentia mandat prouisiones debitas expediti hoc suum Gorostiola Reg. de Pont. Reg. de Castellet. Reg. & subinde prouisiones fuerunt expeditæ sub die ultimo Decembris eiusdem anni 1602. in part. 20. fol. 76. & illas per scriptorium obseruari mādauit Illustr. Dux Ossunæ sub die 20. Ianuarij 1620. vt in diuers. 8. fol. 279. quas habui à Iacinto Storiniola Secretario ordinario præfectori belli huius Ciuitatis Rhegij, & parantiæ, sed quod ad asportationem scloporum paruarum infra tres palmos est hodie facta prohibitio, vt in pragm. edita sub die 27. Decembris 1623.

Didac. de Mari.

H

JVM.


SVMMARIVM.

- 1 Alienatione permiffa in fucceffores ab interftato, poteft eis relinqui etiam ex teftamento, & e contra.
- 2 Alienatio conceffa, licet videatur intelligi de alienatione inter viuos tantum, intelligitur tamen etiam per vltimam voluntatem.
- 3 Alienatio permiffa vno modo, videtur permiffa omni fimili modo.

AD DECIS. LXXIV.

- A** D ornatum huius decif. vide D. de Pont de poteft. Proreg. tit. 8. §. 6. Roſentall. de feud. cap. 8. conclud. 14. Merocch conf. 1089. Giurb. in Conſuet. Meſſ cap. 15 gloſ. 4. num. 19. 20. & 21.
- 1 Maur. lun. alleg. 8. num. 10. & ſequ. Alienatio permiffa fi fit in fucceffores ab interftato poteft eis relinqui etiam ex teftamento, & e contra Decian. reſp. 31 num. 135. volum. 1.
 - 2 alienatio conceffa licet videatur intelligi de alienatione inter viuos tantum, intelligitur tamen etiam per vltimam voluntatem Decian. reſp. 58. num. 65. volum. 2. quid fi res feudal. eſſet Fab. Anna conf. 129. Peregr. de fideicom. art. 40 alienatio permiffa vno modo videtur permiffa omni fimili modo Bart. in leg. ſicut §. ſed ſi permiferit. nu. 2. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. §.

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Receptator inqueſiti de crimine laſe Maieſtatis, punitur eadem pena, qua principalis: Nec gaudet indultu, quando ab illo excluduntur inqueſiti de dicto crimine.
- 2 Leſe Maieſtatis crimen quibus modis committatur, & quomodo puniatur.
- 3 Crimen laſe Maieſtatis Diuina, & humana, & falſa moneta non recipit remiſſionem.
- 4 Eius cognitio eſt de reſeruatis Principi.
- 5 Contra illud committentes, poteſt inauditis deſenſionibus procedi.
- 6 Quibus modis probetur.
- 7 Conſcius criminis laſe Maieſtatis, qua pena ſit puniendus.

- 8 Vtens inſignibus Regis, crimen laſe Maieſtatis incurrit.
- 9 In crimine laſe Maieſtatis non fit extenſio de caſu ad caſum.
- 10 Fidem datam Principi frangens, an incurrat crimen laſe Maieſtatis.
- 11 Carenti dolo non poteſt imputari crimen laſe Maieſtatis.
- 12 In crimen laſe Maieſtatis nullius attenditur priuilegium.
- 13 Bellum priuata auctoritate excitans, incidit in crimen laſe Maieſtatis.
- 14 Pena l. quiſquis C. ad leg. lul. Maieſt. quando locum habeat.
- 15 Bona ſubieſta fideicommiſſo non deuoluuntur ob crimen laſe Maieſtatis.
- 16 Filij rebellis ſunt incapaces, & habentur pro non natis.

AD DECIS. LXXV.

- 1 **R** Eceptator inqueſiti de crimine laſe Maieſtatis punitur eadem pena, quæ principalis, vt fuit deſiſum in contingenti caſu per Collat. Conſil. vt refert de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 3. num. 10. & receptator inqueſiti de crimine laſe Maieſtatis generali indultu non gaudet, quoties in indultu excipiuntur hi, qui de crimine laſe Maieſtatis imputantur, vt fuit deſiſum in eodem Collat. Conſil. teſte eod. de Pont. decif. 22.
- 2 Num. 5. Gramm.) laſe Maieſtatis crimen quibus modis committatur, & quomodo puniatur vide Oter. diuerſ. queſt. iur. par. 3. queſt. 1. Reuſn. decif. 16. lib. 4. Ricc. colleſt. decif. 2362. par. 6. Cabed. decif. Luſit. 82. par. 2. Mangrell. ad Bart. in rubr. ff. ad l. lul. Maieſt. Muſcat. in prax. crim. rubr. de crim. laſe Maieſt. bum. Rou. in pragm. 5. num. 20. de Abol. Valenz. in diſc. ſtat. & belli cap. 2. conſider. 18. num. 50. [Cabed. decif. Luſit. decif. 82. par. 2.] an æquiparetur in omnibus crimini laſe Maieſtatis diuinæ Rou. in pragm. 1. de bon. prædit. num. 31. & 43. crimen laſe Maieſtatis diuinæ, & humanæ, & falſæ monetæ non recipit remiſſionem Tap. ſup. iur. Regn. lib. 3. tit. vii. de crim. agi oport. num. 39.
- 3 cognitio, & punitio talis criminis eſt de reſeruatis principi Farin. queſt. 118. num. 15. Max. Mut. in cap. Regn. Sicil. 456. num. 96.
- 4 tom. 5. contra illud committentes poteſt ex abrupto inauditis deſenſionibus procedi Ball. de queſt. queſt. 100. num. 52. Burg. de modo proced. ex Abr. queſt. 19. num. 40. de probationibus in crimine laſe Maieſtatis vide

- vide Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. capit.*
- 7 45. conficius criminis læsæ Maiestatis, qua pœna sit puniendus *Reuert. decis. 40. in manuscript. tom. 1. vbi discuit doctrinam Bart. in l. utrum. ff. ad l. Pomp. de Parric.*
 - 8 vtens insignibus Regis crimen læsæ Maiestatis incurrit. *Camill. de Medic. conf. 170.*
 - 9 in crimine læsæ Maiestatis non fit extensio de vno casu ad alium, sed fit stricta interpretatio *Gram. conf. 31. num. 41. qui fidem datam principi frangit, an incidat in crimen læsæ Maiestatis Bero. conf. 165. vol. 3. carenti dolo non potest imputari crimen læsæ Maiestatis Campagn. in cap. nuper ad vindictam num. 53. Reg. Tap. in decis. 13. num. 6. in crimine læsæ Maiestatis nullius attenditur privilegium, omnesque pares sunt Mangr in addit. ad Bart. in l. nullus in princ. C. ad leg.*
 - 13 *Iul. Maiest. Bellum priuata autoritate excitans, incidit in crimen læsæ Maiestatis Reg. Constan. in l. unica num. 13. C. ut armorum vsus lib. 1. l. læsæ Maiestatis, seu pœna. l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. quando non habeat locum Seraph. decis. 830. num. 7. & 8. de Pont. conf. 50. num. 9. & sequ. tom. 2.*
 - 15 Bona subiecta fideicommissio non deuoluuntur commissio crimine læsæ Maiestatis *D. Reg. Moles decis. 30. quest. 30. & quod restituantur omnia bona fideicommissario, qui de iure debet præferri fisco, fuit decisum in Reg. Cam. referente D. Alfonso de Salazar sub die 28. Octobris 1567. & si fideicommissum factum sit sine bona restituantur fideicommissario, etiam quod existant filij rebellis, quia cum ipsi sint incapaces habentur pro non natis Guid. Pap. decis. 612. & refert D. Moles fuisse decisum, quod Frater Io. Prancisci de Albis, qui fuerat decapitatus ob crimen læsæ Maiestatis diuine, veniret ad eius bona ex fideicommissio Patris communis, excluso fisco, & filijs, accedente etiam voto Dominorum Regent. die 28. Octobris 1567.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 *Heres finito inuentario potest conueniri non transacto tempore trium mensum.*
- 2 *Infra tempora inuentarij potest heres lites contra defunctum inchoatas, prosequi, non tamen exequi sententiam.*

- 3 *Potest etiam intra idem tempus debitores hereditarios conuenire.*
- 4 *Inuentarij non confecti exceptio, an possit opponi post sententiam.*
- 5 *Heres cum beneficio legis, & inuentarij, obligatus pro debito defuncti etiam proprio, & principali nomine in solidum, quando teneatur ultra vires hereditarias.*
- 6 *Heres verus non dicitur, qui adit cum beneficio legis, & inuentarij.*
- 7 *Si heres non confecit inuentarium, an fideicommissarius possit petere iuramentum in litem.*
- 8 *Iudices Regiam potestatem habentes, possunt, omissione inuentarij non obstante, heredem non compellere nisi usque ad vires hereditatis.*

AD DECIS. LXXVI.

- 1 **P**oterit tamen heres conueniri completo inuentario à creditoribus antequam tempus trium mensum non fuerit transactum *Ricc. decis. 168. par. 3. Roder. de exec. cap. 4. num. 6. Cornaz. decis. 9. infra tempora conficiendi inuentarium non impeditur heres quominus inchoatas contra defunctum lites expedire, interim possit Fab. decis. 8. C. de iur. delib. sententiam vero non exequi durante inuentarij tempore voluerunt Phanic. de inuent. par. 4. num. 15. Cancer. 2. resol. cap. 3. num. 98.*
- 2 *& lib. 3. resol. cap. 2. num. 156. poterit heres durante dicto tempore hereditarios debitores conuenire Crau. conf. 593. num. 18. & vide, quæ plena manu scribit Giurb. in consuet. Mess. cap. 9. glos. 5. par. 1. inuentarij non confecti exceptio, an sit dilatoria, & post sententiam opponi possit Velasc. de partit. ca. 8. Craff. in §. inuentarium quest. 26. Dida.*
- 3 *Spino. de testament. glos. 35. num. 42. heres cum beneficio legis, & inuentarij obligatus pro debito defuncti etiam proprio principali nomine, & in solidum sub quibusvis alijs clausulis non tenetur ultra vires hereditarias, nisi expressa, & specialis renunciatio beneficij inuentarij prædicti interueniat, & obligatio satisfaciendi etiam ultra vires hereditarias, verum facta discussione inuentarii executio fiat etiam in bonis propriis, & de persona, quatenus ad eum peruenit de bonis hereditariis, prout decisum fuit in S. C. iunctis omnibus aulis die 16. Martii 1623*
- 6 *heres verus non dicitur, qui adit cum beneficio legis, & inuentarii Gratian. discept. Forens. 799. num. 44. per aditionem hereditatis non confecto inuentario actiones hereditarias*

H 2 dira-

- dicariæ confunduntur, licet adita sit cum beneficio legis, & inuentarii Seraphin. *decif.*
- 7 40. num. 3 si hæres non confecit inuentarium an fideicommissarius possit petere iuramentum in litem *Gratian. discept. Foren. cap. 2. §. num. 26. cum sequ. Ant. de Virgil. in tract. de legitimat. par. cap. 1. §. 2. num. 18.* iudices Regiam potestatem habentes, ut est Sac. Conf. possunt omissione inuentarii non obstante hæredem non compellere, nisi usque ad vires hæreditatis *Fulu. Lanar. in addit. ad repet. Regen. Lanar. in ca. primo de success. feud. num. 38.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Resignatio beneficii non potest recipi ab habente ius presentandi.
- 2 Significatio persona in resignatione facta in manibus Episcopi, an sit simonia.
- 3 Resignatio Simoniaca est nulla etiam quoad præiudicium resignantis.
- 4 Beneficium pure potest resignari consanguineo sine vitio Simonie.
- 5 Resignans quando amittat possessionem.
- 6 Quando possit agere pro spolio contra tertium.
- 7 Resignatio beneficii dolo facta, quando sit nulla.
- 8 Criminosi qui veniunt priuandi beneficio, possunt illud renunciare in fauorem pendente iudicio super criminibus commissis.
- 9 Resignans per procuratorem potest reuocare renunciationem quandiu res est integra.
- 10 Resignatio quando non tenuit, cedens reuertitur ad suum beneficium absque noua collatione.
- 11 Resignatio beneficii, ab excommunicato vitando facta, est nulla.

AD DECIS. LXXVII.

IN materia resignationis, vide, quæ cumulat *Borrell. in summ. decif. tit. de benef. resignat. tom. 1. Ricc. in collect. decif. 1478. & 1479. par. 6. Marefcot. var. resol. lib. 1. cap. 41. [D. Reg. Moles in decif. 3. q. 3.*

- sub tit. de deuolut.]* resignatio beneficii non poterit recipi ab habente ius presentandi, quamuis laico *Ricc. dec. 178. par. 2.* nam fieri debet coram superiore, quia ei interest ne beneficium dimittatur sine ipsius licentia *idem in prax. var. resol. 482.* resignatio beneficii, ut valeat debet fieri cum causa *Ricc. decif. 53. par. 3.* significatio personæ in manibus in resignatione facta in manibus Episcopi, an sit simonia *vide eundem Ricc. decif. 207.* resignatio simoniaca est nulla, etiam quoad præiudicium ipsius resignantis simoniace *Flamin. de resignat. lib. 14. q. 1. num. 12.* data pecunia pro resignatione committitur simonia *Couar. var. lib. 1. cap. 5. sub num. 4.* beneficium pure potest resignari consanguineo sine vitio simoniæ *Valenz. conf. 98. n. 41. & 42.* resignans non amittit possessionem, nisi postquam resignatario est perfecte quæ sita *Ludouif. decif. Rot. Rom. 138. num. 5.* potest agere pro spolio contra tertium *Achill. decif. 10. n. 4. de restit. spol.* sed si spoliatur à resignatario non potest agere spolio *Ludouif. decif. 364. n. 4.* resignatio beneficii dolo facta est nulla *Azor. inst. moral. par. 2. lib. 7. c. 26. q. 3. Flamin. de resignat. benef. lib. 13. q. 3 per tot. ubi n. 13.* declarat, ut non omnis dolo sufficiat, sed qui cadat inconstantem virum, & prudentem; Criminosi, qui non sunt priuati ipso iure, sed veniunt priuandi, possunt resignare sua beneficia in fauorem pendente iudicio super criminibus commissis *Petr. Gregor. de benef. cap. 26. n. 15. Gutier. canon. lib. 2. cap. 5. nu. 29. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 15 nu. 147. Nicol. Garc. de benef. par. 11. cap. 3. à num. 62.* resignans per procuratorem potest reuocare eam renunciationem quandiu res est integra *Valer. Reginald. in prax. fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 328.* resignatio quando non tenuit, tunc sine noua collatione ad suum beneficium cedens reuertitur *Rebuff. de pacif. possess. n. 154.* Resignatio beneficii ab excommunicato vitando facta, est nulla *Soar. de censur. tom. 5. disp. 4. sect. 2. num. 28.*

Didac. de Mari.

FINIS PRIMA PARS.

ADDITIONES RECONDITAE

AD DECISIONES

REG. CONSIL. NICOLAI ANTONII
GIZZARELLI

AVTHORE

DIDACO DE MARI I. C.

PATRITIO RHEGINO.

PARS SECVNDA.



SVMMARIVM.

- 1 Fur à quo Iudice, & quibus legibus puniri debeat.
- 2 Dispositio pragmat. 1. de furt. an procedat etiā contra exteros.
- 3 Furtum si plures simul committant, omnes tenentur in solidum eadem pena.
- 4 Latrones stratarum regulariter puniuntur pena ultimi supplicij.
- 5 Depositiones trium latronum, seu confessiones in tormentis factae singillatim, & occulte, & postea ratificatae, probant contra consocios latrones stratarum publicarum.
- 6 Cap. Regni frequens, & cap. Constitutionem, an procedant in terminis Regiae Pragmaticae adita anno 1581. contra furantes de nocte.
- 7 Latro nominans socium in tortura de furto strata publica, an faciat indicium ad torturam.
- 8 Socius nominatus, & tortus, & non confessus, atque adeo liberatus in forma, si postea superuenerint contra ipsum duae aliae depositiones sociorum latronum, an debeat puniri pena ultimi supplicij.
- 9 Duae, vel tres confessiones sociorum de iure communi non faciunt nisi indicium ad torturam.
- 10 Socij criminis etiam cum tormentis, non creditur ad condemnandum.
- 11 Duo, aut tres latrones deponentes contra aliquem bonae vitae, & famae, quam probatio-

nem faciant.

- 12 Socij criminis confessio quando faciant indicium ad torturam, & qua dicantur indicia sufficientia ad torturam.
- 13 Socius criminis an probet sine tortura in causis sanctae fidei.

AD DECIS. LXXVIII.

- V** Ide ad ornatū huius decif. D. Presid. de Franch. in dec. 570. Viscont. in suis concl. Iur. ver. latrones fol. mibi 151. Fur à quo iudice, & quibus legibus puniri debeat Bart. in cons. nouiss. 5. num. 25. & qua pena puniri debeat de iure communi, & Regni Campag. in cap. ad hoc de Franch. decif. 315. & 521. & qualiter dicitur furtum de nocte, vide Mar. Anton.
- 1 Nacla in cons. 469. vol. 3. An dispositio pragmat. prima sub rubr. de furt. procedat etiam contra exteros D. de Franch. decif. 521. Furtum si plures infimul committant omnes in solidum tenentur vna eademque pena Rou. in pragmat. 3. ead. rubr. in quo differat latro à fure declarat Iac. Anell. de Bott. in Auth. sed nouo in princ. de seru. fug Latrones publicarum stratarum puniuntur regulariter pena ultimi supplicij Mastrell. de indul. cap. 33. Et per cap. Regni frequens, & ineffrenata, cum furtum in strata publica sit reputatum delictum maximum, & atrox, fuit dispositum, vt depositiones trium latronum, seu confessiones in tormentis factae sigilla-

H 3 tm

- tim, & occulte, & postea ratificata, probet contra confocios participes, & fautores, tantamque fidem faciunt, quantam facerent testimonia duorum virorum, quod capit fuit declaratum per aliud cap. incip. constitutionem, dummodo confocii, & participes nominati, & confessi, sint personæ leues, & infamata, ac malæ qualitatis personæ, ut refert post *Foller. & Muscat. Cabal. cas. 185. num. 3.* An dispositio dd. cap. procedat in terminis Regiæ Pragm. editæ in anno 1581. contra furantes de nocte per Ciuitatē Neapolitanam, & vulg. dicatur cappiando cum discassatione domorum, & apothecarum, Ciuium, & habitantium in dicta Ciuitate, & suburbiis ipsius existentibus tribus confessionibus sociorum modo, quo supra S. C. de mense Septembris 1595. iudicauit, quod sic, & confirmauit sententiam M. C. V. quæ cōdemnauerat ad penam vltimi supplicii sociū contra quem aderant depositiones, & confessiones sociorum, ut refert *D. de Franch. in decis. 570.* Quid autem si socius latro nominat alium socium in tortura de furto in strata publica commisso, quæ nominatio cū sit facta in delictis exceptis de quibus potest socius interrogari concurrentibus, absque adminiculis facit indicium ad torturam *Alex. conf. 89. num. 20. vol. 3.* si socius nominatus fuit tortus, & non confessus adeo, quod fuit mediante decreto liberatus in forma, si postea contra ipsum superuenerunt duæ aliæ depositiones, ex confessionibus aliorum sociorum latronum eodem furto, an debet puniri pena vltimi supplic. M. C. V. in istis terminis condemnauit ipsum ad dictam penam, qui cum à sententia prædicta appellasset ad S. C. plene discussio articulo fuit per idem S. C. sententia M. C. confirmata, ut dicit *D. de Franch. in decis. 577* & intellexit dictum ca. Reg. quod dispositiones dictorum sociorum essent integre, & non elisæ per torturam illatam, & probatur vigore dicti cap. Regni, & privilegii, & non procedit nisi in casu suo, nam duæ, vel tres confessiones sociorum de iure communi non faciunt nisi indicium ad torturā *Io. Grand. de bello exul. num. primo fol. 211.* Sociis criminis etiam cum tormentis non creditur ad condēnandum etiam, quod sint plures, ut aiunt *DD. allegati per D. de Franch. in decis. 570.* quos intelligebat procedere aduocatus pauperū, quoad penam ordinariam delictorum, secus quoad extraordinariam, & quid si tres latrones deponerent contra aliquem bonæ conditionis, & famæ, quam probationem faciunt *Camp. in dict. cap. ait*, quod faciunt solum iudicium ad torturā de quo memin.

Musc. in prax. crim. fol. 171. num. 28. Giurb. conf. 50. num. 42. & si esset duæ depositiones seu confessiones tantum, inquit, quod vix contra nominatum facerent inditium ad inquirendum, cum essent bonæ vitæ, & famæ, quia debent esse tres, ergo duæ non sufficeret sibi aliis adminiculis etiam ad inquirendum, secus dicit ipse contra nominatum, malæ vocis, & famæ, tamen *Muscat loco cit. num. 29.* putat opinionem *Camp. nō veram*, & refert hunc casum sibi in facto accidisse in Reg. Aud. per quam fuit processum contra nominatum ad torturam, qui aliter non fuit confestus, tandem datis sibi defensionibus, & probato pro eius parte de bona vita, & fama tollendo qualitatem requisitam per dict. cap. quod incipit constitutionem, fuit nihilominus condemnatus in Regijs trimis per annos, & cum fuisset pro ipsius nominati, & inquisiti parte appellatum ad M. C. V. fuit per ipsam iterum tortus, & non confessus, & tandem per eandem M. C. liberatus in forma. Socij criminis cōfessio quādo faciat inditium ad torturam, & quæ dicantur inditia sufficientia ad torturam vide *13 D. Reg. Reuert. in decis. 42. tom. primo.* Socius criminis, an probet sine tortura in causis Sæctæ fidei *Genuen. in prax. Arch. Neap. cap. 68. num. 11.* & vide tradita per *Ricc. in decis. 299. par. 3.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Mutus, surdus, & fatuus, an sit inhabilis ad successionem bonorum feudalium, & an possit seruire per substitutum.
- 2 Mutum, vel surdum, vel cacum esse aliquem qualiter probetur. Et an præsumatur, quis esse bodie mutus, & c. quia iam fuit.
- 3 Mutus qui non potest testari, nec etiam codicillos facere potest.
- 4 Mutus, & surdus, quando ligentur statuto, aut lege.
- 5 Mutus an priuetur administatione utela suscepta antequam esset mutus.
- 6 Mutum, & surdum habuisse intellectum ad contrahendum, qualiter probetur.

AD DECIS. LXXIX.

Vide ad materiam huius decis. *Zaf. in tract. feudorum par. 8 num. 18. Guer. Pison. in tract. feud. in c. qui sint feudorum incapaces ver. si in antiquo*

- antiquo fol. 164. *Glof. Paris. in §. 8. glof. prima num. 25. Reg. Tap. in decif. nouiff. S. C. in ordine 6. Intrigl. de feud. cent prima quæst. 9. num. 290. & sequ. Mantie. de tacit. & ambig. conu. lib. 23. tit. 10. num. 29. & sequ. Marti. de Silima de feud. num. 205. tom. 10. par. prima tract. Reg. de Curt. in diuers. feud. num. 5. fol. mibi 83. Hartam. Pistor. quæst. iur. lib. 2. par. 2. q. 29. Tbesaur. Iun. quæst. Foren. 62. num. 2. par. 2. Mutus, surdus, & fatuus, an sit inhabilis ad successionem bonorū feudalium, quia seruire non potest, & an possit per substitutum seruire in Regno, in quo soluitur pro seruitio pecunia, & de intellectu tex. in cap. prim. §. mutus, an mutus, vel al. imperf. & vide Paul. Staiban. in cōf. 39. mutus, qui tarde loquitur, & surdus, qui aliquid audit succedunt in feudis Io. Thom. de Marin. in tract. 2. de gener. & qualit. feud. tit. 2. num. 137. Mutum, & surdum, vel cecum esse aliquem qualiter probetur Bart. in l. mutus num. 2. ff. de bon. posses. furio. infan. Mutus, & surdus, vel cecus, quia quis fueris, non ob id præsumitur, quod hodie sit Bart. in l. prima num. 4. ff. de verb. oblig. Mutus, qui testari nō potest, nec codicillos facere potest Mantie. de consuet. ultim. vol. lib. 6. tit. 4. num. 2. mutus, & surdus, quando obligatur lege, vel statuto Rouit. in pragm. 8. num. 26. de extract. animal. Cécitas, mutitas, & surditas, an sint ad tutelam exercendam inhabilitatio, vel excusatio Galter. in prax. tutel. par. prima num. 4. fol. mibi 47. mutus si quis non erat tempore, quo tutelam acceptauit, an si postea obmutescat priuetur administratione Escobar. de ratiocin. cap. 6. num. 11. mutum, & surdum habuisse intellectum ad contrahendum, & ad eundem qualiter probetur Calà de modo articul. glof. uni. n. 1107.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Mercatores falliti notantur infamia, & priuantur ipso iure administratione suorum bonorum.
- 2 Præsumitur contra eorum libros.
- 3 Non admittuntur ad cessionem bonorum, & num. 6.
- 4 Torqueri possunt, ut indicent pecunias credentium.
- 5 Omni beneficio priuantur.
- 7 Mercatores, & campsores, an regulariter admittantur ad oblationem.
- 8 Mercator non liberatur si creditores capiāt

- omnia eius bona,
- 9 Mercatores exercent officium publicum.
 - 10 Mercator, qui mercaturam deseruit, an comprehendatur ijs iuribus, quæ de mercatoribus statuunt.
 - 11 Mercatoris lista, manuale, & bilanciū probant inter mercatores.
 - 12 In mercatorum causis debet seruari communis obseruantia, quidquid sit de iure communi, & quomodo in ijs sit procedendum secundum æquittatem.
 - 13 Inter eos non est necessaria stipulatio, & pactum nudum habet vim stipulationis.
 - 14 Mercatores, qui in itinere gabellis grauantur, habent fori electionem, & est eis summarie succurrendum.
 - 15 An possint conueniri in omni loco.
 - 16 Quibus personis sit prohibitum mercari.
 - 17 Mercatura an derogat nobilitati.

AD DECIS. LXXX.

- A**d ornatum decif. vide Strace tit. de decoflor. par. 3. Decian. resp. 81. num. 56. vol. 3. Tales mercatores decocti, seu falliti notantur infamia Menoch. cons. 410. num. 19. & sequ. lib. 5. & sunt ipso iure priuati administratione suorum bonorum, & sunt inhabiles ad velle, & nolle Camill. de Medis. cons. 98. num. 27. & quia solent sua negotia intricare, ideo præsumitur contra eorum libros Petr. Gregor. lib. 22. syntag. Iur. cap. 9. num. 11. Neuizan. cons. 59. num. 11. Et non admittuntur ad cessionem bonorum Mangrell. ad Bart. in l. is, qui bonis in princ. ff. de cess. bonor. Costa subf. reme. 27. num. 12. Cabal. ref. crim. cas. 105. Cancer. in 2. resol. cap. 8. de cess. bono. num. 44. Viu. decif. 529. num. 8. & 9. lib. 4. & torqueri possunt ut indicent pecunias credentium Maxill. ad Consuet. Ciuit. Bari tit. de cess. bon. nu. 34. D. Ioseph Mele sup. ad Gizzar. decif. 59. n. 11.
- 5 Decoctores omni beneficio priuantur, ut illo excussionis Paris. cons. 94. n. 11. lib. primo ratione doli, quem in eis præsumi adnotauit Natl. cons. 461. num. 2. vol. 2. Plot. de in lit. Iur. §. 4. num. 64. Trentacinq. vol. primo var. lib. primo tit. de solut. resol. 27. num. 28. intellige prædicta de decoctoribus illis, qui non fortuito, sed sua culpa decoxerunt Bude. in annot. ad Pand. ad l. si hominem §. quoties ff. de pos. & qui partim sua culpa, partim fortunæ vitio decoxerint ad cessionis beneficium non admittendos censent Farin. q. 26. num. 26. Boer. decif. 349. num. 8. Brun. de cess. bono. 5. quæst. 4. quæst. princ. & quæst. 28. non valet statutum, quo fortunæ vitio lapsis bonorum cessio interdicitur Roder. Suar. tit. de

- 7 *tit. de cess. bono. § primo circa fin.* Mercatores & campsores, an admittantur regulariter ad oblationem *Ludou. decis. Perus. 64. num. 24. & 26. par. 2.* Contra mercatores speciale est, quod si omnia eorum bona caperent creditores non propterea liberarentur *Capic. decis. 46. n. 9.* Mercatores videntur exercere officium, quasi publicum *Adrian. Neogus. resp. 423. nu. 27.* Mercator, qui mercaturam deseruit, an ijs comprehendatur iuribus, quæ de mercatoribus statuunt *Polid. Rip. obser. 57. Casar. Manent. conf. 113.* Mercatoris listæ, manuale, vel bilancium inter mercatores probant *Escobar. de ratiocin. ca. 10. num. 70. cum sequ.* ut videtur mandata potestas conficiendi librum per contrahentes cum alio *Scacc. de iudic. caus. civil. cap. 11. num. 202.* In mercatorum causis debet observari communis, & sequuta observantia, quicquid sit de iure communi *Ludou. comm. concl. 38 vers. inf. 69.* In mercatorum causis, quod dicitur esse procedendum secundum æquitatem, quomodo intelligatur *Cacher. decis. 2. num. 2.* non curant apices iuris, nec stipulatio inter eos est necessaria *Hering. de fideiussor. cap. 11. num. 84.* inter mercatores pactum nudum habet vim stipulationis *Belon. decis. 90. num. 3.* Mercatores vendentes res cõmettibiles, & alia necessaria, non possunt condemnari ad occurrendum *Apicell. 14 de dilat. quinq. tit. primo num. 120.* Mercatores, qui in itinere gabellis grauantur habent fori electionem, *Marta de iuris. par. 2 cap. 21. num. 5.* & est summarie succurrendum ubi grauantur in vectigalibus *Perez. in l. 15 Regn. Castell. lib. 3. tit. primo.* An possint conueniri in omni loco *Capibl. in prag. 8. par. 2. num. 159.* Quibus personis sit prohibitum mercari vide *Lanar. conf. 43. Mattien. Dial. relat. par. 3. ca. 37 de Pont. conf. 49. tom. primo D. Ioseph Mele in addit. ibi à num. 25.* 16 & 31. mercatura exerceri potest per minores absque sollempnibus *Gratian. discept. For. ren. 279. num. 46. & sequ. tom. 2.* Et non solû est utilis, sed etiam necessaria *Scacc. de commer. § primo q. 6. num. 14.* an sit ars, Et causet ignobilitatem vide *Paschal. de vir. patr. pot. par. 4. cap. 2. num. 44. & sequ. Mexia de taxa panis concl. 5.* & quid de mercatura Venetorum, & Ianuensium, & de alijs mercaturis *Caput in tract. de regim. Reipubl. cap. 4. n. 33.* Eam exercentes apud dominos Venetos nobiles dicuntur, *Tiraquell. de nobil. cap. 10. Alciat. in l. mercis ff. de verb. signif.* Nobiles exercentes mercaturam in loco, ubi viget consuetudo mercandi per nobiles, eorum nobilitati non derogant *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2101. & vide Affl. in cap. primo*

tit. quis dicatur Dux col. 7. vers. sed hoc falsum, ubi probat in Regno nequaquam derogare nobilitati mercaturam.

Didac. de Mari.



SV. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 *Legatum quando dicatur factum gratia demonstrationis, vel taxationis.*
- 2 *Legatum factum gratia taxationis, si non existat res legata, non debetur.*
- 3 *Falsa causa vitiat institutionem, legatum, contractum, rescriptum, decretum cui originem dat.*
- 4 *An reddat sententiam, rescriptum, & alias dispositiones nullas.*
- 5 *Falsa demonstratio rei demonstrata adiecta, an destruat legatum, vel contractum, vel rescriptum.*

AD DECIS. LXXXI.

- 1 **L**egatum quando dicatur factum gratia demonstrationis, vel taxationis vide l. Fab. in l. si quis argentum vers. si quis C. de donat. *Felin. in cap. super literis num. 10. de rescr. Roman. in sing. 430. Bal. conf. 51. lib. 5. Dec. in conf. 323. col. prima post Castren. in conf. 338. num. 3.* quem allegat, tenet, quod si testator dicit lego titio decem, quæ volo dari sibi ex redditu talis rei, tunc ille redditus videtur appositus gratia demonstrationis, & licet ille redditus non sit, tamen hæres cogitur illum soluere l. quidam testamento ff. de leg. primo *Pres. de Amato in conf. 32. & in conf. 37. Reg. de Curt. in diuers. feud. ver. redeundo igitur num. 39. fol. 26. par. prima.* Sed si testator dicat vnica oratione volo, ut ex fructibus talis fundi soluantur Titio decem, tunc fructus dicantur apppositi gratia taxationis, & illis non-existentbus, hæres compelli non debet ad soluendum *Marc. Anton. Fugen. in conf. 94. num. 23. & 24.* ubi allegat *tex. in l. nomen §. vni ff. de legat. 2.* refert, & sequitur *D. de Franch. decis. 483. num. 6.* & satis pulcre in *dec. 721.* ubi reperies, quid fuit iudicatum per Sac. Conf. & multa ad hanc materiam spectantia congerit *Surd. in tract. de alim. tit. 4. q. 26. à num. 2. & sequ.* & de supradictis & alijs multis *Francisc. Mele iunior controu. vtriusque iur. centur. 1. controuer. 46. d. n. 8.*
- 3 *Num. 12 Grat.* Non solum falsa causa vitiat institutionem, sed etiam vitiat legatum si causa legandi alias est obligatoria *Cartar. in decis.*

- in decis. 133. num. 12.* vitiat pariter contra-
ctum *Dec. conf. 3. 7 num. 2. t. regr. conf. 8. n. 5*
vitiat refer ptum, & gratiam *t. regr. conf. 2.*
num. 3. 1. vitiat decretum, si decreto tacite,
vel expresse originem dat, *Alex. conf. 69 n. 3*
vol. 3. & nedum si falsa causa in totum est
falsa, sed etiam in parte *Brun. à Sole in libr.*
propof. Iur. fol. mibi 28. alia de falsa causa.
- 4 An reddat sententiam, confirmationem, re-
scriptum, & alias dispositiones nullas do-
ctissime scripserunt *Rimin. Iun. conf. 355 n.*
24. vol. 4. Cauale. decis. fuiuiz 46. num. 34. 35.
& 40. par. prima Staiban. conf. 14 n. 11. Ricc.
in collect. decis. 3164 par. 7 & quod vitiet fal-
sa causa, sententiam libellum, confessionem,
cessionem, & contractum etiam si fiat ex
certa scientia, voluit *Bal. in l. fin. C. de edic.*
- 5 *diu Adr. tollen.* Sed an falsa demonstratio rei
demonstratæ adiecta destruat legatum, vel
contractum *Anchar. quæst. famil. 72 n. 6.*
lib. 3. Surd. decis. 104. num. 32 non vitiat re-
scriptum si de corpore constat *Glorit. in re-
pet. cap. super literis n. 230 de rescript.*

Didac de Mari.



S V M M A R I V M.

- 1 *Vt debitor suspectus de fuga possit capi, &*
carcerari, aut duci ante præsentiam iudicis,
quot, & quæ requirantur.
- 2 *Debitor de fuga suspectus debet cauere non*
solum de stando iuri, sed etiam de soluendo
iudicatum.
- 3 *Debitor vt propter suspicionem fuga carce-*
rationem effugiat, quid probare debeat.

AD DECIS. LXXXII.

- 1 **V**ide *Caccialup in tract. de debit. susp.*
& fugit. q. 4. Gallup. in prax. Sac.
Conf. par. 2. cap. 30. num. 30. Debi-
tor suspectus de fuga, vt possit ca-
pi, carcerari, & duci ante præsentiam iudicis
requiritur. Primo, quod creditor habeat in-
strumentum, & liquidum contra suum debi-
torem. Secundo, quod suspicio fugæ super-
uenit post factum instrumentum, & contra-
ctum debitum, deteriorando suam substan-
tiam. Tertio, quod suspicio fugæ probetur
per duos testes, & quod debitor non possi-
deat immobilia *Gram. conf. ciuil. 17 num. 13.*
& sequ. & probat rit. M. C. V. 170. quem rit.
seruari quotidie in præst. testatur ibi *Carau.*
Ricc. in collect. decis. 2499. par. 7. Franc. Viu.
in Sylu. com. opin. 177. lib. primo licet teneat

contra ium *Vrsil. de Affl. decis. 170. num. 4.*
Multi enim cum *Carau.* reprehendunt
imperitos assessores, qui, ostento instrumē-
to debiti, & præstato iuramento de suspicio-
ne fugæ, concedunt immediate capturam,
non probatis prius prædictis requisitis, &
ideo in M. C. seruatur, quod porrecta com-
paritione modo, quo supra, fit decretum,
quod capiatur summaria informatio, & cō-
silio de credito, & suspicione fuge, vt supra,
expediuntur literæ exequutoriales, quod
debitor fugitiuus capiatur de persona, &
ducatur ante præsentiam iudicis, eoque du-
cto, si habet fideiussores de stando iuri pro
quantitate debiti, liberatur, sin autem man-
cipatur in carceribus *Nic. Tartagl. in prax.*
rer. Ciu. ca. primo num. 53. vel alio modo in-
terponitur decretum, quod dictus debitor
carceretur ad finem assecurandi iudicium,
& ita alias fuit seruatum in M. C. licet *Viz.*
in dict. opin. num. primo referat iudicasse cō-
cessisse capturam debitoris ob solum iura-
mentum creditoris, posset tamen procede-
re illius opinio, atque iudex posset capturā
concedere debitoris fugitiui, absque Sum-
maria cognitione, quando adeo periculum
immineret, quod si fierent probationes fug-
gam debitor arriperet secundum *Carau. in*
dict. rit. num. 14. Galter. in præst. instrum. 3.
par. princ. ver. expediatur citatio n. 16. dum-
modo appareant signa aliqua imminentis
periculi, vt notauit in *addit. ad Carau. in præ-*
cit. rit. num. 17. & assecratio iudicii non de-
bet impediri per debitorem, ex scriptura
priuata recognoscenda *Mart. in vot. 182. n.*
3. vbi allegat Affl. in decis. 109 debitor de
fuga suspectus concurrentibus prædictis po-
test capi, & carcerari etiam si dies solutio-
nis non venit adhuc *Surd. in trac. de alimen.*
tit. 8. priuil. 77. num. 8. Carau. in præcit. rit. n.
3. Et quatenus dixi supra, quod debitor su-
spectus de fuga carceratus dando fideiussor-
em de stando iuri liberatur iuxta dictum
rit. vbi *Carau. num. 11.* ait ita seruari, vt etiā
testatur *Tartagl. tamen Affl. in decis. 170.*

2 *num. 4.* refert decifum in Sac. Conf. debito-
rem de fuga suspectum, non solum debere
cauere de stando iuri, sed etiam de iudicatū
soluendo, & sequitur *Vrsil. in addit. Maxil-*
la in consuet. Bari rubr. de dilat. & reus con-
uentus num. 11. Muscat. in prax. q. C in glos.
expensis num. 20. & 28. Galter. in præcit. ver.
num. 14 fol. 164. & ita obtinui in M. C. V. de
mense Decembris 1627. contra Annibalem
galasi, & facto verbo in S. C. per iudicē Bor-
rello, fuit confirmatum decretum, ac nouis-
sime de mense Octobris 1630. pronunciauit
S. C. referente Consiliariō Angulo, contra
Lutium

- 3 Latium Oneglia A&uar. figliola. Debitor, vt propter suspicionem fugæ carcerationem effugiat, quod probare necesse erit refert *Marcell. Calà in tract. de modo articul. et proban. glos. unic. n. 607. 608. & 609.*

Didac. de Mari.



SVM MARIVM.

- 1 Conseruatoria qualiter in Regno præficientur.
- 2 Non sunt concedenda parte non citata, & si reperiantur concessa, non præiudicant tertio.
- 3 Non habent locum contra tertios possessores, qui non spoliauerunt, nec fuerunt in dolo.
- 4 Remedium capitulorum Regni competit etiã Clericis.
- 5 Conseruatorium pro laico contra clericum non procedit, nisi agatur de spolio violento.
- 6 Clerico si post edictum generale comparendo dicat se ius se possidere, & remitti petat ad Iudicem Ecclesiasticum, an concedatur remissio.
- 7 Violenta turbatio fuit causa inductiua capitulorum Regni.
- 8 Remedium capitulorum Regni, an competat etiam quando post mortem possidentis, nondum capta per hæredes possessione, bona per colonum possidentur.
- 9 An locum habeat in detentore, vel possessore iniusto, data inuaiditate contractus.

AD DECIS. LXXXIII.

- 1 **A**D materiam huiusmodi conseruatoriorum, & qualiter in Regno præficientur vide *cap. Regni ad Regale fastigium cap. ad presidentis, cap. caritatis affectus cap. finis præcepti, & cap. omnis prædatio*, ac latissimè declarat *Fulu. Lannar. in alleg. 6. pro bailo San. Eufemiz. Valasc. conf. 93. Ioseph Sese decis. rot. Arag. 2. vol. 2.* Et non sunt concedenda nisi parte citata; *Prag. prima de conseruat.* si reperiantur concessa parte non citata non præiudicant tertio *Intrigl. decis. 6.* Et non habent locum contra tertios possessores, qui non spoliauerint nec fuerint in dolo *Puluer. in addit. ad præcit cap. Regni ad Regale fastigium in fin.* competit remedium capitulorum Regni etiam clerico contra laicum, quia clerici sunt sub protectione Regis Catholici *Reg. Tap. in iur. Reg. iun. Reg. sub rubr. quan. Rex inter Eccles. person. cognos. apoff. à num. 8. ad 11.*

- 5 Conseruatorium, vt rite procedat requiritur, vt agatur de spolio violento, secus si non esset violentia *de Franch. decis. 701. & quando non adest vis vide Anna in alleg. 7. Ricc. in collect. decis. 1556 par. 5. & notauit ad Gram. in decis. 78. nu. 6. & iudicium hoc, neq. possessorium ordinarium, neque summarissimum Couar. præf. quæst. cap. 35. num. primo vers. primum etenim D. Valenz. in discurs. pro Roman. Pontif. par. prima nu. 11. Maia consult. 20. num. 11. ideo tertiam firmat speciẽ de Franch. decis. 163. num. 10. quam opinionem sequitur Affl. in Constit. de Burgenfat. num. 11. tit. de Sacram. præf. Baiul. vbi animaduertia, nisi procederetur virtute capitulorum Regni, ea ratione, quia illud nõ est iudicium neq. lis, sed extraordinaria cognitio c. administratores 23 q. 2. M. noch. de retin. possess. rem. 3. num. 356. Anna cons. 7. num. 26 de Franch. decis. 163 num. 10. & 18. Reg. Tap. in decis. S. C. 24. num. 19. Et violenta turbatio fuit capitulorum Regni causa inductiua *Camp. in cap. ad regale fastigium nu. 15. Affl. decis. 2. & 24 quæ quidem turbatio, seu violentia, cum sit facti probari debet Cardin. Paris. conf. 10. num. 38. vol. primo, & tempus quo fuit illata, & qualis fuerit Menoch. in causa Ferrariensi resp. 2. art. 4. nu. 90. & seq.**
- 8 Remedium prædictorum capitulorum, an competat etiam quando post mortem possidentis, non dum capta per hæredes possessione bona per colonum possiderentur, per ea, quæ refert Affl. in decis. 325. siue vacaret possessio, quia Rex voluit omnẽ violentiam expellere, concluditur, quod sic, & ita decisum fuit in causa Martæ de Athanasio cum Monasterio San. Mariz Aparete die 25. Februarii 1603. an locum etiam habeat in detentore, vel possessore iniusto, data inuaiditate contractus, fuit decisum in Collat. Conf non esse locum remedio capitulorum Regni *Reg. de Pont. conf. 96. nu. 35. vol. primo.*

*Num. 4. Paul. de Castr. adde Maran. de remed. possess. num. 33. tepat. lib. 2. var. tit. locat. in princ. Schrad. conf. 48 num. 118. vol. 2. Colono, quæ actio competat contra dominum spoliante vide Tuscan. concl. 373. nu. 16. Cornali decis. 146. num. 8. Colono expulso competit remedium recuperandæ contra tertium spoliatores Gozad. conf. 99. num. 4. Pontan. de spol. lib. primo cap. 3. num. 11. Gom. in reg. de annal. quæst. 57. num. 2. intellige tamen de colono, qui pecunia rem conduxit, non autẽ de simplici colono, qui potius custos est. Giurb. decis. 12. nu. 16. & qui conducit fundum pecunia videtur quodammodo emere fructus *Surd. conf. 150. num. 128. Morla. in empor.**

empor. iur. tit. locat. quæst. prima num. 3. Sef. 6. decis. Aragon. 29. n. 46.

Num. 5. Guid. Pap. adde Valasc. de iure empbit. q. 18. num. 9. & quæst. 21. Tusc. concl. 191. lit. E. late materiam prosequitur Neuar. quæst. Foren. 75. par. 2.

Didac. de Mari.



SV M M A R I V M.

- 1 *Paupertatis privilegia remissive.*
- 2 *Pauper an sit iudicandus aliquis, spectat ad arbitrium iudicis.*
- 3 *Alleganti paupertatem incumbit onus probandi.*
- 4 *Pauper est miserabilis persona, & gaudet electione fori, etiam si sua culpa sit lapsus in paupertatem, & n. 6.*
- 5 *Fruitur privilegijs pia causa.*
- 7 *Pauperes excipiuntur à pena pragm. 1. de fals.*
- 8 *Pauper, habens in Civitate palatium dirutum, quod non potest rellaurare, cogitur illud vendere.*
- 9 *Pauper excusatur à contumacia.*
- 10 *An excusetur à peccato, & à restitutione de rebus parvis furatis à multis.*
- 11 *Quando excusetur à muneribus patrimonialibus, & personalibus.*
- 12 *Pauperi relictum, an videatur ad piam causam.*
- 13 *Paupertas, & difficultas an, & quando excusent à periurio.*
- 14 *Paupertas quando à testimonio repellat.*
- 15 *Excusat à servitio, & à mora.*
- 16 *Paupertas appellantis excusat nē appellatio deferatur.*
- 17 *Privilegium, paupertatis causa concessum, ea cessante, cessat.*
- 18 *Paupertas affectata non prodest.*
- 19 *Pauper potest petere expensas à creditore, et excarceratur si ille negat.*
- 20 *Pauper, lite pendente, potest se alere ex fructibus rei sequestrata per creditorem.*
- 21 *Pauper potest ab Episcopo absolui ob violentam manuum iniectionem in Clericum.*
- 22 *Pauperi appellanti debet dari copia processus absque salario.*
- 23 *Pauperi litiganti cum diuite, debet diues subministrare expensas.*
- 24 *Pauper quando gratis puniatur, quàm diues.*
- 25 *Pauper non tenetur ad interesse lucri cessantis.*
- 26 *Fideiussor propter paupertatem potest ven-*

dere bona debitoris eo inconsulto, & satisfacere creditoribus.

- 27 *Pauperes non tenentur ad hospitalitatē, nec ad contributionem refectōis Ecclesie.*
- 28 *Legatum, aut fideicommissum relictum pauperibus, de quibus intelligatur.*
- 29 *Pauper reus ad iuratoriā cautionem admittitur.*

AD DECIS. LXXXIV.

- E**T iuxta tradita per authorem obtinui in Sac. Conf. ad fauorē Bradamantis Morano de mense Februarij an. 1621. præuio rescripto, seu viglietto Illustrissimi Cardinalis Zapata, tunc Generalis Regni Locumtenentis, Paupertatis privilegia plurima refert
- 1 *Mausit de apicell. alleg. 6. Pauper an aliquis iudicandus sit, spectat ad arbitrium iudicis, Barz. decis. bonon. 69. num. 51. Borrell. de magistr. adict. lib. primo cap. 15. num. 10. & seq. Gratian. discept. Foren. lib. 5. cap. 907. Galter. in prax. tutel. par. prima nu. 5. fol. 47. Giurb. in commen. ad consuet. Messan. cap. 16. glos.*
 - 3 *prima num. 10. Alleganti paupertatem incumbit probatio Montan. in tract. de iure tutel. cap. 25. num. 140. Menoch. conf. 1162.*
 - 4 *nu. 8. vol. 12. Pauper dicitur miserabilis persona, & ideo gaudet fori electione Vin. dec. 222. Natta conf. 590. num. 7. lib. 3. & fruitur privilegijs pia causæ concessis, & elargitis Neuar. in prax. elect. & variat. q. 16. num. 2.*
 - 6 *Lapsus in paupertate sua culpa, etiam gaudet electione fori Act. de infirm. par. prima cap. 36. num. 5. Pauperes excipiuntur à pena inflicta per pragm. prima sub rubr. de fals. Neuar. in collect. 89. num. 8. Lenocinium committentes ob paupertatem excusantur*
 - 8 *Vin. decis. 454. Pauper si habet palatium in Civitate, sed dirutum, nec præ i opia illud instaurandi potestatem, aut facultatem habet, cogitur illud vendere Baldas. Benedell. in rubr. de iure protom. S. scriptum nu. 6. fol. mibi 392. Pauper, an sit potius presentandus à patrono, quam diues Lamber. de iure*
 - 9 *patron. par. 2. 3. art. 5. q. prin. Pauper excusatur à contumacia Maran. in spec. aux. par. 6. vers. & aduertatur circa contumacias num. 5*
 - 10 *quando non excusetur à peccato, & à restitutione de rebus parvis à multis personis furatis Cordub. tract. de casib. cons. q. 70. punct. primo Lazar. tract. canon. & pract.*
 - 11 *quæst. q. 2. num. 10. quando excusatur à muneribus patrimonialibus, & personalibus Caput. de regim. Reipubl. cap. 3. num. 50. an excarcerandus ad formam rit. Berard. Pand.*
 - 12 *in prax. present. instrum. declar. 27. Pauperi relictum*

- relictum an videatur ad piā causam relictum, licet testator hāc qualitatem pię causę non exposuerit *Brunor. à Sole in compen. propos. iur. fol. mibi 150. Genuen. in practic.*
- 13 *Eccles. q. 447 & 574.* Paupertas, & difficultas, an, & quando excuset à periurio *Decian. tract. crim. tom. 2. cap. 11. nu. 16. & seq. Fontanell. de pact. nupt. par. 4. glos. 9. nu. 346.*
- 14 Paupertas, an, & quando à testimonio repellat *Baiard. ad Clar. in § fin. q. 24. num. 53*
- 15 & nimia excusat à seruitio *Larabz conf. 5. num. 149. & excusat à mora Menoch. conf. 16 1027. num. 11. vol. 11.* Paupertas appellantis excusat ne appellatio deferatur *Pellicc. ad 17 consuet. Auers. cap. 9. num. 103.* Paupertatis causa si priuilegium aliquod est concessum, ea cessante debet cessare priuilegium *Apicell. de dilat. quinquenn. tit. primo num. 156.*
- 18 paupertas affectata sicut affectata ignorantia non prodest *Fontanell. de pact. nupt. par. 19 2. claus. 5. glos. 8. num. 4.* Pauper potest petere à creditore, vt expensas ei subministret *Paschal de vir patr. potest. par. 2. cap. 9. num. 81. Coler. de alimen. lib. primo cap. 14. num. 67.* Vbi quando negantur potest excarcerari, & si danda sunt custodibus, & quid si potest aliunde alere *num. 71.* ibique etiam, quando valeat pactum de locando operas suas, & si tenetur, vt per *Vrsill. decis. 307. nu. 3. & per Risc. in 2. par. prax. resol. in sacerdote loquens, & per Anne. Rober. in lib. 2. rer. iudic. 20 cap. 6 car. 367.* sicut etiam porest se alere, quando est pauper ex fructibus rei sequente ratę per creditorem impune lite pendente *Cauale. decis. 3. num. 41 par. prima,* neque ad restitutionem, vel pretium tenetur *Carot. de sequestr. 2. par. q. 2. 2. par. princ. num. 12.* etiā si pro ex pensis litis vlus fuit *Curt Sen. de seques. 3. fallen.* Pauper ob violentam manus iniectionem in clericum, potest ab Episcopo absolui *Risc. in decis. 190. num. 13. par. 4. & 2.* transmittuntur gratis ad iudicem ad quem propter paupertatem *Aloys. de Leo. 22 in l. 2. num. 57. C. de edendo, & pauperi appellanti debet dari copia processus absque salario Cum. in rit. M. C. Sicil. cap. 46. nu. 36. Troyf. in rit. M. C. V. 290. num. 10.* ita quod iudex appellationis potest mandare actuario, vt gratis acta consignet pauperi appellanti, quin imo illum cogere sub pena priuationis officij *Annot. ad Stat. Parm. in tit. de ration. Summaria reddend. miserab. person. fol. 62. à tergo, & vide Nouar. in tract. de pri. 23 nil miser. pers. priu. 77.* Pauper, si litigat cum diuite, debet sibi diues expensas subministrare, & executor, si est pauper, potest ipse loco ipsorum se eligere *Mangrell. in addit. ad Bart. in l. illicitas §. præs. ff. de offic. pra-*

- fid.* Pauperibus non est adeo fauendum, vt discedamus à tramite iuris *Parif. in addit. ad Bart. in l. id quod pauperibus C. de Episc. 24 & cleric. Pauper, an, & quando grauius puniatur, quam diues Oynotom. in §. penales 25 quoque num. 62 instit. de action.* Pauper, qui per impotentiam soluere non potest non tenetur ad interesse lucri cessantis *Rolan. conf. 88. num. 44. vol. 2.* potest iudex remittere mulctam pauperi *Marfil. conf. 10. num. 26 40* Fideiussor propter paupertatem videri potest bona debitoris eo inconsulto, & satisfacere creditori *Felin. in cap. bi, qui de 27 de testi.* Pauperes non tenentur ad hospitalitatem *cap. de monachis de preben. minusq; ad cōtributionem refectionis Ecclesiarum Petr. de Antibo in tract. de mune. nu. 51. Pet. 28 de Vbal. in tract. de collect. num. 9.* Legatum vel fideicommissum relictum pauperibus, de quibus intelligatur *Mantic. de coniect. vol. 29 tim volunt. lib. 8. tit. 5.* Pauper reus citra suum dolum ad cautionem iuratoriam admittitur *Hering. de fideiuss. cap. 18. num. 89.* & in quibus causis *nu. 91* Paupertas quando excuset à periurio *Bartolo. de Capua in Consil. Regni eos, qui tit. de periur. Paupertas renunciantis personę adiuuat restitutionem, aduersus renunciationem Castill. lib. 3. controuer. cap. 2. nu. 69. & quando Lel. Caput. ad consuet. Neap. si moriatur par. 3. §. 10. num. 21.*

Didac. de Mari.



SVM MARIV M.

- 1 Priuilegium restitutionis in integrum, concessum vni ex litigantibus, prodest alteri.
- 2 Duo priuilegiati litigantes habent quatuor beneficia.
- 3 Quid si sint tertij interuenientes priuilegiati? distinguitur, & declaratur decisio Sac. Consilij.
- 4 Huiusmodi beneficia, quo tempore petantur, & concedantur.

AD DECIS. LXXXV.

- 1 **H**OC priuilegium restitutionis in integrum concessum vni, ex litigantibus prodest alteri *Dirr. in cap. in iudicijs de reg. iur. in 6 n. 4.*
- 2 & adeo verum est, vt si duo sint priuilegiati litigantes ex quo in Regno cōceduntur primum, & secundum beneficium quatuor esse beneficia in causa concedenda bina ad vniuf.

vnus cuiusque partis petitionem *Ifern. in consil. obfcuritatem circa fin. vers. item posset concedi plusquam bis*, & sic sequitur *Aff. ibidem*, est verum, quod Sac. Conf. conuevit, quando plures sunt litigantes priuilegiati in eadem causa, seruare praxim, vt in concessione, & decreto beneficiorum, quæ praxis seruatur, quando sunt tertij interuenientes priuilegiati, vt tunc beneficium cōcelsum reo, vel auctori intelligatur concessum respectu omnium priuilegiatorum, non autem quando esset actor, & reus priuilegiatus, quia tunc esset praxis directio contraria dispositioni iuris supra relatæ de quatuor beneficijs concedendis ex prædictis posset limitari decisio relata per *Consiliar. Anna. conf. 98. num. 10.* secundum quam per Sac. Conf. etiam fuit concessum beneficium tertio interuenienti referente tunc pro Regio Consiliario Golino de mense Iulij 1618. in causa inter Petrum Spinola, & Marchionē Sancti Stephani Actuarius de Amico, quod licet ex prædicto Consilio, quando processus est etiam in primo, & secundo beneficio compilatus, & tertius interuenit licet priuilegiatus, ex quo auditur in teratibus in quibus reperitur, & termini omnes sunt compilati, non potest petere ille tertius beneficia, idem esse dicendum, quando actor, & reus erant personæ priuilegiatæ, & erat compilatus processus tantum in primo, & secundo beneficio actoris, vel rei, non autem in quatuor beneficijs, & tunc tertius interueniens, ex quo in terminis in quibus causa reperitur, potest concedi aliud primum, & secundum beneficium, vt tunc debeat admitti, quod cum occurrerit cogitandum. Nec possum subterfugere argumēta *Ifern. & Aff.* concludentium in reo, & auctore priuilegiato quatuor beneficia competere, quare si tres æque principaliter ligant super aliqua re, ita vt omnes inter se fungantur actoris, & rei personis, non omnibus tribus singulis beneficia duo sint concedenda supposita terminorum paritate, quod omnes æque principaliter litigent, & inclusio vnus sit aliorum exclusio, & non possit, nisi vnus ex tribus admitti, talia beneficia, quo tempore petantur, & concedantur statuit Illustriss. Cardin. Zapata per *pragm. sub die 27. Maii 1621.* quæ secundum nouissimam compilationem, est posita sub tit. de ordin. iudic. num. 16. quam copiosè ornavit *D. Reg. Rouit. in suis comment.*

Didac. de Mari.

SVMMARIUM.

- 1 An, & quando testis falsus in vno, sit falsus in omnibus.
- 2 Instrumentum an, & quando sit totum falsum, si aliquid Notarius omiserit.
- 3 Acta nulla falsificans, quomodo puniatur.
- 4 Falsitas suspicio, quando oriatur contra Notarium ex insolito modo, & varietate scribendi.
- 5 Vt falsitas euitetur, omnis sumenda est interpretatio, etiam verba impropriando.
- 6 Falsitas non presumitur, quando ex actu nullum sequitur commodum, & num. 10.
- 7 Falsitas potius presumitur dicta per ignorantiam, quàm dolosè, ideo non punitur falsitas, nisi probetur dolus.
- 8 Falsi pena locum non habet, nisi falsitas sit alteri nociua, non tamen requiritur, vt actu noceat.
- 9 Falsitas quibus coniecturis presumatur.
- 10 Falsitatis presumptio quomodo inducatur, vel excludatur.
- 11 Falsitas instrumenti, an faciat supersederi in causa civili.
- 12 Falsorum testium, vel scriptura sola productio non sufficit, vt quis puniatur pena *pragm. de fals.*
- 13 Falsitas quomodo probetur.
- 14 In materia falsitatis, an sit locus tortura, & quæ probationes requirantur.
- 15 Falsificans prouisiones Reg. Cam. qua pena puniendus.

AD DECIS. LXXXVI.

- A**D ornatum decis. vide *Gabr. tit. de crim. concl. 8.* testis falsus in vno est falsus in omnibus, & eius dictum corrumpit in totum *Paris. conf. 74. vol. primo Anna in alleg. 52. num. 37.* etiam si testis depositio capita separata *Mench. de arbitr. iud. cas. 308. Tiraquell. in tract. de pen. temper. caus. 44. num. 42.* qui prædicta declarat procedere, quando testis est falsus in vno articulo per commissionem non per omissionem, quem sequitur *Viu. opin. q. 35. num. primo*, & refert *Baiard. ad Clar. in q. 53. num. 19.* & vide *Mascar. de probat. concl. 743. vol. 2.* Falsus in vno ex substantialibus dicitur falsus in omnibus, nisi ignoranter fecerit *Mangrell. ad Bart. in l. si ex falsis ver. buius glos. C. de transact.* Instrumentum, an, & quando sit totum falsum si aliquid notarius omiserit, vide *Glorit. in cap. super literis num. 46. de rescript.* si fecit instrumentum falsum, quod erat nullum punitur extraordinarie

I dinarie

- dinarie Mangrell. ad Bart. in l. si quis legatū de fals. acta nulla falsificans, quomodo puniatur Mangrell. in addit. l. p. in princ. ff. de
- 4 fide instrum. Falsitatis suspicio, quando oritur contra notarium ex insolito modo, & varietate scribendi refert Mastrill. dec. 310.
 - 5 nu. 26. par. 4. Falsitas, ut euitetur omnis est sumenda interpretatio Merlin. decis. Lucen. 99. num. 20. & omnis nimia subtilitas est adhibenda Surd. decis. 282. nu. 2. etiam verba impropriando Bertazi conf. crim. 8. nu.
 - 6 13. in fin. Falsitas ab aliquo commissa non presumitur, quando ex actu nullum poterat consequi commodum Menoch. conf. 98. nu. 26. lib. primo, & de presumpt. lib. 5. presumpt. 20. num. 43 & in testibus verba improprianda sunt, ut euitetur falsitas Passet. conf. 188. num. 14 Falsitatis penæ non est locus posita verisimili veritate in contrarium Boffit. de
 - 7 falsit. nu. 133. Falsitas presumitur potius per errorem, & ignorantiam dicta, quam dolose, & ideo magis presumitur ignorantia, & error, ut euitetur falsitas Gram. conf. 23. nu. 4 & conf. 41. Paris. conf. 69. num. 55. lib. 4. de falso, ut quis puniri possit, non solum requiritur probari falsitatem, sed etiam dolus vere probandus est Alex. conf. 74. num. 4. lib. primo Crau. conf. 75. num. 17. Falsitas debet esse alteri nociua, ut falsi pena locum habeat Oter. diuers. quas. iur. par. 3. q. 24. n. 2. Falsitas quotiescunque est talis, quæ potest esse nociua, & apta ad nocendum, licet cum effectu non fuerit nociua tamen est punibilis Farinac. in tract. de falsit. & simul. q. 150. num. 355. & licet aliquorum opinio sit, ut hoc casu non ordinaria, sed extraordinaria tantum pena puniatur, ut voluit Peguer. decis. 86. num. 16 veruntamen eadem opinio limitatur, ut non procedat in fabricandæ falsitatem, qui ex parte sua fecit quicquid potuit, ut falsitas ad effectum perduceretur sed non nocuit, quia fuit detecta, ut optime declarat Farin in dict. quas. 150. num. 358.
 - 9 Falsitas, quibus coniecturis presumatur, Giurb. conf. 96. num. 21. ex impossibilitate causatur Felic. alleg. 134. num. 7. & 10. par. 2. non potest committi sine aliqua causa Ro. lant. conf. 38. num. 39. vol. primo. Falsum non presumitur sine spe lucri Menoch. cōf. 1004. nu. 19. vol. 1. Falsitatis presumptio quando inducatur, vel excludatur declarat Gait. in tract. de credit. cap. 2. tit. 8. num. 3074. & sequen. Ricc. in collect. decis. 2. 76. par. 6. de indicij falsitatis instrumenti; vide Franc. Marc. decis. 151. par. prima. Triuis. decis. Vener. 4. par. 2. Falsitatis instrumenti causa, an faciat supersederi in causa civili Ricc. in collect. 1562. par. 7. Falsitas, ut sit punibilis re-

- quitit usum, & quando Giurb. conf. 5. Falsorum testimonium, vel scriptura sola productio non sufficit, ut quis pena Pragm. p. de fals. castigetur, sed requiritur expressa declaratio, quod vult illis uti præcedente partis aduersæ instantia Reg. Rouit. in pract. prag. num. 4. Falsitas testimonium, an possit probari per alios testes Ricc. decis. 284. par. 3. Si quis in aliquo loco fabricauit falsitatem in altero vero usus est, uter iudex cognoscet de crimine, & delinquentem castigabit Campanit. in diuersor. iur. canon. rubr. 11. cap. 28
- 14 num. 13. & 14. Falsitas, quomodo probetur vide Mart. in compen. decis. tom. 2. ca. 28. & ut probetur requiruntur probationes magis urgentes, quam in ceteris delictis Felic. alleg. 92. num. 13. Ceuall. in tract. de
 - 15 cognit. per viam violent. q. 12. in materia falsitatis, an sit locus tortura, quæ sit criminis falsi pena, quæ probationes requirantur, tamen quando est actum civiliter, quam criminaliter declarat D. Reg. Reuenter. in decis. 6. tom. primo in manuscr. Falsificans prouisiones Reg. Cam. quæ pena puniendus veniat idem
 - 16 Reuenter. decis. 3. to. 3. Falsitatis criminis privilegia explicat Ricc. decis. 132. n. 8 par. 4.

Didac. de Mari.



SVMMARIUM.

- 1 Pro edificatione, vel ampliatione Ecclesie, seu Monasterij, & pro omni eo, quod attinet ad monasterium, cogitur vicinus vendere domum suam, etiam subiectum fidei commissum num. 4.
- 2 Domus priuatorum pretio iusto capi possit ipsi inuitis, pro construendo palatio Regio
- 3 Quid pro constructione carceris.
- 5 Privilegium concessum Ecclesie, ut possit cogere ad vendendum, extenditur ad locandum.
- 6 Extenditur etiam pro ampliatione viae publicæ tendentis ad portam Ecclesie.
- 7 Ecclesia quando teneatur vendere alteri Ecclesie.

AD DECIS. LXXXVII.

- I**N hanc negatiuam descendendi sententia addit ad Gramm. decis. 76. sub num. primo, et si religionis fauore, nedum ob alicuius Ecclesie, vel Monasterij constructionem rem suam, quis cogitur vendere, sed ad iam constructæ ampliationem, ob frequentem religiosorum claustralium
- nume-

numerum *Reg. de Pont. in tract. de potest. pro reg. tit. de abundan. ciuit. § 4. num. 18 de Franch. dec. 223. num. 5. Cancer. in primo resol. cap. 13. num. 78.* siue ad destruere & iam reedificationem *Franc. Marc. decif. 534. n. 5. par. prima Ricc. in decif. 68. num. 5. par. 4. aut pro claustro, vel scholis fabricandis Molin. disput. 341. num. 2. siue pro dormitorio extendendo Socc. reg. 435. Fallen. 8. siue pro Monasterii viridario, & eiusdem viridarii ampliacione Anton. Macer. lib. primo resol. 112. cas. 29. siue pro ampliacione hospitalis Nouar. in tract. de priuileg. miser. person. priu. 6. num. primo, & 3. imo cogi potest vicinus ad vendendum seruitutem, altius non tollendi, etiam via publica intermedia de Frac. decif. 223. num. 4. cui pro necessaria viridarii sui clausura palmum terræ vicinæ, licet capere, ne viridariū ipsum profit omnibus, aut in eo inspiciantur monachi, vel quod tuti sint *Scot. conf. 3. num. 20. atque pro omni eo, quod connexum est monasterio Macer. decif. cas. 29. quicquid sit in cappella, vel oratorio de Franch. decif. 223. nu. 5. vbi declarat Couarr. in 3. resol. cap. 14. vers. est, & tertius, requisita, vt vendere, quis cogatur inuitus refert Gasp. Ant. Thesaur. quest. Foren. 64. num. 9. vsque ad num. 11. lib. primo Reg. Valenz. conf. 18. num. 132. Castill. decif. 134 & vide, quæ nouissimè cumulat D. Reg. Tap. in decif. Sac. Conf. 7. Menoch. conf. 1206. num. 19 & sequ. D. Franc. Ant. Costa conf. 28. vol. primo, domus priuatorum pretio iusto capi etiam possunt ipsis inuitis pro construendo Palatio Regio Auil. cap. prator lib. primo cap. 18. in vers. se haga col. 2. Regen. Constan. in l. unica C. de Palat. & dom. Domini. num. 40 lib. 11. an pro constructione carceris, quis cogatur vendere domum suā**

3 *Nouar. quest. Foren. 34. an bona fideicommissio subiecta non obstante expressa testatoris prohibitione possint vendi pro ampliacione Ecclesiæ affirmatiuam tenet Nouar. quest. 56. quem refert, & sequitur Thor. in compen. decif. par. 2. fol. 12. & ita decilum refert in Senat. Valen. Leo. decif. 90. priuilegium concessum Ecclesiæ, vt possit cogere ad vendendum, an extendatur ad locandum tenet, quod non Ricc. decif. Archiep. Neap. 10. verum contrariam tueretur sententiam*

6 *Nouar. quest. 92. extenditur prædictum priuilegium, etiam pro ampliacione viæ publicæ tendentis ad portam lateralem Ecclesiæ, cum vltra decorem adsit etiam maior commoditas pro ingressu ad Ecclesiā Rot. Rom. decif. 212. par. prima in recentiorib. Ecclesia quando teneatur videri alteri Ecclesiæ declarat Gratian. discept. Foren. 896.*

Didac. de Mari.

SUMMARIVM.

- 1 Feuda non veniunt in generali dispositione.
- 2 Nec comprehenduntur, nisi exprimantur.
- 3 Titulata non veniunt in obligatione bonorum feudalium, nec in assensu præstito super dicta obligatione.
- 4 In generali alienatione non veniunt bona feudalialia.
- 5 Feuda includuntur in dictionibus vniuersalibus geminatis.
- 6 Appellatione bonorum simpliciter non veniunt feuda. Fallit in literis Regis n. 8.
- 7 An in obligatione generali bonorum veniat feudum, & quid Neapoli in beneficium mulierum, quæ habent Regis assensum.

AD DECIS. LXXXVIII.

- 1 **F**euda in generali dispositione non veniunt *Mastrill. decif. 86. num. primo, quod limitat notabiliter num. 36. & 10 Menoch. conf. 1005. nu. 47. & 48. vol. 11. Regen. Lanar. in repet. cap. primo de success. f. u. d. nu. 119. nec comprehenduntur nisi exprimantur Mastrill. decif. 200.*
- 3 *num. 55 & titulata non veniunt in obligatione bonorum feudalium, nec in assensu præstito super dicta obligatione idem Mastrill. in tract. de Magistr. lib. 4. cap. 13. n. 203.*
- 4 *& sequ. In generali alienatione non veniunt bona feudalialia Gail lib. 2. obsiru. 154. Barbat. in tract. de assist. glos. 5. num. 26. Feuda includuntur in dictionibus vniuersalibus geminatis Camill. de Medic. conf. 20. num. 15.*
- 6 Appellatione bonorum simpliciter non veniunt feuda, & fit differentia inter verba generalia, vel vniuersalia *Reg. de Pont. decif. 23. num. 4. an feuda ad instar allodiorum veniant in generali appellatione bonorum sine expressione speciali Consil. Theodor. alleg. 25. num. 14. an in obligatione vniuersali, & generali bonorum veniat feudum, & quid in Ciuitate Neap. in beneficium mulierum, quæ habent assensum legis Molfes. conf. 3. & in comment. ad consuet. par. 2. tit. de bonis q. 11 bonorum appellatione veniunt feudalialia in literis Regis, quia in eo non cadit prohibitio alienationis feudorum de Pont. conf. 131. n. 89. vol. 2.*

I. 2

SVM.

SVMMARIVM.

- 1 Ille, pēnes quem reperitur res furata, debet eam exhibere, & deponere penes tertium, non obstante fideiussione de restituendo in fine litis.
- 2 An sit in culpa, & possit poni ad torturam.
- 3 An furtum ab eo presumatur commissum, & an teneatur docere à quo habuerit.
- 4 Bona furis sunt tacite hypothecata pro restitutione rerum ablatarum.
- 5 In quibus casib. quis furti teneatur, & quomodo probetur furtum.
- 6 Fur si dixerit accepisse rem, credens dominū permitturum, an puniatur pena ordinaria & an possit torqueri.
- 7 Furatas res occultans, qua pēna sit puniendus.
- 8 Rem alienam contrectans, & postea relinquens, an furti teneatur.
- 9 Furtum ut inueniatur, an liceat inquirere domum alterius.
- 10 Furto rem suam consequi quando liceat, & an liceat furari rem alienam, rei sue æquivalentem.
- 11 A furti pēna an excuset iusta causa credulitatis, quod res sit sua.
- 12 Furti actio quibus competat, & aduersus quos.
- 13 Furtum, an contrahat filius in bonis patris.
- 14 Inquiri de furto, an possit ex officio.
- 15 Fur, ut excusetur à pēna furis, quid probare debeat.
- 16 Furtum committitur à creditore si per eum obligatur pignus pro maiori quantitate.
- 17 Furtum est uti re pignolata, licet non inhoneſtum, & pro ea agitur tantum ciuilitèr.

AD DECIS. LXXXIX.

- 1 **V**ide ad ornatum decis. Nouell. in prax. crim. §. furtum num. 8. & 9. Thor. in comp. decis. Cur. Archiep. Neap. fol. 19. ille penes, quem reperitur res furata tenetur eam exhibere, & facta exhibitione debet deponi penes tertium lite pendente non obstante oblatione fideiussione de ea re restituenda in fine litis Iustin. Bonden. conf. 104. tom. 2. conf. crim. diuers. & an si res furtiua fuerit in domo alicuius reperta dominus illius domus dicatur in culpa, & conscius furti, an quod ibi reperta sit credatur vnico testi, & an dominus possit poni ad torturam, & condemnari Cardin. Tusc. pract. concl. 555. to. 4. Muta. decis. 40. num. 7. & 9. Soarez. in Tbesau. re-

- cept. senten. lit. F. num. 408. Farinac. q. 37. num. 48. Maran. in suis singul. fol. mibi 41. & an Aduocatus Consilio iuuans furem secreto, & retinens rem furatam pēnes se depositatam teneatur saltem ad propolandum furtum, vel reum, vide Tiber. Decian.
- 3 in resp. 93. vol. 2. & an furtum præsumatur commissum ab illo pēnes, quem res furata inuenta fuerit, & an teneatur docere à quo rem habuerit, vide etiam Menoch. de præsumpt. lib. 9. præsumpt. 29. Viu. decis. 146. lib. primo furata apud quemcunque inueniuntur proprijs dominis redduntur Laratba. conf. 59. num. 12. Fur si rem abstulerit condemnabitur ad rei restitutionem Gait. in tract. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 1549. sunt enim bona furis tacite hypothecata pro restitutione rerum ablatarum Rim. conf. 219. num. 34. licet aliter fenserit Costa subsid. rem. 56. à num. 4. verum pro furtis, non datur prioritas hypothecæ aduersus furem, sed omnes in eius bonis concurrunt Viu. decis. 451. & vno integrum soluente liberantur reliqui Intrigl. cons. cas. 49. nu. 3. in quibus casibus, quis furti tenetur Viscon. in concl. iur. fol. 108. & 109. furtum quomodo probetur Felic. alleg. 162. an connumeretur inter fortuitos casus Rendin. in promt. recept. sent. tit. de furto num. 2. Brun. à Sole in compen. propof. iur. fol. mibi 100. Fur si dixerit accepisse rem credens dominum permitturum, si potest puniri pēna ordinaria, & an in tali causa possit torqueri Maxill. in consuet. Bari rubr. si paries sit in confinio num. 144.
- 7 Furatas res occultans, qua pēna sit puniendus Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 11.
- 8 cap. 25. num. 22. rem alienam contrectans, ea postea relicta, an furti teneatur, & quatenus Reusner. decis. 21. lib. 3. de furti, & rapinæ gravitate eorumque pēnis latè Sayr. Clau. Regi. lib. 9. cap. 15. Farinac. in fragmen.
- 9 par. prima lit. F. furtum, ut inueniatur, an liceat inquirere domum alterius Mangr. ad Bart. in l. fur est manifestus ff. de furt. bona sua furata si quis cognouerit per eum, qui per Ciuitatem transit, potest fur impediri, si non præstat idoneam cautionem, & si sūt animata, vel alia, quæ non possunt seruari, & dubitetur de morte possunt capi propria autoritate Mangrell. ad Bart. in l. furtum
- 10 vers. utrum ex sola de furt. in princ. Furto rem suam consequi quando licet, declarat Lazar. canon. & pract. quæst. sect. 3. quæst. 6. num. 38. Ludouic. decis. Lucen. prima, furari rem alienam rei suæ æquivalentem, quando licet, & quomodo id fieri possit Viu. decis. 223. num. 4. furti à pēna, an iusta causa credulitatis, quod res sit sua excuset Boss. in pract.

pract. crim. tit. de furt. num. 12. furti tenetur creditor accipiendo aliquid, simulans creditorem, cum non sit *Strach. in tract. de 12 mercat. fol. 26 num. 31.* furti actio, quibus competat, & aduersus, quos *Tartagl. in prax. crim. cap. 5.* furtum factum à fratre, an dicatur domesticum *Ricc. decis. 162 par. 3.*
 13 furtum an contrahat filius in bonis patris, ut in eum detur patri actio ad penā *Caroc. tract. variar. tit. de re furtiua q. 33. Molin. 14 disput. 686.* inquiri de furto, an ex officio possit adden. in cap. *Regni incipien. in generalibus rubr. de inquisit. fur. ut excusetur à pena furti, quid probabit Marcell Calà de modo articul. & prob. glos. unic. à num. 315. usque ad 318.* à pena furti, qui excusentur declarat *Tartagl. in tit. de defen. reor. cap. 3.*
 16 furtum committitur per creditore, si obligetur per eum pignus pro maiori quantitate *Molfes. in summ. de contract. tit. de pignor. & bipoth. tract. 12. cap. 18. num. 53.* furtum, quod committitur ob usum pignoris, videtur commissum pro æstimatione illius usus tantum *Molin. de contract. disput. 535. num. 2.* tale furtum non est ita inhonestum, ut alia furta, nec infamiae penam irrogat, ideo civiliter tantum punitur *Cardin. Tusc. pract. concl. ver. furtum concl. 553. num. 22. & 23. Farinac. de furt. quest. 199 nu. 11. par. prima.*

Didac. de Mari.



SVMMARIVM.

- 1 Si ex uno facto plura oriantur delicta, vna ne an plures imponenda sunt pena? Distinguantur plures casus.

AD DECIS. LXXXX.

P AENZ multiplicandæ, an sint, si plura ex uno facto oriantur delicta, vel vna pro omnibus irroganda sit, & an minus delictum cum maiore confundatur (Distingue plures casus) primus est si plura eiusdem generis delicta ad eundem finem, quis committat, quia plures percussiones, vel plura vulnera alicui intulit, tunc si id faciat ex intervallo farentur omnes pluribus penis eum esse plectendum pro numero vulnorum *Boer. decis. 81. nu. 10. De-*


cian. resp. 95. num. 14. vol. 2. Clar. S. fin. q. 84. num. 3. & 4. Secundus est casus, si quis plura facta committet, quorum singula contineat in se crimen, & facta illa ad eundem finem tendereat, vnicum delictum, & crimen dicitur committere, si quis nepe pluries aliquem eodem animi impetu, & iterato etiam intervallo percusserit, vnicum erit delictum, & non plura, cum multæ, & iterate illæ percussiones ad vnum eundemque effectum ad occidendum, scilicet illatæ fuerint *Cauale. de brach. Reg. par. 4 num. 147. & 154 Cardin. Tusc. pract. concl. 210. nu. 12. & 13.* verum si vno eodemque tempore, ac vno ictu, quis pluribus vulneribus alium percussit, ut potè cum bidente, foruice, tunc addit *Clar. dict. q. 84. num. 3.* seruata semper vidisse *Bart. opin. in l. numquam plura ff. de priuat. delict. quod pro solo vulnere puniatur Caball. crim. resol. cas. 155. num. 16. 17. & 18.* de obseruantia itaque se informabit iudex, & eam seruari iuret *Tusc. dict. concl. 210. num. 16.* secus si plura sint separata delicta, & ad diuersum finem *Bolognet. conf. 30. n. 10. & seq.* Tertius casus est, si plura diuersi generis delicta ad eundem quoque finem ex intervallo committuntur, tunc etsi vnum sit ad aliud ordinatum, diuersis penis plectenda sunt omnia *Farinac. quest. 22. n. 28. Ludouic. dec. Lucen. 61. num. 5.* si diuersæ sint species delictorum *Cardin. Tusc. lit. P. concl. 209. n. 11.* Quartus casus est in pluribus diuersi generis delictis, quæ non ad eundem, sed ad diuersum finem tenderent, tunc de omnibus separatim puniri is debet, etsi eodem tempore commissa essent *Farinac. conf. 47. n. 10 in fin. Couar. lib. 2. resol. c. 10. n. 8.* confunduntur solum, quando ad eundem finem tendunt *Bolognet. conf. 33. n. 19.* quintus casus est, si plura diuersi generis delicta eodem tempore, & ad eundem finem committantur, tunc confunduntur omnia, sed maior delicti pena irroganda est reo, quia vnū delictum trahit ad se aliud, & vna pena includitur in alia *Molin. de iust. & iure tract. 3. disp. 41. num. 7. & 8. Adrian. Negusan. conf. 397. n. 9. Monach. decis. Floren. prima n. 47.* nisi pena primi, sit maior secundi delicti, tunc non confunduntur delicta *Bolognet. conf. 33. num. 5. & 6.* nec si eadem lege diuersæ penæ pro eodem delicto sint impositæ, secus si ex diuersis legibus, quia maior cum minori non confunditur *Bal. in l. si placet num. 5. C. de sacrosan. Eccles.*

FINIS SECVNDA PARS.

THESE ARE THE

INDEX ALPHABETICVS RERVM, ET VERBORVM.

QVAE IN OPERE CONTINENTVR.



A

Abbas.



Bbas, vel alius superiore persuadens alicui, ut suam religionem ingrediatur, si ille ingreditur; monasterium nō habetur loco filij decis. 81. num. 11.

Absentia. Absens.

Absentia morti equiparatur. decis. 4. num. 91. & infirmitas equiparatur. decis. 9. num. 17. quomodo allegatur. nu. 15 & 19. Quando allegatur quomodo fit decretum decis. 17. n. 12. inquisiti si fuit allegata, deinde visus non gaudet num. 13. regulariter est admittenda secundam distantiam loci, et qualitatis personarum num. 15. quando allegatur Iudex attendere debet, an sit verisimilis, vel malitiosa, & quando malitiosa. num. 17. equiparatur cum infirmitate. num. 19.

Absens, & infirmus, quando teneantur comparere per procuratorem decis. 9. n. 18.

Absenti quando actio quaratur per Notarium pro eo stipulantem. dec. 51. n. 19.

Absenti si fiat donatio, Notario stipulante pro eo, an acquiratur ius irrevocabiliter, vel revocabiliter. decis. 51. nu. 19. & quid si fiat pro loco num. 20. & quid si fiat pauperi absenti. num. 21.

Abundantia.

Abundantia quae bona operetur in Ciuitate. decis. 71. n. 9.

Acta.

Acta facta per religiosos sine licentia nulla per superuenientiam licentiae convalidantur. dec. 65. num. 6.

Acta facta in uno iudicio quando fidem faciant in alio. decis. 86. n. 26.

Actio.

Actio hypothecaria est pedissequa actionis personalis. decis. 12. n. 9.

Aclor.

Aclor si egit sine actione, an si pendente iudicio superueniat actio iudicium validabitur dec. 65. num. 13. si hypothecaria egit super feudo,

& pendente iudicio impetrauit assensum, an validetur iudicium nu. 21. Si unam causam deduxit in libello, aliam probauit, an obtinebit. num. 29. & reus non debet ad impariam iudicari decis. 69. n. 7.

Aclor non probante reus absoluitur. decis. 79. num. 31.

Aclus.

Aclum nullum faciens non videtur illum aclum facere, sed negare decis. 2. n. 25.

Aclui uni consentiens in iudicio, in reliquis non videtur consentire. decis. 48. n. 9.

Aclus factus ex falsa causa nō sustinetur ex vera. decis. 16. num. 4. Vnicus sufficit in possessorio. dec. 77. n. 17.

Acluarij.

Acluarij sunt officiales. decis. 24. num. 3. sunt annales sicut officiales. num. 44. & 91. si se subscribunt acta scripta a scribis valent num. 10. S. C. non recognoscuntur a M. C. V. num. 17. sunt destinati ad conscribendum acta, & faciunt cum Iudice unum corpus num. 43. non debent propalare inquisitis processus informatiuos quia tenentur pena falsi. num. 48. ante publicationem processus in ciuilibus non possunt parti ostendere articulos sub eadem pena falsi num. 49. sindicatus non possunt quarelas pendente termino ad porrigendum demonstrare sindicando num. 50. secreta reuelans iudicis arbitrio punitur num 51. fideiussiones capiunt num 52. capiendi modus. num. 53. obligationes, & fideiussiones quo modo per Reg. Pragm. capere debent num. 54. fideiussiones capiunt eorum risico & nisi ad se mandatum iudicis, & quomodo de tali mandato constare debet n. 55. 56. & 57. Idoneum fideiussorem non recipiendo quibus casibus excusentur num. 58. ipsimet proprijs manibus scribere debent obligationes penes acta, & nō per scribas num. 62. In capiendis obligationibus semper dicuntur, hab. re mandatum iudicis n. 63. debent conficere librum in quo obligationes penes acta scribant, & quomodo iste liber debeat confici num 64. in capiendis obligationibus penes acta, quid obseruare debeat num 70. & 73. an teneantur cognoscere contrabentes num. 71. vassalli an possint obligationes

INDEX ALPHABETICVS

- tiones pro Barone stipulare num. 78. secundarum causarum, an possint obligationes pignus acta recipere num. 79 de mandato Iudicis examinat testes etiam ab futuros num. 81. & 83 illis committi an possit à Iudice examen testium num. 82. testibus in recipiendis non potest alium substituere num. 83. & quomodo intelligatur nu. 84 in criminalibus quomodo testes recipere debeant. num. 85. dicta testium tam pro, quam contra fiseum scribere debent. num. 86. in criminalibus an possint cogere testes ad testificandum num. 87. debent scribere acta, alias non valent si illa scribit iudex. n. 89. non possunt esse in propria patria. nu. 92. si interficiuntur ab aliquo, an occidens gaudeat indultu num. 94. exigentes ultra pande etiam puniuntur decis. 20 n. 28.
- Adiecta.**
Adiecta alteri rei loco adiectionis cedere dicuntur decis. 32. num. 14.
- Administrator.**
Administrator obligatus ad reddendum computa si est suspectus de fuga ad possit capi, decis. 82. num. 11.
- Admiratus.**
Admiratus. Vide ver. magnus admiratus. & verbum vice admirati.
- Adoba.**
Adobam primo genitus soluit dec. 27. num. 3. an minuat paragium num. 44. quid sit decis. 43. nu. 10.
- Aduocatus.**
Aduocatus potest cogi gratis patrocinari pro paupere decis. 84. num. 3.
- Aedificia.**
Aedificia adiacentia iudicantur eodem iure, quo principalia. dec. 32. n. 35.
- Aestimatio.**
Aestimatio an debeat pseudo donato sine assensu sicuti pseudo legato, & quid si donatio sit contemplatione matrimonij decis. 22. nu. 1. & 2 quando sit praestanda loco rei nu. 3. quando debeat legatis bonis emphiteuticis nu. 4. an debeat pseudo legato dec. 35. n. 1. 2. 4. & quid si in eo haeres instituitur n. 3.
- Agnati.**
Agnati an possint pro foriudicato exceptiones allegare, & quid in exceptione clericatus. decis. 16. nu. 26. & ibi quando presentantur bulla clericatus.
- Agni.**
Agni, vituli, hedi an sint in fructu decis. 34. nu. 47.
- Alcalanorum Dux Prorex laudatur dec. 1. n. 2.**
- Alapa.**
Alapa percutere, an sit grauis iniuria, & quomodo puniatur decis. 16. num. 15. & quid si fuerit data officiali nu. 16. percuties clericum an incidat in excommunicationem papalem nu. 18.
- Alienatio. Alienare.**
Alienatio rerum Ecclesie si fiat coram Summ. Pont. an requiratur alia sollemnitas. decis. 3. nu. 19.
- Alienatio feudi si sit facta saluo Regio assensu, & fiat reuocatio feudi, si assensus subsequatur facta reuocatione nihil operatur. decis. 29 nu. 1. feudi an validetur ex noui dominij superuenientia decis. 65. nu. 16. quid sit, quando dicatur propria, & quando impropria, & quando impropriissima dec. 74. n. 13.**
- Alienationis prohibitio, an se extendat ad res modici praiudicij dec. 74. nu. 11. verbum est generale n. 12.**
- Alienationis prohibita censetur prohibita omnis translatio, siue iuris directi, siue utilis dec. 74. nu. 1. qui actus prohibeantur n. 2. prohibetur pignoratio, & quomodo, & quando procedat nu. 3.**
- Alienationem feudi reuocat emptor sicut venditor. dec. 29. n. 15.**
- Alienare prohibitus, an possit dare sub pacto l. commissoria dec. 74. nu. 7. an prohibeatur se personaliter obligare nu. 8. an prohibeatur in emphiteusim dare. nu. 9. an possit se ad alienandum obligare n. 10.**
- Alimenta.**
Alimenta an petantur iure actionis, vel officio Iudicis valide interest dec. 47. nu. 1. & nu. 11. illorum actio quando transmittatur ad haeredes nu. 3. debita ex statuto perpetuatur iure actionis nu. 3. debita à marito uxori. nu. 4. & 5. an debeantur infra annum luctus n. 5. an possit maritus denegare uxori adultera, et quae propter culpam, & sine causa recessit à viro nu. 7. an ex causa denegari possint nu. 8. praeterita, praesentia, & futura quando debeantur ex hominis dispositione ab heredum heredibus, & per haeredes heredum nu. 9. debita Iudicis officio, quae sint. nu. 10. praeterita debita, an possint cedi nu. 12. praeterita an comprehenduntur in legitima num. 13. praeteritorum. & futurorum differentia, & quae sint praeterita, & quae futura nu. 14. & 16. praeterita non sunt ita fauorabilia sicut ea, quae debentur in futurum nu. 15. an diebus feriatis de illorum causa tractari possit num. 17. debentur spurij. nu. 18. 24. 25. & quis dicatur spurius nu. 19. quibus debeantur n. 20. coram quo spurij petant nu. 21. dum habent spurij, an teneantur operari, vel debeant sine onere habere, & an babeatur respectus ad dignitatem paternam n. 22. spurij an transmittant ad haeredes nu. 23. & 27. & an haeredes teneantur ad alimenta spurij n. 23. debentur spurij de iure

RERVM, ET VERBORVM.

- iure cano. & an seruetur illud ius in terris imperij nu. 15. debita ex consuetudine debentur iure actionis, sed attenta dispositione iuris petuntur officio Iudicis num. 26. quando transmittantur ad heredes, an transmittantur pro integro anno, vel pro residuo anni n. 29.*
- Amor.**
- Amoris furore facta excusantur. decis. 23. n. 47.*
- Amplectens.**
- Amplectens mulierem. vide ver. mulierem, & ver. virginem.*
- Ampitiatio.**
- Ampliationis Ecclesie causa si est concedenda domus, vel aliud corpus coherens est arbitrium Iudici decis. 37. nu. 24. de materia. Vide ver. Ecclesia. & ver. vendere.*
- Annotatio.**
- Annotatio bonorum contumacis, quomodo facienda, & quorum bonorum dec. 17. n. 2.*
- Angaria.**
- Angaria, & perangaria, quid & de illarum materia dec. 31. n. 8. & seq.*
- Annus.**
- Annus foriudicationis à quo tempore currat. decis. 7. n. 8. potest per Regem abbreviari. n. 9. in quibus casibus reperiatur abbreviatus. nu. 10. elapso fiscus poterit bona annotata propria auctoritate capere, si non adest legitimus contradicitor nu. 7. mores diuersi circa anni initium decis. 33. num. 1. & 9. incipit à primo die Februarij secundum nouellam pragmat. nu. 2. quod si sit nu. 10. quod consistet ex 365 diebus. ubi probetur. num. 11. de anno quando fit mentio intelligitur de utili. n. 12. Romuli fuit 10 mensium nu. 13. in omnibus rebus speragendis anni tempus est aptus, & sufficiens dec. 61. n. 1. pro tempore annus in scriptura accipitur sicut tempus pro anno. n. 2. et 3.*
- Animus.**
- Animus occidendi in emittente ictum scopitæ. vide ictum scopitæ.*
- Animus occidendi, et animus deliberatus, & dolus differunt. dec. 25. n. 4.*
- Antiphatum.**
- Antiphatum. vide donatio propter nup. unde dicitur dec. 22. n. 17. & 8.*
- Appellatio. Appellare.**
- Appellatio in criminalibus recipitur in Regno dec. 15. n. 4. si est interposita post tempus ad appellandum, an iuuat. nu. 6. extinguit pronuntiatum nu. 9. De iure non admittenda si admittatur suspendit executionem sententia. nu. 12. suspendit executionem nu. 8. an datur à citato super tenore instrumenti traditur pract. & forma prouisionum solitarum expediri secundum hodiernam praxim decis. 69. n. 5. vide ver. liquidari. Appellatio à sententia magistri mundinarum Baronali ad quos*
- detur dec. 70. n. 38.*
- Appellare quando liceat in criminalibus decis. 15. nu. 4.*
- Appellans non dicitur condemnatus dec. 15. n. 10.*
- Appellatio differt à recurso decis. 55. nu. 13. non datur à Iudice adito, uti bono viro confirmante, vel infirmante laudum, & quid de iure regni. nu. 25. & 26. non datur à iudicio sortis, non existente latione decis. 59. n. 9.*
- Appellatio confessi, & conuicti quando sic admittenda decis. 78. nu. 3. remis & quid in minore, & de differentia in hoc de iure cano. & c. ibid. nu. 4. admittitur in criminalibus exceptis aliquibus criminibus, & quando admittitur. an si fuerint plures condemnati, & unus ex pluribus appellauerit appellatio profit omnibus. n. 20.*
- Apostoli dictum.**
- Apostoli dictum. Sol non occidat super iracundiam vestram explanatur. dec. 18. n. 3.*
- Apes.**
- Apium examina. vide examina.*
- Apoca.**
- Apoca in recognitione emanantur tria precepta & de hac praxi dec. 48. nu. 16. & seq. & in quibus apocis n. 19.*
- Aqua.**
- Aqua est in fructu. dec. 34. nu. 23. ubi venditur alimentorum appellatione venit nu. 24. unde dicitur nu. 25. nascens in feudo priuato est domini fundi, & potest diuerti, & alienari in preiudicium inferioris etiam si per mille annos non diuertit à suo cursu. n. 26.*
- Arbitrium.**
- Arbitrium liberum, quæ verba importent, & quæ verba arbitrium decis. 57. nu. 4. 6. & 9. Arbitrium, quid importet. n. 5. officii. ut ad quid se extendat n. 8. boni viri, & absolutam potestatem, quæ verba importent. n. 10. Arbitrandi potestas data secundum liberam voluntatem, vel secundam voluntatem quid importet. n. 10.*
- Arbores.**
- Arbores incidens dicitur male versari in re conductæ, & emphyteotica dec. 6. n. 18. & 20. paria sunt arbores incidere, & destruere domos n. 19. incidens si alias substituatur, an dicatur male versari, & dicatur deteriorare n. 20. oliuarum si præsumit, & plantauit vineas, vel è contra. an dicatur male versari, & deteriorare n. 22. cedua in fructu veniunt, secus si essent magna dec. 34. n. 79. ventorum occultæ ad quem spectant ad dominum, vel ad conductorem, & an istæ arbores sint in fructu. n. 81. & 82.*
- Argumentum.**
- Argumentum, ab equiparatis validum, & quando dec. 1. n. 108. & 109. à correllatiuis habet locum quando militat eadem ratio. dec. 4. n. 25.*

INDEX ALPHABETICVS

Ars. Artista.

Artis exercitium vide exercitium.
Artista. Priuilegio artis.

Arma.

Arma. vide insignia, & officialis.

Affassini.

Affassini an possint impune, uti banniti offendi.
dec. 13. n. 22.

Affensus.

Affensus si non fuit praestitus in vita defuncti non potest operari translationem dominij. dec. 2. nu. 1. impetratus post mortem venditoris non valet. nu. 2. nouus est necessarius super venditione defuncti per heredem consummata nu. 3. super venditione subbasta, an possit impetrari post mortem debitoris per heredem, qui est dominus feudi num. 4. licet possit precedere, & subsequi intelligitur si viuat alienator, & res sit integra nu. 5. concessus ab illo, qui moritur, an possit per successorem expediri nu. 8. an possit a Regen. Regiam Cancellariam praestari si moriatur Prorox nu. 9. domini an validet testamentum post mortem testatoris disponentis de re feudali, & in quorum prauiditium nu. 10. de assensu, quando fit mentio intelligitur de valido nu. 22. impetratus post mortem fauore dotis valet. nu. 26. impetratus post mortem super feudalibus circa dotem, an porrigatur ad antisfatum num. 28. ab uxore potest impetrari super feudalibus post mortem viri, & an in prauiditium tertij possessoris retrotrahatur si ille habet assensum primo loco impetratum. num. 30. si interueniat post mortem testamentum validatur num. 12. Per verbum fiat, quomodo expediatur ex dispositione R. Pragm. dec. 3. num. 1. per verbum fiat, an contineat gratiam perfectam, ita ut impediatur reuocatum virtute Constit. diua memoria num. 2. per verbum fiat, an stet in suspensio. num. 3. requirit scripturam. num. 7. debet registrari. nu. 8. per verbum fiat infra quantum tempus debet registrari nu. 9. non registratus non operatur validitatem contractus, nu. 11. tacitus in quo feudo sufficiat num. 20. an debeat registrari si contrahitur cum Rege, Prorege, vel R. Camera. num. 18. an requiratur si contrahitur in praesentia Proregis Regni num. 19. an sit difformis si in concessione in feudum a Barone exponitur, qui terra tenentur in capite, & immediate a R. Cur. num. 21. Registratus. vide Registratus. Qui requiritur in alienatione feudi, an sufficiat. ut sit tacitus, quid de iure communi, quid de iure Regni dec. 3. 5. num. 7 & 9. pro eo, an sufficiat praesentia Principis num. 8. an requiratur si contrahi-

tur cum Principe, vel Reg Camera num. 10. an requiratur, cum alienatione feudi plani, & de tabula, vel sufficiat assensus Baronis. n. 13. an requiratur in ad iudicatione feudi exequuti, vel quando feudum capitur in vim iudicati, vel venditur subbasta nu. 14. an requiratur si in instrumento est data potestas capiendi bona propria auctoritate, & vendendi, vel alienandi. nu. 15. & quid operetur si cepta lite. impetratur post conclusionem in causa. nu. 15. an requiratur si fiscus cessit alicui lura etiam super feudalibus. num. 16. requiritur, quando feuda dantur in dotem, & quomodo procedat. nu. 17. non requiritur, quando feuda sunt concessa cum potestate alienandi. nu. 18. si impetratur feudum non distat ab allodio. nu. 19. quando possit Prorex praestare, & quando impetrandus est a Rege. nu. 20. & 23. passim in alienatione feudi praestatur a Prorege num. 21. forensibus a quo praestatur, & quid si lite pendente fiat ciuis num. 22. quibus casibus impetrandus a Rege. num. 23. an praestetur a Regen. Reg. Cancellariam mortuo Prorege nu. 24. an praestetur a Prorege si non dum capit possessionem nu. 25. † est mera gratia dec. 67. nu. 2. non extenditur de persona ad personam, de tempore ad tempus, de contractu ad contractum, nec de casu ad casum nu. 3. nec ad similem, nec cum minus. n. 4. impetratus super contractu facto non extenditur ad faciendum, nec de contra nu. 5. generalis impetratus restringitur ad petita. nu. 6. simpliciter praestitus a Rege, an videatur, quoad omnia in instrumento contenta. nu. 7. praestitus super venditione non extenditur ad pactum de retrouendendo. nu. 8. etiam si venditor vellet illi pacto renuntiare nu. 9. impetratus super venditione cum pacto de retrouendendo, an sit impetrandus de nouo super retrouenditione nu. 10. an sit validus si non fuit facta mentio specialis hypothecae. nu. 11. an sit validus si in memoriali non fuerint narrata omnia pacta substantiaria. nu. 12. quando dicatur subreptitius num. 13. extenditur ad accessoria, & ad ea, quae sunt de natura contractus, & ad connexa nu. 14. praestitus super sorte principali, an extendatur ad interesse. nu. 15. praestitus super obligatione feudali, an extendatur ad tacitam hypothecam, & ad casum affectionationis, & ad subfeuda nu. 16.

Affensus Regis praestitus pro restitutione dotium, & antisfat in casu dissoluti matrimonij, & in omnem euentum soluti matrimonij comprehendit etiam casum affectionationis dotium constanter matrimonio. dec. 88. n. 1.

Affissa

RERVUM, ET VERBORVM.

Affisia.

Affisiam imponendi ius si habet vniuersitas, & eo abusat amiſſit illu à ius decif. 70. num. 30.

Associatio.

Associatio familia cur. iuxta l. creditores de pigno. recessit ab aula decif. 39. num. 21. & dec. 44. nu. 9.

Assertio.

Assertioni Notarij asserentis in bastardello de tali fideiussit per tali, an credatur decif. 24. nu. 61.

Assistentia.

Assistentia an peti possit super feudo obligato si assensus fuit praestitus post mortem debitoris tempore quo feudum erat alteri delatum dec. 2. nu. 29.

Atrium.

Atrium habet eandem immunitatem, quam habet Ecclesia decif. 37. n. 25. quid sit n. 27.

Audientia testium.

Audientia testium committitur in causa repulsa, quid quando testes sunt in diuersis prouintys decif. 27. num. 1. & 2. in ciuilibus committitur officialibus locorum non suspectis etiam actuarijs. nu. 3. testium alicui commissa an poterit alium substituere. nu. 4. an poterit ab usu officiali vnius iurisdictionis alteri committi. nu. 5. commissa Capitaneo, an possit explicari per eius locum nentem. nu. 6. an committatur indistincte in omnibus causis siue ardua sint, siue non, & quando committatur. nu. 8 & 10 an committatur in causis suspensionum officialium nu. 9. in criminalibus non committitur nu. 7. 9. & nu. 20. & quid quando testes sunt extra regnum. num. 21. an committatur in causis criminalibus, quae agitantur in S. C. per remedium appellationis nu. 18 in feudalibus, an concedenda. nu. 23.

Aumentum.

Aumentum dotis habet priuilegia dotis decif. x. nu. 32. & 33.

Auth.

Auth si qua mulier. & Auth siue à me C. ad Vel leia. quibus casibus procedant, & an illarum beneficio renunciare possit decif. 4. nu. 17. & 18. & quando procedat. ibi.

Auth. hoc nisi C. de solut. vide ver. creditor. & ver. debitor.

Aucupia.

Aucupia vide. Venationes.

B

Banna.

Banna prohibentia asportationem armorum an comprehendat seruientes Curiae Administratio. decif. 73. num. 24.

Bannitus.

Bannitum interficienti si promittitur premium vid. premium.

Bannitus potest impune occidi per Ius Regni, & ius commune. decif. 13. nu. 7. an possit proditorie, & ex odio occidi, & ei vestes auferri nu. 8 quid si bannum continet verba (in lo miglior modo, che si può hauere) nu. 9. an possit per pecuniam occidi, & quid in uxore. & filio n. 10 & possit offendi appellatione pendente. nu. 11. qui obtinuit gratiam, sed non dum est cancellatus à banno an possit occidi. num. 12. quando licita, & illicita nu. 13. an possit alitè bannitum capere, & premium consequi num. 15 qui obtinuit guidaticum si fuit dolose occisus, an occidens teneatur de occiso num. 16. iniuste an possit impune occidi num. 17. an possit occidi extra territorium Iudicis foriudicantis nu. 18. intelligitur ille, qui est foriudicatus quando tractatur de eius offensione, impune num. 19. non habetur pro mortuo, si non fuit foriudicatus num. 20. differt à foriudicato. nu. 22. bannitur primo, quis postea foriudicatur. nu. 21. & an possit alterum bannitum occidere decif. 15. nu. 22. occidens alium bannitum, an possit alteri cedere beneficium, sibi per bannum concessum, & indulgetur loco sui nu. 23. Indultatus vide indultus & Bannitus à territorio, an sit bannitus à mari adiacenti decif. 23. nu. 25. & 27 si capitur extra territorium bannientis, an valeat processus & executio n. 31.

Bannitorum domus. vide. Domus.

Baro.

Baro an possit cognoscere commissarios Regios dec. 24. n. 41.

Baro an possit cognoscere de delictis officialium dec. 24. n. 41. & an possit à Praeside Provincia cognosci. n. 38. deliquit in territorio alterius, baronis ad quæ cognitio delicti spectet. n. 36. quando habet facultatē eligendi erarist Camerlingum, & similes officiales si eligit nō idoneum mala electio est in culpa, & vniuersitas non tenetur decif. 31 nu. 3 quando eligit supradictos officiales debet eligere iuxta solitum, & attendere qualitates personarum nu. 9 an teneatur ad refectionem viarum pontium, &c. dec. 39. num. 11. an possit cogere vassallū ad habendum fidem de pretio decif. 40. num. 31. & receptas publicè bannitos, an puniatur decif. 75. nu. 17. an teneatur de mala electione officialis dec. 31. n. 23.

Barones debent imitari pastores, qui tondent nō excoriant oves decif. 55. num. 28. sicuti honorantur à subditis, ita debent reddere vices suas amando vassallos. nu. 29 male tractantes vassallos feudo priuantur. nu. 30. vel possunt cogi ad vendendum nu. 31. quando feudo priuantur de quo feudo intelligatur num.

INDEX ALPHABETICVS

34. an requiratur monitio num. 35. & quid quando priuantur iurisdictione nu. 38. quomodo possint castigare vassallos num. 36. 40. rum excessus remissus num. 37. solent habere Ius nuzzoli oliuarum decif. 34. nu. 29. vide Nuzzoli, quando delinquit potest à Præsidente cognosci sub n. 35.
- Baronibus an sit concedenda remissio vassallorum offendentium officiales. decif. 24. num. 38. tenetur loca sua purgare malis hominibus. dec. 30. n. 49.
- Benefitium primum, & secundum.
- Benefitij primi, & secundi petendi pract. decif. 21. num. 1. introducta causa, an petantur, & quid hodie. num. 2. & 3. ut possint obtineri, an requiratur lesio. num. 4. an possit minor renunciare in beneficium aduersariorum. n. 5. & an minor consentus ex contractu paterno, at minor succedens maiori habe, an beneficia ibidem. An habeat vniuersitas 30. focaliorum num. 8. an possit cogi ad petendum num. 9. an sufficiat vnicum preceptum, vel requirantur plura num. 10. † competūt personis priuilegiatis si veniunt ad coadiuuandum dec. 40. num. 20. quid post introductam causam decif. 40. n. 21. & 22.
- Beneficium Ecclesiasticum.
- Beneficium Ecclesiasticum vacat multis modis. decif. 77. num. 8. vacat per obitum resignatarij, vide resignatar.
- Blanditia.
- Blanditia, & persuationes operantur eundem effectum quem operatur vis. dec. 81. n. 5.
- Bona.
- Bona Ecclesia, an possint pro redemptione captiuorum alienari decif. 4. num. 86. fideicommissio subiecta multis modis possunt alienari ultra dotem num. 87. fideicom. subiecta possunt alienari, ut quis se eximat à carceribus. num. 88. an potius feudalitatem quam allodialitatem presumenda. decif. 32. num. 4. parasrenalia, an habeant dotis priuilegia dec. 1. n. 34.
- Bonus vir.
- Bonus vir. Vide vir bonus.
- Brundusinum Priuilegium.
- Brundusinum priuilegium, quid contineat dec. 70 num. 4. an habeat locum contra Neapolitanos, & an contra Venetos num. 5. 14. & 15.
- Burgus.
- Burgus quid sit decif. 71. n. 3.
- C**
- Camillus de Curte oppugnat dec. S. C. 28.
- Cadavera.
- Cadavera illorum, qui mortem sibi consciscuerunt, an sint suspendenda decif. 15. num. 1. & quid de cadaveribus rebellium, & regeatorum. nu. 3.
- Caduca substitutio.
- Caduca fit substitutio. Vide substitutus.
- Calumnia.
- Calumnia quando presumatur. decif. 63. n. 7.
- Canneta arundinum sunt in fructu. decif. 34. num. 23.
- Cap. reintegranda.
- Cap reintegranda contra rem. intentantes multe possunt exceptiones opponi. decif. 49. num. 16. remedium exigit exactissimas probationes, & concludentes. n. 22.
- Cap. Reg. post commissum.
- Cap. Reg. post commissum materia à quibus tractat. dec. 17. n. 11.
- Capitanei campanae ad quid sunt destinati. dec. 30. n. 45.
- Captus.
- Captus in territorio quando quis dicatur. decif. 23. n. 9.
- Carcer, Carcerarius.
- Carceris effractoris, & auxilium praestantium pena. decif. 13. nu. 6. indulgentia non gaudet n. 4. offendit officialem carceris. n. 5.
- Carceres nobilium sunt separati à carceribus plebciorum decif. 10. nu. 34. titulatorum, qui sint n. 29.
- Carceris priuati pena quando incuratur decif. 75. n. 42. quae sit de iure comuni, et de iure regni n. 43. penā hanc an, & quando incurrant patres, & domini. n. 44. & quid si inuitus domi, detinentur clericus.
- Carcerarij petentes plus puniuntur. decif. 20. num. 27.
- Carceratus potest die feriato per clamidem consignari. decif. 58. num. 11. & an emparari. nu. 14.
- Carceratorum liberatio pyssima, et cum redemptione ab hostib. equiparatur dec. 4. n. 26. 46. & 72.
- Cardinalis.
- Cardinalem offendens. vide offendens. deponens. vi de depositio. vide Papa.
- Carolus Primus.
- Carolus Primus officium M. Camerarij instituit cique patrimonij curam dedit. decif. 14. num. 21.
- Casus.
- Casus est in fructu. decif. 34. n. 46.
- Casalia.
- Casalia an teneantur contribuere in expensis quas facit Ciuitas decif. 71. num. 1. Neap. an gaudeant priuilegijs, quibus gaudet Ciuitas Neap. n. 4.
- Casus.
- Casus, in quibus testamento fieri possunt minori numero septem testium adhibito. decif. 45. nu. 56. & seq.
- Casus mortis an extendatur ad casum nuptiarum,

RERVM, ET VERBORVM.

rum, vel è contra. dec. 79. n. 24.

Castellani.

Castellani, & Iudices Baiulorum à quibus cognoscendi decif. 24 n. 45.

Castrum.

Castra omnia titulo decorata præsuntur allodialia decif. 32. n. 2. †

Castrum in regno habitatum cum vassallis præsuntur quaternatum. dec. 32. num. 3. quando dicatur de per se, & quando de comitatu, & membrum illius nu. 10. an differat à villa. n. 11 si vendatur præsuntur vendita pertinentia. n. 12. ut habeat pertinentias destinationis attenditur n. 15. & n. 17 si vendatur, an veniant munitiones, arma, bombardæ, et sim. num. 20. an molendina, aqua pascua, valles, herbagia. n. 21 palatia. n. 23. an palatium regium n. 24. an veniat merum, mixtum imperium, iurisdicção aliunde quaesita. num. 26. an iurisdicção, & territorium, quæ sunt castro annexa num. 27. an prædia castro adiacentia. n. 28.

Cannetum.

Cannetum arundinum an sic in fructu dec. 34. nu. 22.

Cancellatura.

Cancellatura an reddat instrumentum suspectum decif. 86. n. 3.

Causa.

Causa naturalis semper præualeat accidentali. decif. 4. nu. 52. dotis est pia nu. 71. ingratitude. vide ver. ingratitude dec. 27. num. 25. & 26.

Causa in Regno sunt summaria, & proceditur summarie simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta decif. 41. n. 2. criminales, quæ dec. 27. num. 22. feudales quæ num. 24. arduæ num. 25.

Causa finalis regulat dispositionem, & actum cum sit de substantia dispositionis, & actus. decif. 81. num. 14 est fons causarum, & principium intentionis num. 15. quæ sit num. 16. colligitur ex probamialibus in contractibus, statutis. legibus, rescriptis. priuilegijs, & sententijs num. 17.

Causa falsa vitiat contractum, & an vitiet rescriptum. gratiam, libellum, confessionem, cessionem, donationem cessionem, & alia nu. 19. an vitiet legatum si causa legandi alias erat obligatoria n. 24.

Cautio.

Cautio de Iudicatum soluendo est nimis utilis creditori, qui obtinendo sententiam potest illam executioni mittere contra fideiussorem decif. 82. num. 16. non recipitur post rem iudicatam n. 12.

Cæcus.

Cæcus non potest delinquere, sed non semper à

delicto excusatur decif. 26. nu. 1. impotens red datur ad munera Ecclesiastica. nu. 7. an possit esse Papa. nu. 9. potest magistratum, et iurisdictionis iam adeptum retinere, & ad aliam non aspirare nu. 10. an possit Baroniam, & feudum paternum retinere, & in illis succedere n. 11. an possit esse curator. nu. 12. an possit testari. nu. 13.

Census.

Census currunt lite pendente. vide ver. lite pendente.

Cessio bonorum.

Cessione bonorum facta quomodo bona diuidenda inter creditores. dec. 59. n. 7.

Cessibile.

Cessibilia per contractum transmittuntur ad heredes decif. 79. n. 20. vide transmissibile.

Citatio.

Citatio, quæ continere debet decif. 16. num. 7. vagabundi, vide ver. vagabundus ad informandum, & ad capitula, ut possit venire ad foriudicationem, quomodo debet de delicto constare decif. 13. num. 2. si est nulla sententia quoque foriudicationis est nulla decif. 16. num. 5. ad informandum, & ad capitula num. 8. ad informandum, & ad capitula, an sit danda copia num. 10. an reddatur nulla, si tempore illius fuerunt allegata iusta impedimenta nu. 11. quomodo facienda de persona, vel ad domum decif. 17. num. 20. & quid in beneficiis si citandus non habet domum, & affines degunt extra iurisdictionem, quid agendum nu. 21. vagabundo quomodo fieri debet nu. 22. si fiat uxori in adibus viri, an valeat num. 23. debet fieri in loco in quo verisimiliter perueniat ad notitiam inquisiti num. 24. & partis requiritur in remed. cap. reintegranda. dec. 53. nu. 28 & 29. & quid in dominio Mediolani. num. 31. & quid in decreto pontificio, & concessione principis ex certa scientia nu. 34. & 35. requiritur in missione in possessiones alias est nulla. nu. 30. & quando non requiratur. nu. 32. & 33.

Ciuitas. Ciues.

Ciuitas, & patria sunt unum, & idem, idem municipium decif. 23. nu. 16. Ciuitatis appellatione venit districtus nu. 17. & an villa, castra adiacentia. nu. 19 est caput territorij nu. 20. & casalia sunt unum corpus n. 21.

Ciues possunt cogi ad emenda frumenta. vide ver. frumenta possunt cogi ad contribuendum in expensis pro reficiendis muris, & an pro pontibus, & vijs. n. 12.

Chiroteca.

Chiroteca per appositionem acquiritur locus in Ecclesia. dec. 16. n. 18.

Clausula.

Clausula, constituens, & ponens in locum vicem, &c.

INDEX ALPHABETICVS

&c. & cedens omne Ius, omnemque actionem quid operetur. dec. 1. nu. 10. Annullatiua nimium operatur. decif. 3. nu. 17. (ex certa scientia an operetur in praiuditium tertij. nu. 28. † J aluo iure domini, tam in alienatione feudi quam emphiteusis, quid operetur, & quid quando adiicitur clausula non aliter alias, nec alio modo. decif. 29. nu. 3. non aliter, nec alio modo, quid operetur decif. 22. n. 28. † summarie simpliciter, & de plano sola facta veritate inspecta efficacia. decif. 41. nu. 8. & decif. 65. nu. 24. Codicillaris virtus est supplere defectum sollemnitatis non voluntatis. decif. 45 nu. 43. † & si quid plus valet donat, quid operetur, & an apposta in contractu venditionis tollat remedium. l. 2. C. de res. vend. dec. 63. nu. 10. † quoad expressa tantum, quid operetur. dec. 67. n. 17.

Clericus.

Clericus si citatur ad foriudicandum an pro eo admittatur procurator decif. 16 nu. 27. habet vitam, & militiam decif. 27 n. 46. testis iurat in peccatore decif. 53. n. 24.

Clericus semel mercaturam exercens non dieitur mercator decif. 80. n. 33.

Clerici negotiatores puniuntur per Reu. Cam. Apostolicam, Nuncios, & Collectores Apost. qui in Prouincijs, & Regnis resident dec. 80. n. 34.

Clerici, & Ecclesiastica persona, an sint exempti a contributione expensarum pro itineribus, pontibus & muris Ciuitatis decif. 38. n. 11. gaudent priuilegijs, quibus gaudent milites in testamento decif. 45. nu. 28. & quot testes requirantur in eorum testamentis. nu. 29. & quid in Regno Sicilia. ibid. † inquisiti de crimine lese maiestatis non possunt a Iudice laico puniri, & quis erit Iudex decif. 75. nu. 28.

Colonus.

Colonus antiquus non potest exfructuare fundum in praiuditium noui coloni. dec. 6. n. 35.

Conatus.

Conatus an puniatur dec. 25. n. 1.

Conductor quibus casibus ante finitum tempus potest a re conducta migrare dec. 6. n. 32.

Comparitio de sero.

Comparitiones de sero faciende per citatum super tenore instrumenti materia. decif. 9. num. 13.

Concessio.

Concessio facienda per monasteriũ, quo modo, & quibus sollemnitatibus facienda decif. 6. n. 9. ad perpetuam emphiteusim, & ad perpetuum censum, an differant nu. 10. in emphiteusim a submissione in emphiteusim, an differant. nu. 11. sollemnitates requisita in concessione, an requirantur in renunciatione. vide sollemnitates.

Conclusio.

Conclusio in causa fit cum termino, & reservatione producendi scripturæ dec. 41. n. 3.

Concurrentia.

Concurrentia creditorum materia decif. 70. nu. 1. 8. 9. differt a moratoria principis nu. 2. an sit in electione creditoris, vel debitoris cedere bonis, vel il lam eligere nu. 3. quæ requirantur nu. 6. reliqua vide ver quinquennalis, & ver. creditorum maior pars.

Conductor.

Conductor vetus, an preferatur nouo decif. 5. n. 1. 2. & 3. fiscalium pro tempore præterito, an possit cogi ad conducendum in futurum n. 4. & 8. an possit expelli si offerat quantum alius nu. 10. & quid si sit melior oblatio a Principe, eius procuratore, & ministris. num. 11. fiscalium finito tempore, & conductione liberi sunt; idem in fisco n. 18. fiscalium coram fisco conueniendi, & quando nu. 23. & 24. & de illorum prerogatiuis. n. 26. fiscalium possunt exequutine exigere, siue per se, siue per interpositam personam. nu. 24. & quid in subaffittoribus. nu. 25. & incidens arbores in re conducta dicitur malè in ea versari dec. 6. nu. 18. ratio quia arbores præscindere, & domos destruere paria sunt nu. 19. quid si alias arbores substituit nu. 21. quid si præscindit oliuetum, & plantauit vineam, uel è contra. nu. 22. & 23. uel eligalium si non soluit, an possit ei auferri locatio nu. 31. quibus casibus ante finitum tempus possit expelli nu. 16. & 32. faciens expensas, & meliorationes non potest expelli nu. 41. & 45. dicitur spoliare si non restituit. ibid.

Confessio confessus.

Confessionem erroneam defuncti, an heres reuocare possit decif. 48. nu. 20. reuocare, an quis possit factam in articulis, & positionibus. nu. 21. veram a ficta differre nu. 23. fictam perire perempta instantia. n. 24.

Confessio partim vera, partim falsa, in totum reputatur falsa decif. 86. n. 25.

Confessus tantum an appellat decif. 78. num. 12. Confessioni duorum proscriptorum, & deponentium de diuersis actibus in tortura contra receptatores statuitur, & dispositione Reg. Prag. ibid. n. 35.

Confitens plura delicta, an si verificetur vnum ex illis, non censetur erroneam fecisse confessionem in omnibus decif. 86. nu. 25. reliqua vid. in ver. inconfessus.

Confessor.

Confessori testi magna fides adhibetur decif. 45. nu. 34. an teneatur stare heres si testator mandauit, quod faceret, quid confessarius dixerit. ibid.

Con.

Confirmatio. Confirmare.

Confirmare quid sit decif. 51. n. 1.

Confirmatio operatur supplementum defectus decif. 49. nu. 2. superioris validat concessionem nullam obtentam. nu. 3. reddit actum maioris autoritatis etiam si fiat à Iudice inferiore nu. 4. priuilegij in forma communi, vel in forma specifica differt num. 5. sententia nulla in quibus casibus fieri possit, & quid parte opponente nu. 6. possessiones nulliter capta ob defectum citationis, an fieri possit parte citata nu. 7. † assensus non registrati, an retrorabatur in praiuditium tertij decif. 3. nu. 22. quibus modis dicitur fieri ex certa scientia n. 24. priuilegij confirmati ex certa scientia confirmat priuilegium nullum. nu. 25. in forma communi, & in forma specifica materia remiss. n. 27.

Confiscatio.

Confiscationes bonorum sunt fructus iurisdictionis. dec. 34. n. 85.

Confrontati testes.

Confrontati testes. vide testes.

Coniunctus.

Coniunctus quando presumatur habere scientiam à coniuncto gestorum. decif. 51. nu. 12. quando presumatur scire facta coniuncti, & quis dicatur coniunctus. n. 13.

Conuictus.

Conuictus tantum, an admittatur ad appellandum decif. 78. nu. 5. & quid in crimine falsa moneta. nu. 6. Conuinci quot modis, quis dicatur nu. 7. Conuictus per testes domesticos de homicidio domi commisso in fratrem, & non confessus, non fuit per S. C. condemnatus, sed dictum quod torqueretur n. 8. an dicatur inquisitus si testes sint minores, & delictum sit atrox nu. 9. Conuinci quomodo possit testis. nu. 10. Conuictus testis potest torqueri, & eo casu non est danda copia inditiorum ne fisci destruantur intentio n. 11.

Correllatiua.

Correllatiuorum eadem est natura, & dispositio loquens in uno extenditur ad aliud, & quid in penalibus decif. 4. n. 23. & 24.

Copia.

Copia ex protocollo. vide ver. protocollo. scriptura priuata, an fidem faciat. decif. 41. n. 6.

Consanguineus.

Consanguineorum apparitione, qui veniant. dec. 63. n. 9. & an veniat mulier.

Consanguineis bannitorum datur ex fractus. dec. 13. n. 18.

Consignatio per clamidem. vide carceratus.

Consentiens. Consensus.

Consentiens actui vide ver. actui.

Consensus ubi requiritur tacitus sufficit dec. 51. nu. 3. inducit mandatum, quando actus per-

tinet ad utilitatem illius, qui consensum adhibet num. 4. colligitur ex praesentia illius, qui tacet, & de illius commodo agitur secus si agitur de incommodo, & praiuditio num. 6. & quid si de modo praiuditio nu. 7. praesentus alicui actui, quando facit ei perdere iura, & actiones nu. 9. ubi requiritur sufficit praesumptus etiam si debuerit probari per instrumentum nu. 11 nullus potest in puella immatura considerari decif. 52. nu. 23. † si nollet praestari à propinquis iuxta statutum absque causa quid debet facere Iudex decif. 60. nu. 1. quid faciat Iudex si non adsunt propinqui nu. primo, & consensus habetur pro praestito, quando non adest iuxta causa contradicendi. ibidem propinquorum, quando requiritur quorum propinquorum intelligendum num. 3. & propinquorum appellatione, qui veniant num. 7. qui proximiorum num. 8. & qui consanguineorum nu. 9. quando requiritur, an sufficiat per epistolam praestari num. 4. quando praesumatur num. 6. & 22. requisitus in contractu mulieris si asserat mulier asserens cum iuramento, quod non erat alij proximiores si constiterit adesse alios, an possit dici de nullitate contractus n. 10. requisitus à statuto, quod sit proximiorum, de quibus intelligi debet. n. 11. proximiorum quando requiritur, an in omnibus contractibus requiratur, sed tantum in damnosis nu. 12. proximiorum requisitus in contractibus, an requiratur, quando contrahitur cum alia persona coniuncta. nu. 13. vel quando contrahitur cum patre, vel Ecclesia, vel extra statuendum territorium. nu. 14. & 15. requisitus in contractu mulieris si mulier non adhibet, & iurat, an propter iuramentum suslinendus erit contractus nu. 16. an sufficiat si interueniat post contractum num. 18. Consensum propinquorum si statuta dicant, in contractibus mulierum, et minorum sunt aequissima nu. 20. Reliquae. vide ver. interuentus. ver. mulier. ver. statutum ver. matrimonium. consensus ex defectu. vide contractus.

Consuetudo.

Consuetudo immemorabilis, an possit minuire sollemnitates testamentorum. decif. 45. n. 51.

Constitutum.

Constitutum an operetur, quoad bona postea quesita decif. 1. nu. 63. & quid si adest clausula ex nunc pro tunc. n. 64.

Constitutiones.

Constitutiones, an sint ius commune decif. 28. num. 5.

Constitutio quando apponit formam locus contractus inspicitur dec. 72. n. 13.

Contractus.

Contractus, qui tractu temporis reducit ad iniqui-

INDEX ALPHABETICVS

iniquitatem debet ad aequitatem reduci decif. 3. nu. 23. in fin.
Contractu *resoluto, an debeantur usura conuēta ex illo contractu dec. 20. nu. 1. rescisso non reuocatur tertia, sed interesse n. 3. annullato an debeantur fructus nu. 5. resolutio. vide resolutio contractu.*
Contractus *quando resoluitur ob ad implemētum non sequutum dec. 29. nu. 11. non potest dissolui vno ex contrahentibus inuito nu. 12. venditionis rerum, quae consistunt in numero pondere, & mensura est conditionalis, & quando dicatur perfectus nu. 13. & quando detur penitentia remiss. & Contractu nullo non transfertur dominium decif. 60. nu. 21. & Contractus debet confici secundum, quod cōsuetum est. decif. 72 n. 11. semper censetur celebratus secundum consuetudinem loci in quo celebratur decif. 72 n. 13.*
Contractus & iuramentum *habent in se tacitā conditionē si dolus absit decif. 81. n. 25. quando praesumatur dolosus nu. 27. & quid in dubio ibid est nullus ex defectu consensus n. 16 & quibus modis d. ficiat consensus. ibid.*
Contribuere.
Contribuere tenentur priuilegiati pro reparandis muris Ciuitatis dec. 38. nu. 1 etiam patres onusti ibi idem in stratis, pontibus, turribus, imminetia belli pro quibus fiunt impositiones in regno. n. 2. 3. 4. 5. 6.
Contumax.
Contumax in respondendo, quando habeatur pro confitente, & quomodo decif. 48 num 11. 13. 14. praēptis principis, quod noluit praestare cautionem de non offendendo, an possit foriudicari. dec. 13. nu. 24. licet à statuto habeatur pro confesso, & conuento, tamē potest probare suam innocentiam. decif. 16. nu. 28. banno supponitur, & bona annotantur. decif. 17. nu. 1.
Creditor.
Creditor an teneatur inuitus accipere bona insolutum ab heredē cum beneficio l. & inuentarij decif. 7. n. 10.
Creditori an, & quando liceat, & in quibus casibus debitorem capere. dec. 82. n. 10.
Creditor in rebus comparatis ex rebus suis, an praefertur alijs decif. 59. n. 2.
Creditorum non debent inter se bona debitorum decoctorum diuidere, & quid facere debeant. num. 6. mercatoris fugitiui, vel decocti si dies non cesserit, an possint recursum habere super bonis illius, & capi facere n. 12. & Creditoribus concurrentibus in actione personali praefertur habens fauorabilem causam decif. 1 nu. 77. & ut possit cogi capere insolutum bona debitoris iux. Aurb. hoc nisi G. de solutio, quae requirantur decif. 7. nu. 8. & 10. vixanti de-

bitorem moribūdum, vel suos ius suum amittit. dec. 9. nu. 6. & pet. ns plus debito non constituit debitorem in mora etiam ratione partis debita decif. 20. num. 12. condemnatur in expensis nu. 12. in amissione causa virium. nu. 9. & quae requirantur, ut amissione Iurium puniatur nu. 21. petens plus, & non exigens non punitur num. 14. etiam si deuentum sit ad actum exequutionis nu. 16. & 17. plus debito petens si non est in dolo non condemnatur nu. 18. quid si petit plus cum clausula saluo iure, & omni melior. modo, &c. nu. 20. petens totum cum debeat petere partem, an incidat in prag. 7. de fals. & quid si petat partem debiti integri satisfacti nu. 21. petens debitum ante tempus, quam penam patitur. nu. 25. petens plus in qualitate, an ei possit totum debitum negari. num. 29. petendo plus si egit iudicio assistentia, an sententia lata sit nulla. nu. 20. & ex mercium venditione in mercibus traditis non praefertur creditoribus euentis si sine anteriores etiam si personalem habeant decif. 39 num. 1. & 2. Reliqua vide ver. mercator, & ver. vendens, & ver. venditor. & an possit petere assotiationem familiae. vide in ver. associatio & Creditores in maiori summa non sibi praedudicant petendo partem, ita quod residuum petere non possint decif. 65 nu. 22. &

Creditorum maior pars, ut possit dici esse in concurrentia quae requirantur. dec. 71. nu. 6. quando possit cogere minorem partem ad remittendum debitum, vel partem n. 7. &
Creditoris in electione, an sit, ut debitor cedat bonis, vel concedere dilationem quinquennalem dec. 71. n. 3.
Creditor an possit cogi mutare debitorem. decif. 71. num. 9. an possit cogi mutare fideiussorem oblato ei aequo idoneo n. 10.

Crimen laesa maiestatis.

Crimen laesa Maiestatis. vide laesa Maiestatis.

Curator.

Curator hereditarij iacenti dari non potest stante filio suo dec. 2. n. 15.

Curiales.

Curialium appellatione, qui veniant decif. 24. nu. 42.

D

Damnatus.

Damnatus ad triremes si se debilitauit, ut inutilis redderetur punitur decif. 15. nu. 3. pena capitis, & confiscatione bonorum, an si appellatione pendente decedat extinguuntur confiscatio. n. 13.

Datio

RERVM, ET VERBORVM.

Datio insolutum.

Datio insolutum similis est venditioni decis. 3. nu. 4. est voluntaria, & necessaria. nu. 5. an reddatur nulla si fiat in uno obulo ultra verum debitum n. 6.

Decipere se inuicem. vide ver. licitum.

Decisio.

Decisionis 9. punctus non fuit decisus, & in quam partem Auth. inclinet. decis. 9. n. 1.

Decisio 4. est eadem cum decis. D. de Franch. 578. quae impugnatur, & contra eam decisum. dec. 4. n. 1. & 2.

Decis. 7. qui Authores fecerunt mentionem ibi. num. 1.

Decis. Gram. 93. impugnatur decis. 7. n. 11.

Decis. 78. concordat cum decis. 570. D. de Franch. decis. 78. n. 1.

Debitor.

Debitor an admittatur ad beneficium Auth. hoc nisi, quando viget penuria pecuniae decis. 7. n. 3. citatus super tenore instrumenti si appellat à citatione, quas prouisiones obtinebit à superioribus decis. 20. nu. 20. & dec. 69. n. . .

Debitorum fauore practica utilitatis possunt ante tempus conueniri dec. 20. n. 26.

Debitor qui praestitit fideiussorem idoneum, vel pignus, an possit capi dec. 82. nu. 9. suspectus de fuga. vide suspectus.

Debitor an possit cogi mutare creditorem decis. 71. num. 8 an possit cogi ad conficiendum instrumentum ad hoc, ut probatio haberi possit. nu. 2. & an ad conficiendum instrumentum cum clausula guarentigia nu. 3. an ad conficiendum instrumentum in forma Camera n. 4 an ad conficiendum instrumentum, quod sit liquidum seruata forma ritus M. C. V. nu. 5. an ad conficiendum instrumentum, quod habeat executionem paratam. nu. 6. si se ritui M. C. non submisit, an instrumentum possit liquidari seruata forma illius ritus. n. 12.

Declaratio. Declarare.

Declaratio principalis post conclusum in causa, an peti possit decis. 42. nu. 16. Reliqua. ver. interrogatio.

Declarare potest cogi actor, & reus decis. 48 n. 4.

Declarans quod est heres, an sibi praeiudicabit cum petente illam declarationem, vel quoad alios. n. 7.

Declarare recusans. vide contumax.

Declaratio petita si non fuerit facta, & debita praeccepta non fuerint emanata, an Iudex praeiudicabit parti petenti si processit ad vteriora. dec. 48 n. 15.

Declaratione pro habenda, & pro recognitione Apocbarum fit comminatio, alias habeatur pro recognita prout sibi deterius dec. 48. nu. 12. traditur praxis. n. 16. 17. & 18.

Declaratio circa usum si petitur statuitur super

ea terminus etiam de iure communi. decis. 86. n. 9. infra quem terminum petenda de iure nouissimo. n. 10.

Decoctus.

In decoctis praesumitur dolus decis. 8. n. 3.

D. critum.

Decreti extra bancam practica dec. 69. n. 8.

Defensio. Defendere.

Defensio membrorum licita. dec. 18. nu. 13. item pro rebus nu. 14. pro bono re, & pudicitia nu. 15. pro amicis, & propinquis nu. 16. quando habet tria requisita excusat à peccato, et restitutione, & non est punibilis. n. 21. secus quando non habet. n. 21.

Defendere tenetur vassallus dominum etiā contra patrem fratrem, vel filium dec. 18. nu. 17. tenetur vir uxorem. n. 17. & filium potest patrem suum defendere etiam contra clericum, absque censura n. 20.

Delinquens. Delictum.

Delinquens si post condemnationem efficitur furiosus, an supersedendum in executione sententiae decis. 15. nu. 2 si occultatur. vide occultans.

Delicti in mari commissi, quis erit Iudex competens dec. 73. n. 11.

Delictum proditorium excluditur ab indultu. dec. 25. nu. 7. officialium actiue, et passiuē vide ver. official. patris, an noceat nobilitati filij. dec. 10. n. 3.

Depositio.

Depositio Cardinalis absque iuramento, an probat. dec. 53. n. 23.

Depositio principalis.

Depositio principalis, usque ad quod tempus peti possit, & an facta conclusione in causa stante nouell. Pragm. dec. 41. nu. 20. an peti possit in materia literarum cambij. nu. 21. an fiat per procuratorem nu. 22. † eius materia decis. 63. num. 1. petitur in quacunque parte iudicij. n. 2. & an post conclusum nu. 3. est inuenta, ut reus releuetur ab onere probandi. nu. 4. quando praesumatur calumniose petita. num. 6. & 7. an possit expleri per procuratorem principali existente in regione remota, & quid si deponere habeat super scriptura. num. 8. absentis cuius expensis fiat. num. 9. quousque non fit terminus non currit, quid in summarijs. n. 11.

Destinatio.

Destinatione feudorum nomina, & res constituantur. dec. 32. n. 10.

Dies.

Dies incertus in ultimis voluntatibus facit conditionem dec. 64. n. 3.

Differentia.

Differentia non est inter legatum fundi infructu, & cum in integro statu. decis. 32. num. 44. an est

INDEX ALPHABETICVS

an est inter legatum, & venditionem fundi
instruendi dec. 32. num. 43. & 44. † an sit inter
filium captiuum, & filium carceratum. decis.
4. n. 72.

Dignitas.

Dignitas filij gloria patris, & laus. decis. 10.
nu. 1.

Dispositio.

Dispositio à probemiali ratione regulatur sicut
corpus ab anima dec. 81. n. 18.

Distributiones quotidiana.

Distributiones quotidiana an veniant appella-
tione fructuum dec. 3. n. 7.

Diuisio. Diuisi.

Diuisio fit pluribus modis decis. 57. nu. 1. si ma-
ior diuidit, & minor eligit. num. 2. & quis
dicatur maior num. 3. quando maior diuidit
& partes diuisa sorte diuiduntur. ut Papie.
num. 4. quando fit per sortes, modus est à iure
approbatus, nisi adsit alia loci consuetudo. n.
5. dolo facta per Iudicem retractatur etiam
inter maiores num. 11. aequalitatem continere
debet num. 12. ut veniat retractanda duo
concurrere debent. num. 14. si continet lesionē
ultra dimidiā, an habeat in ea locum remed.
l. 2. C. de res. vend. num. 15. si fit à Iudice me-
lius, ut fiat causa cognita. num. 16 & quid si
fiat cum falsis instrumentis, vel dolo, vel ma-
litiā, vel per ignorantiam, & facit transitum
in rem iudicatam num. 8. facienda est sorte si
res commodam diuisionem non patitur n. 16.
& quando res dicatur non pati commodam
diuisionem num. 19. & quomodo versetur in
hoc iudicis arbitrium n. 20.

Diuisi si steterint fratres per decem annos præ-
sumitur diuisio facta inter eos decis. 57. num.
13. nisi magna inequalitas insurget inter
partes ibi.

Doct̃or. Doct̃oratus.

Doct̃oris patris priuilegiū transit in filios mor-
tuo patre. decis. 10. n. 3.

Doct̃or est Illustris, & dicitur habere dignitatē
num 10 & ibi de 19. priuileg. remiss. & num.
17. inter nobiles, & nobilissimos à l reputan-
tur nu. 11. debet dominus appellari, & gau-
det priuilegio militum num. 16. qui legit per
20. ann. efficitur Comes Palatinus nu. 19 qui
legit, & scribit vere dignitatem doct̃oratus
assequitur num. 20 subrogatus in locum no-
bilis habet prælationem in sedendo ceteris no-
bilibus num. 21. relegatus pro aliquo delicto
si ob fideiussionem, quam non habet iurat tri-
remes, an in casu contrauentionis sit ad trire-
mes condemnandus num. 23. p̃na triremium
nunquam damnatur etiam in crimine false
moneta num. 24. priuilegia an extendatur ad
medicos n. 25 eximitur ab officijs Aerariatus,
& Cavimerlingatus Baron. dec. 31. n. 10.

Doct̃oratus est dignitas dec. 10. n. 9. per eum no-
bilitas acquiritur. n. 15.

Dolus.

Dolus ex proposito, quid decis. 81. num. 2. re ipsa
quid num. 3. ex proposito, & re ipsa aquipa-
rantur num. 4. ex persuasionibus interuenisse
presumitur num. 10 si dedit causam con-
tractui facit contractum ipso iure nullum.
nu. 26.

Domus.

Domus bannitorum destruuntur. decis. 13. nu.
11.

Dominium.

Dominium rerum dotialium quomodo p̃enes vi-
rum, & uxorem. dec. 1. n. 122.

Dominium rerum dotialium marito effecto non
soluendo etiam si res sint assimata transfer-
tur in uxorem, qua præfertur ceteris credito-
ribus decis. 1. num. 123. quando pertinet ad
maritum, & quando ad uxorem num. 124.
† bonorum patris in filium, quomodo iure
continuatur, & ignorantem decis. 2. num. 14.
& 19. in feudo transit absque traditione nu.
20. non transfertur per contractum nullum
dec 60. n. 21.

Domo locata scholari. vide scholari. vendita. vi-
de. vendita.

Dominus.

Dominus male tractans vassallos. vide Baro. ma-
le tractans seruum potest cogi ad illum ven-
dendum decis. 54. n. 33.

Dominus Iesus.

Dominus Iesus eiecit ementes, & vendentes de
templo. dec. 80. n. 7.

Domo vendita, qua veniant. decis. 32. n. 36.

Domus ostium claudendi praxis à locatore. dec.
83. n. 35.

Donatio.

Donationis remuneratoria materia decis. 22. n.
20. an debeatur estimatio. num. 21. & quod
habetur pro contractum oneroso. n. 23. †

Donatio inter vir. & uxor. prohibetur etiam
cum iuramento, siue inter viuos, siue causa
mortis decis. 4. n. 93. facta à viro sorori uxori
sua non valet nu. 94. valet inter magnates
nu. 95. † contemplatione matrimonij dicitur
ob causā, & est irreuocabilis, et nō potest præ-
iudicare illis, quibus est lus quesitum decis.
22. num. 9. & 10. & 13. & quid si matrimo-
nium declaratur nullum num. 14. Computa-
tur in legitimam num. 11. an dicatur facta
filio uti filio, vel uti heredi num 14. & 16.
quomodo differat à donatione propter nuptias
nu. 19 an reuocatur vitio ingratitudinis, &
qua actione num. 23. & 24. an rescindatur
ob atatem metum, vel lationem, & liberorum
superuenientiam num. 25. † facta absenti. vi-
de ver. absenti, si fiat pio loco, an alli acquiri-
tur

RERV, ET VERBORVM.

tur Ius irrevocabiler Notario stipulante pro eo. decis. 51. num. 20. propter nuptias, siue antiphatum, & dos habent parilitatem decis. 1. num. 39. in illa consideratur lucrum in dote damnum. n. 40.

Donator.

Donator an teneatur de euictione, & quid si donatio sit remuneratoria. dec. 22. n. 7.

Dos.

Dos vera, & putatiua conueniunt decis. 1. num. 18 putatiua, qua datur sponso, qua ante contractum matrimonium venit restituenda non est dos, nec est priuilegiata num. 20. & ibi de quasi dote, qua permittitur sponso, qua actione petatur declarato matrimonio nullo nu. 21. promissa an habeat priuilegium, quoad anterioritatem nu. 22. Consecrata an habeat priuilegium praelationis, & quando num. 23. & 24. presumpta, an sit priuilegiata nu. 27. est vera dos. nu. 28. a lege constituta, an habeat priuilegium num. 29 dos, & antisatum habent parilitatem num. 39. Dotis interesse. vide interesse. fructus. vide fructus. Dos & fisco pari passu ambulant, & cum fisco aequale priuilegium habent num. 65 & 66. Dotis, & fisci priuilegia conquassantur non communicantur num. 68. 72. Dos fisco, & Ecclesia si concurrant quis preferatur n. 119. in iure reperitur magis dos priuilegiata, quam fisco num. 81 non est priuilegiata extra eius priuilegia in iure expressa nu. 95. & filia naturalis, an correspondere habeat quantitati alimentorum, & computentur in legitima. dec. 4. num. 55. & tradita filia spuria, an transmittatur ad heredes. dec. 47. n. 28. & filia naturali debetur dec. 4. n. 56.

Dotandi onus.

Dotandi onus naturale est paternum, & auitum subsidiarium in matre decis. 4. n. 51. Reliqua ver. pater, & ver. mater, & ver. frater.

Dubietas.

Dubietas omnis ex obseruantia declaratur dec. 1. nu. 128.

Duo.

Duo quando exponuntur, & unum est de per se sufficiens non refert si unum cessat decis. 16. num. 2 si concurrant, & unum de per se non est sufficiens nihil operatur vinculum duorum nu. 3.

Duo specialia.

Duo specialia, an, & quando possint concurrere decis. 45. num. 23. & 51. num. 18. vide specialia.

Dux Alcalanorum Prorex laudatur. dec. 1. n. 2.

E

Ecclesia.

Ecclesia, dos, et fisco si concurrant, quis preferatur dec. 1. 115.

Ecclesia est fauorabilior fisco miserabilibus personis dec. 1. num. 114. & 117. quando concurrat cum dote, & fisco, quis preferendus. num. 115 equiparatur minoribus, eorumque priuilegia habet num. 119. 120 habet beneficia, etiam quando litigat cum alia Ecclesia num. 121. & 122. quando cogatur facere renouatio. nem heredi emphyteuta dec. 6. per tot. & ver. renouatio, an possit aliam Ecclesiam cogere ad vendendum. vide vendere. si vult ampliare, an possit cogere ad vendendum partem rei. vide ver. vendere. Ecclesia si petit domum pro ampliatione debet concedi decis. 28. num. 1. & seq. quid si non est contigua ob viam intermediam nu. 39. an dicatur de territorio, & habeat territorium dec. 23. nu. 30. & Ecclesia immunitate gaudet atrium. decis. 37. nu. 25. ampliationis. vide ver. vendere, & ver. ampliationis, num. quam moritur dec. 9. n. 25 si constructur, vel reparatur an laici cogantur contribuere. dec. 38. n. 11.

Electio. Eligens.

Electio mala est in culpa. dec. 31. num. 20. Inualiditatis electionis iudicio pendente, an electio interdicitur administratio n. 21. & eligens tenetur idoneum eligere alias tenetur in utroque foro dec. 31. num. 17. Inhabilem, penam incurrit eligens, & electus nu. 19. an possit iterum eligere. n. 22.

Electio fori.

Electio fori beneficium, an competat miserabilibus personis, qui in iudicio comparent vti tertij decis.

Emphyteusis. Emphyteuta.

Emphyteusis nunquam finiretur si Ecclesia cogeretur renouare dec. 6. n. 5 quibus modis finitur. n. 16. & Emphyteuta veter. & eius hereditibus an dominus finita emphyteusi teneatur facere renouationem dec. 6. n. 1. quid si domina est Ecclesia ibid. pro & contra. conciliantur opin. n. 6. sed opin. Bar. est communiter recepta n. 7. si finito tempore, negat restituere dicitur spoliare n. 15. ut possit expelli a re emphyteutica ob deteriorationem, qua deterioratio requiratur n. 17. si non meliorauit, neque deteriorauit, an possit expelli n. 24. & quid si meliorauit, & deteriorauit nu. 25. ob canonem non solutum sine sententia, an expellatur, & quid si deficiat in parte canonis n. 29. & 30. an possit expelli si proprietarius eget re emphyteutica pro usu suo proprio n. 33. heres potest reintegra petere renouationem num. 36. recuperat meliorationes a directo domino, & quas num. 46. meliorationes si allegat, ei profi.

INDEX ALPHABETICVS

- proficuum est. nu. 42. Incidens in commissum quas meliorationes amittat num. 47. arbores incidens, quando dicatur male versari. vide in ver. arbores, & quando possint eius heredes renouationem petere. ver. renouatio, an possit à domino directo propria auctoritate expelli, vel requiratur sententia. vide ver. dominus. Qui prohibetur sine consensu domini alienare, an prohibeatur pignorare, & hypothecare absque illius consensu sine pena commissi, & caducitatis. dec. 74. n. 5.*
- Empare.*
- Empare vide carceratus.*
- Emptor.*
- Emptor fendi sine assensu amittit pretium dec. 35. n. 12.*
- Emptor rei furtiua.*
- Emptor rei furtiua tenetur restituere rem, & amittit pretium, etiā si protestetur emere pro vero domino, & quid in Regno dec. 89. num. 8 si fuit absolutus, quia non constitit, quod emit scienter, an teneatur ad restitutionem rei, si rem, quae prae tendebatur furtiua alienauit ibid. num. 9. emens res depraedatas ab hostibus, an teneatur illas restituere n. 10.*
- Episcopus.*
- Episcopum, & eius vicarium offendens quomodo puniatur. dec. 32. n. 36.*
- Exceptio.*
- Exceptiones contra remed. cap. reintegranda. vide. cap. reinteg.*
- Exceptio si superuenit post conclusum, an possit opponi. dec. 65. n. 18.*
- Examina apium.*
- Examina apium an sint in fructu. dec. 34. n. 48.*
- Excommunicatus.*
- Excommunicatus persistens per annum in excommunicatione, quam penam patitur circa bona. dec. 17. n. 4.*
- Examinator.*
- Examinator non potest in recipiendis testibus alium substituere. dec. 24. n. 83. & 84.*
- Examinatores S. C.*
- Examinatoribus S. C. committitur receptio testimonium dec. 27. nu. 11. ad eorum instantiā fuerunt expedita prouisiones per R. Collaterale Conf. directe S. C. quae recensentur nu. 12. eorum materia, apud quos tractatur de eorum salario, de modo recipiendi testes, an possint alium subdelegare, & si debent eorum manu depositiones scribere nu. 13. an debeant permittere, quod testes se referant ad aliud examen. n. 14. possunt suspecti allegari n. 15.*
- Exercitium.*
- Exercitium an sit vile attenditur consuetudo dec. 10. n. 6. artis requiritur ad hoc, ut priuilegijs illius intuitu concessis gaudeat, & quod pro maiori parte exerceat artem. ultra exercitium requiritur matricula, & quid si exerceat per substitutum dec. 73. n. 5. 7. 8. 9.*
- Exilium. Exulatus. Exulare.*
- Exilium ut quis dicatur fugisse, quae requirantur dec. 23. nu. 38 frangens amoris furore, an excusetur nu. 48. unde dicatur, & an si simpliciter prosperatur intelligatur de temporali, vel de perpetuo n. 49*
- Exulare an possit iudex extra suam iurisdictionem. dec. 23. n. 41.*
- Exulatus à propria patria dicitur exulatus ab eius territorio, & districtu dec. 23. num. 1. à Ciuitate si accedit ad suburbia, & portas Ciuitatis, an incidat in exilium nu. 7. an possit per mania, & territoria à quibus fuit exulatus pertransire, & permanere per modicum tempus, & per diem, & noctem, & quod dicatur modicum tempus nu. 33. & 37. animum suum, quomodo possit probare. n. 35. Exilij tempore finito potest redire ad Ciuitatem, & locū à quo fuit exulatus absque alia licentia, & iudicis decreto. n. 42. & dec. 61. n. 5.*
- Exiliato an possit dari facultas redimendi. decis. 23. n. 50.*
- Expensa.*
- Expensa si importent plus, quam valor rei non sunt erogandae exempla traduntur in praelatis Ecclesiae, & administratorib. quibus in his casibus non est imputanda negligentia decis. 56. n. 13. pro refectioe murorum. vide ver. ciues. si respiciunt commodum totius prouintiae, an peti possit, ut tota prouintia taxetur. dec. 71. n. 13.*
- Extensio.*
- Extensio ex identitate rationis fit, etiam in casibus exceptis à regula decis. 1. nu. 100. proprie non dicitur quando est eadem ratio, & omnimoda similitudo n. 101 in correctorijs, an, & quando fiat. n. 103. equiparatorum n. 107 & non fit in penalibus de persona ad personā, nec de casu ad casum dec. 23. n. 8. fallit. n. 9. 10 & 13. fit quando tractatur de delictis puniendis n. 39.*
- F*
- Falliti.*
- C***ontra fallitq. omnis mala coniectura crescit dec. 80. n. 14.*
- Falsitas.*
- Falsitas commissa in libris mercatorum punitur pena ultimi supplicij etiam si non magna sit dummodo reiterata dec. 80. n. 10. & 11. quando attribuitur scribenti, qm non dec. 86. n. 19.*
- Feriae.*
- Feriarum varia genera dec. 58. n. 1. quae seruantur in Regno n. 2. unde dicta sint n. 3. Calendarium obseruandum num. 4. tempore nullus actus iudicialis exerceri potest num. 6. in officialium sindicatu minime seruantur nu. 7. tempore potest tutela decerni numer. 8. appella.*

RERVVM, ET VERBORVM.

appellatio interponi potest num. 9. carceratus an relaxari possit sub fideiusoribus num. 10. potest carceratus consignari per clamidem. n. 11. tempore in nundinis actus iudicarij de consuetudine fieri possunt, & an eligi officiales vniuersitatis num. 12. tempore si fiat remissio an valeat nu. 13. tempore si fiant contractus iurati, & obligationes penes acta, an valeant n. 14. Ferijs nō obstantibus per R. decretationē proceditur, et quibus noceat decretatio nu. 15. an legitime procedatur si partes cōsentiant. n. 16. Feriato die sententia lata est nulla, & non meretur exequutionem n. 17. & an possit cōsensu partiū talis sententia ratificari. n. 19. Ferijs an possint partes renūciare n. 18. 20. 21. 25. messium, vindemiarū non sunt in usu quibus profint, ubi sunt in usu nu. 23. Feriato die si imminet necessitas agricultura exerceri potest nu. 26. & qua exerceri possint feriatīs diebus remiss. nu. 27. in honorem Dei, quod non seruētur, an statuto, vel consuetudine induci possit n. 28.

Fenum.

Fenum in fructu est dec. 34. n. 22.

Feudum feudalia.

Feudalia an veniant in generali obligatione decif. 88. nu. 2. & an in tacita ibidem.

Feudum pecunia emptum, an dicatur proprie feudum. dec. 43. n. 4.

Feudi an sint capaces mutus, & surdus. vide ver. surdus. alienatio. vide alienatio feudi. emptor. vide. emptor.

Feudum est alienabile, & alienatione transferitur quatuor concurrentibus dec. 35. n. 5. non potest alienari sine assensu nu. 6. & 11.

Feuda omnia in regno sunt hereditaria d. 28. n. 11. hereditaria si peruenerint ad successores contra sue prater voluntatem testatoris pro legatis, & debitis veniunt in estimatione nu. 13. intellige. vt n. 14. Feudo vendito veniunt casalia decif. 23. nu. 23.

Feudi successor. vide in ver. successorum, an dicitur situm in territorio castri dec. 32. nu. 7. an testator possit facere allodiale n. 8.

Feudales consuetudines.

Feudales consuetudines sufficit fuisse approbatas, & toleratas per usum. dec. 33. n. 7.

Feudalia iura, qui dicunt in se non continere rationem sunt bestia. dec. 33. n. 8.

Feudale an dicitur, quicquid est intra fines feudi dec. 32. n. 5.

Feudatarius.

Feudatarius, an patiatu r penas emphyteuta dec. 6. nu. 26. an possit de feudo testari absque assensu. dec. 28. n. 2.

Fideiussor. Fideiussio.

Fideiussionis de iudicatum soluendo materia. dec. 14. nu. 1. & 2. fideiubens pro sorte, an te-

neatur pro interesse nu. 4. coram primo Iudice, an teneatur coram secundo num. 6. quid si mutatur princeps. num. 7. quid si mutatur Iudex num. 8. & 10. quid si nomen Iudicis non est expressum num. 9. an teneatur si remittitur causa ad alium Iudicem, & tribunal. nu. 15. & 12 & 23. in prima instantia, an teneatur instantia perempta num. 28. & 29. in prima instantia, an teneatur in causa appellationis num. 30 in causa appellationis, an teneatur si appellatio declaretur deserta n. 31 non habet beneficium excussionis si fideiussit de soluen. iudicat. nu. 32.

Fideiussor de Iudica. soluen. patitur exequutionē absque nouo processu. n. 33.

Fideiussiones quomodo capi debent dec. 14. n. 5. & capiuntur per actuarios, & sunt diuersi modi capiendi fideiussiones. dec. 24. n. 53. Capiuntur risico actuatorum num. 55. secus si adsit mandatum Iudicis, & quomodo debet constare de mandato n. 56. & 57. Fideiussor idoneus quis dicatur. n. 59 Fideiussiones penes acta stipularū per Actuarium, & stipularū per Notarium differentia n. 60. Capiendi modus statutus per Reg. Pragm. n. 54.

Fideiussor. Fideiussio.

Fideiussores quando quis non inuenit solet admitti ad iuratoriam cautionem. dec. 82. n. 14. & an ad hunc cautionem admittatur suspectus de fuga. nu. 15. Fideiussor de iudicatum soluendo potest opponere omnes exceptiones exequutiuas in exequutione sententia apponi solitas per viam tamen Summaria cognitionis. n. 17. quod non est in fideiussore de iudicio fisci. n. 18. Fideiussio de iudicio fisci lata sententia expirat, & finitur fideiussore mortuo. ita quod eius heres non tenetur, secus si fuerit cumulatv cum fideiussione de iudicatu soluendo. nu. 19. Fideiussor de iudicio fisci, & iudicatu soluendo an teneatur in causa appellationis. n. 20.

Fidelitas.

Fidelitas feudi est de substantia feudi. dec. 43. n. 8

Fideicommissum.

Fideicommissum fideicommissario decedente ante euentum conditionis, aut diei non trāsmittitur ad heredes dec. 64 nu. 4. vniuersale non potest cedi dec. 79. n. 17. fideicommissi alienatio facta partim ex causa necessaria partim voluntaria, an corruat in totum. dec. 86. n. 23.

Fides de pretio.

Fidem de pretio quis dicatur habere. vide ver. vendens.

Filius. Filia.

Filio an detur retentio dotis matris, donec ab illa reddatur cōputus administrationis dec 44 n. 3. Filius an teneatur declarare animū suū circa possessionē rerū paternarū nu. 8. et 11. praesumitur tit. vtiliori possedisse, & qñ praesumatur.

INDEX ALPHABETICVS

sumatur. traditur cautela. n. 11. † Cōtrahens matrimonium absq. cōsensu patris. vide ver. patris † an possit vindicare bona aduentitia alienata per patrem decif. 2. nu. 35. quasi naturaliter censetur eadem persona cum patre. nu. 16. tenetur se obligare pro patre carcerato ad carceres donec pater soluerit nu. 27. si obliget se pro patre absque illius presentia, & cōsensu, & sic contra formam R. Pragm si fuerit filiusfam an iuuetur macedoniano nu. 28 si recusat se obligare pro patre carcerato, an possit exheredari nu. 30. Ingratus desinit esse filius num. 33 an possit si est ingratus feudo priuari nu. 9. ingratus quomodo reputetur. n. 40 tenetur redimere patrē captiuum n. 45. Filiusfamil. promittens dotem, & renuncians beneficio deducto ne egeat, an obligetur. n. 83. Filia an possit pretendere dotem bonorum fideicommissi. subiectorum si mater sit diues. decif. 4. nu. 50. an debeat dotari à matre. vide mater & in ver. dotandi onus.

Fiscus.

Fiscus an praferatur in bonis postea quaesitis, post obligationem, & cui incumbat onus probandi acquisitionem fuisse factam ante, vel post decif. 1. nu. 61. & dos pari passu ambulant n. 65. & dos aequale priuilegium habent. nu. 67. & dotis priuilegia conquassantur non communicantur. nu. 68. & 72. praefertur doti etiā anteriori datur casus. remis. nu. 70. Fisco soluens habet priuilegia fiscalia etiam personalia si hoc agatur, & cessio requiritur. nu. 74 & 75. an habeat priuilegium contra mulierem de iure consuetudinario Neap. nu. 76. si concurrat cum dote, & Ecclesia, quis praferatur. n. 115. est ultimus priuilegiatorum n. 83. quando concurrat cum alijs utitur priuilegijs sibi à lure concessis nu. 85. Fisci priuilegia enumerantur nu. 86. auocat pecuniam solutam posteriori creditori, & quando id locū habeat num. 87. & 88. extra priuilegia sibi à lure concessa semper utitur iure priuati. n. 91 non est priuilegiatus nisi expresse in lure reperiatur nu. 92. In fiscum non transeunt, quae in extraneum. nu. 93. publicando bona non publicat feuda nu. 94. an sit fauorabilior Ecclesia n. 114. contra fiscum in dubijs questionibus iudicandum nu. 82. & 84. & Ecclesia equiparantur nu. 113.

Flumina.

Flumina, & Maria sunt publica dec. 34. nu. 20. priuata. vide ver. aqua.

Forensis.

Forensis an possit testari secundum morem consuetudinem, & priuilegium Ciuitatis in qua testatur dec. 45. n. 52. Forensis an teneatur contribuere in expensis murorum, viarum, & pontium decif. 38. nu. 11.

& dec. 71. n. 11.

Foriudicatio. Foriudicatus.

Foriudicatio fieri potest ab officialibus Baron. dec. 13. n. 3. Foriudicationis sententia, à quo possit allegari nullitas dec. 16. n. 25. Foriudicationis sententia profertur elapso anno dec. 17. n. 5. Foriudicatus an possit impune offendi. vid. ver. Bannitus † habetur pro mortuo non bannitus dec. 13. num. 20. differt à bannito. n. 22. † equiparatur mortuo dec. 4. nu. 92. Foriudicari pro quo delicto, quis possit. dec. 13. n. 1. 3. 23. † inter alias penas patitur publicationem bonorum. dec. 17. n. 3. Foriudicatio sumit vires à citatione decif. 16. nu. 6. Foriudicati bona quomodo diuidantur n. 8. decif. 17. vide ver. agnati.

Frater.

Frater an teneatur dotare sororem decif. 4. nu. 63. an sororem inopem, vterinam, an consanguineam nu. 64. & 65. Clericus an teneatur dotare sororem de fructibus beneficii nu. 66. si habet maioratum, an teneatur dotare sororē inopem, & dotando, an possit stipulari dotem sibi reddi nu. 67. an teneatur dotare secundum Constit. Reg. in aliquibus n. 69. minor dotans an restituatur n. 71. 82.

Frondes.

Frondes arborum an sint in fructu dec. 34. n. 5. sicomorum in fructu. n. 22.

Fructus.

Fructus feudi, an sint feudales dec. 34. n. 6. & ibi an possint sine assensu vendi. Fructus nomen generis est, & quae continentur eius nomine nu. 7. qui proprie dicatur num. 8 unde dicatur nu. 9. differt à redditu, prouentu, obuentione, emolumento, & quid illa verba importent nu. 13. differt ab obuentione licet quandoq. vnum pro alio sumatur n. 14. psecutionis publicus nisi adsit ius prohibendi nu. 19. licet non sit perfectus fructus dicitur nu. 22. appellatione quid contineatur n. 31. an contineatur sub vocabulo vsus fructus n. 32. an veniat sub nomine interesse n. 33. & 34. si veniant uti fructus, vel uti interesse differt. n. 35 appellatione an veniat vsura. n. 36. ciuiles salaria appellantur, & quare fructus ciuiles dicantur n. 37. fructus est electio officialiū, illorumq. nominatio n. 39. nomine quid contineatur in seruis n. 41. sunt opera seruorum n. 40. opera hominum n. 42. intelliguntur deductis expensis n. 43. sunt in fructu mercedes magistrorum, & fabrorum num. 44. sunt lac, pilus, lana, & qui fructus sint hi num. 45. an sit caseus num. 46. an sint hedi.

RERVM, ET VERBORVM.

*hedi, vituli, agni, & sim. num. 47. examina-
apium num. 48. vestimenta num. 49 partus
ancillarum num. 50. differt à redditu. num.*

51.

*Fructus omnis consilii in redditu non è contra.
num. 53.*

*In fructus sunt vectura bestiarum, & nauium
num. 56. lapidicina. num. 59. mina auri, ar-
genti, sulphuris, eris plumbi, ferri, & sim. nu.
60. veng auri, argenti, et sim. num. 62. lapides,
marmor, porfidi, & c. num. 63. piperni, & ca-
menta num. 67. Salina nu. 66.*

*In fructu, an sint redditus protocollu nu. 70. ar-
bores cedua nu. 79. prouentus, & pœna num.
83. confiscationis bonorum nu. 85.*

*Fructus alij naturales, alij industriales alij ciui-
les, & qui sint. n. 90. 91. 92. 94.*

*Fructus feudi ad quem spectent mortuo feuda-
tario post Kalen Martij. dec. 33. n. 5.*

*Fructus dotis an habeant priuilegium dotis. dec.
1. nu. 36. non sunt accessorii, sed augent dotem
nu. 37.*

*Fructus percepti pendente iuditio vniunt offi-
cio iudicis non Iure actionis. decif. 65. num.
23.*

Frumenta.

*Frumenta an possint cogi ciues, vt reemant pre-
tio empto, licet maiori assimatione currenti.
decif. 71. n. 5.*

*Frumentum vetus potest vniuersitas miscere
cum nouo tempore carestia, et per ciues distri-
buere nu. 6. vt emant possunt ciues cogi, & ad
præstanda animalia pro illis asportandis nu.
7. ad vendenda potest Prorex tempore carestia
cogere dominos iusto pretio taxato nu. 8.*

*Frumenti si sit abundantia in prouintia. an
possit peti, vt distribuatur pro focularia nu.
10.*

Fundator. Iu patr.

*Fundator Iuris patron. in limine foundationis
potest apponere legem dec. 28. nu. 15. & an
mutare. ibid.*

Fundus.

*Fundo vendito. vide vendito fundo. Instru-
legato, quæ veniant. decif. 32. nu. 42. Legato.
vide ver. legato fundo. & ver. differentia.*

Furtum. Fures.

*Furti pœna in regno decif. 13. nu. 25. pœna inter-
posita per Cap. Reg. an habeat locum in cri-
mine peculatus nu. 27.*

*In furto, quando procedatur ex officio num. 28.
pœna mortis, an sit in furto magno nu. 29. &
quid pro tribus furtis paruis nu. 31.*

*Furtum magnum, quod dicatur nu. 32. minimi
commisum cum violentia, quæ pœna puniatur
nu. 33. qualitates aggrauant pœnam num. 36.*

*Fures in Hysspania, an gaudeant immunitate
Ecclesiæ decif. 13. nu. 26. qui continuo furan-*

*tur vulgo dicti (Marioli) sufficit pro impo-
nenda pœna si duo furta verificentur nu. 34.
Fur committens furtum cum scalis, quæ pœna
puniat dec. 78. n. 44*

*Furi apprehenso infraganti crimine non sunt
danda defensiones, sed proceditur contra eum
ad pœna executionem dec. 89. n. 12.*

*Furtum qualitates aggrauant dec. 13. num. 35.
cum violentia pœna mortis puniatur n. 36. &
eadem pœna scalantes domos. n. 37.*

Furtiua res.

*Furtiua res si reperitur penes aliquem male fi-
dei, & conditionis facit cõtra illum inditium
dec. 89. nu. 1. & quid in Regno nu. 2 si emitur
scienter emens grauiter puniatur nu. 6. si emi-
tur bona fide, emens tenetur restituere si ex-
tat, si verò non extat quatenus est factus locu-
pletior nu. 7. quid in Iudæis, & mercatoribus.
vide ver. Iudæi.*

G

Gabellarius.

*Gabellarius qui non soluit integram mercedem
anni præcedentis non admittitur in licitatio-
ne. dec. 5. n. 14.*

Geminatio.

Geminatio multa operatur. dec. 1. n. 27.

*Geminata confessio dotis recepta tollit exceptio-
nem dotis non recepta, non soluta, nec nume-
rata dec. 1. n. 26.*

Gratia.

*Gratia facta inquisito de diffida facta contra of-
ficialem extra officium, an valeat. decif. 24.
nu. 23.*

Guarentigia.

Guarentigia quid sit decif. 72. n. 14.

Guarentigiata instrumenta quæ n. 15.

Gubernator.

*Gubernator Regius habens penes se Iudicem Re-
gium si iudex decessit, vel discessit, an possit
aliud loco illius Iudicis subrogare. decif. 30.
nu. 30.*

Guidatica. Guidatus.

*Guidatica concessa sub conditione, quod guidati
non accedant ad locum quatenus obseruanda.
decif. 11. nu. 2.*

*Guidatus prohibitus intrare Ciuitatem, si fuit
extra muros captus, est excarcerandus decif.
23. nu. 5. an possit transire per loca prohibita.
nu. 36.*

H

Hædi.

H *Aedi an sint in fructu decif. 34. n. 47.
Herbam vendens pastorib. vide vendens.
b 3 Hæres.*

INDEX ALPHABETICVS

Heres. Hereditas.

